exercitum: idoneum satis hāꝝ rerum documentū esse arbitror. Simili modo & expeditionem in Germanos:atq; Gallos:cum intra paludes:& difficiles accessu syluas; & loca deserta: Barbaries illa belligerasset.& q̄ erant propinqua:longiqua:locoꝝ ignorantia faceret:uiasq; occultaret et commeatuum:& cæterarum rerum copiā.Et hoc quidem quod amplius est:ut diximus: ad Imperatoꝝ uitas usumq; conducit.Insuper maior moralis & ciuilis philosophiæ portio:circa pricipium uitas uersat̄. Cuius rei signum est:q rerum urbanaꝝ differētias a principibus discernimus.Alium quidē Monarchiæ principatum ponētes:quē regium uocamus.Alium optimatium potentatum:idest Aristocratiam. Tertium regimen populare:idest Democratiam.Tot ciuilium rerum moderatía censemus esse.iisdem uocabulis nominantes:ut ab illis faciēdæ speciei principium habentia.Alia enim lex est Regis iussio.Alia uero optimanū.& alia deniq; popularis.Rei uero ciuilis forma & figura lex ē. Quāobrem iustum nonnulli asseruere:potētioris esse commoditatē.Quod si ciuilis philosophia utplurimum circa principes uersat̄.Est autē Geographia circa principales usus: ac necessitates:& ipsa quampiam ad hoc prærogatiuā haberet. Et ista quidem prærogatiua ad actiones est:habet autem contemplationem profecto non uilem ipsa tractatio. Aliquam quidem arte:disciplina:natura:captabilem. Alteram uero in historia fabulisq; positam:nihil ad actiōes existentē. Veluti siqs Vlyssis:aut Menelai:aut Iasonis errores enarrauerit:ad prudentiam nullum sane conferre uideatur adiumentum.Quod agēs ipse perquirit.nisi eorum:quæ facta sunt:necessariorum utilia permisceant̄ exempla.Institutionem attamen haud illiberalem secernit ei:q ad locos applicet:fabulosa figmēta præbentes.& enim qui actionibus:gloriæ aut uoluptatis causa intendunt:hoc perquirunt.Cæteꝝ nō per multum Maiore nāq; (ut par est) maior huius:q̄ illoꝝ utilitatis studio tenent̄.Quocirca ei qui terrarū descriptor est maior huius:q̄ illoꝝ cura suscipienda est. Similiter & de historia & de disciplinis sese res habet.Ex his enim qđ utile magisq; credibile sit:ante omnia capessendū est.Maxime aut tali materiæ Geometria:& astronomia(ut dictum est)opus esse uidetur. Et re uera opus est. Nā figuræ:climata:magnitudines:& alia huiuscemodi propria sine illarum scientia deprehendi nequeunt.Sed quemadmodū ad totius terræ mensuram pertinentia in aliis demōstrant̄:hic uero supponēda sunt & credenda:q̄ illic demonstrata fuerint. Supponēdū & mundi formā esse rotundā:& rotundā terræ superficiem. Id etiā ante ista: corpoꝝ scilicet cursum ad mediū deferri.hoc solū in sensu est:qui communiū animi conceptionū propiquus est. Siquidē ea designāti summatim ꝓcul pua

submonitio est. Sicuti q; terra rotunda est ex motu. Nam ad medium ueluti etiã unũquodq; corpus ad idoneã eius cõseruationẽ inclinat. Ex iis autem quæ per maria & cælũ apparent .ppe. Sẽsus enim testimonio esse potest conceptioq; communis. Nauigantibus aũt manifeste incur/uatio maris intercurrit: ut longe lucẽtibus quæ pariter elongant': iis ui/sum applicare nõ possis. Amplius aũt supra uisum eleuata apparuerũt: nonnihil ab eo magis distãtia. Similiter & ipse altius eleuatus: ea quæ prius occulta fuerant aspicit: quod & poeta declarat. Nam illud tale ẽ.
Fluctibus elatus uisu prospexit acuto. Adnauigãtibus etiã semp magis: ac magis partes terrarũ enudantur: & quæ ab initio humilia uidebant': magis extollũtur. Ipsa etiã cælestium conuersio: cũ alioquin manifesta sit: ex ipsis quoq; gnomonicis patet. Ex iis enim cogitatio statim intẽdit. Nam si radicata in infinitũ terra esset: nõ utiq; talis circuncursio cõtin/geret. Et quæ ad climata pertinent: p habitationes demonstrant'. Nunc uero in promptu nõnulla captanda sunt. Et hæc quidẽ quæcunq; ciui/li: & exercituum ductori cõducunt. Nec enim si cæli partes: & terræ si/tum ignorare oportet: ut cum aliqua multis apparere in cælo solita: pto locis permutata fuerint: perturbatione teneatur: & talia loquatur.
Me latet o socii tenebræ locus: aut ubi eons.
Aut ubi sol terras subeat: dans lumina mundo.
Aut ubi cõscendat. Nec adeo acurate rimari: ut omnimodis passim cõ/iunctim ortus: cõiunctim & occasus: coniunctim & medios cæli meatus & polorũ eleuationes agnoscat & quæ ad uerticẽ signa sint: & quæcunq; huiusmodi secundũ Horizontis trãsmutationes pariter & septẽtrionis uarietates. Hæc uniuersa nota habere: q partim aspectu partim natura pateant. Verũ aliqua nec omnino curanda: nisi philosophiæ contempla/tionis gratia. Quibusdam q; fides adhibenda: licet propter quid intue/ri nõ possint. Hoc enĩ est solius philosophantis officiũ. Ciuili aũt homi/ni tale nõ impartit' ocium. Aut nõ omni tempore. Eum tamẽ q in hac descriptiõne uersat': neq; adeo simplicem rudemue: neq; adeo ierte esse uelim: ut neq; Sphetam intueat': neq; illius circulos: quosdã parallelos & inter se mutuo distãtes. Aliquos ex ipsis rectos: aliquos obliquos: neq; Tropicorũ: neq; æquinoctialiũ: nec signiferi sitũ: p quẽ solis cursus uer/tit'. Docetq; climatũ & uentorũ uarietates. Hæc enĩ & quæ ad Horizon/tas attinẽt: & ad arcticos & reliqua: quæcũq; ĩ pria disciplinarũ introdu/ctione tradũt'. Siquis aliter intelligit: quonã modo ea: quæ hic dicuntur assequat'? Qui neq; rectã lineã: neq; curuã: neq; circulũ nouerit: neq; sphe/ralẽ supsiciẽ: nec planã: nec in cælo septẽ maioris Vrsæ stellas: nec aliq̃ talia omnino prædoctus: is uel huius minime tractationis indigeat: uel

coniunctim
Simul
Tum
Pariter

nequaq̃ hoc í tẽpore.In illis aũt prius obseruatus sit:sine qbus huic ter/
ræ descriptiói familiaris esse nó poterit.Simpliciter hoc uolumẽ publi/
cũ:ciuile:ac passim utile putamus:sicut & historiæ descriptionẽ.Illũ eni
ciuilẽ hoíem dicimus:nó qdẽ prorsus ídoctũ sed q circularis disciplinæ
ac homini libero: ac studioso consuete ptẽ attingit.Nec eni laudare nec
uituperare:nec res gestas memoratu dignas diiudicare posset is:cui uir/
tutis ac prudẽtiæ:earumq̧ rónum cura nulla extitit.Eodẽ modo q circa
portus:& nauigãdi ãbitus:negociũ suscepe: ípfectã facere consyderató/
nem:nisi & doctríaꝝ mathematicaꝝ:& cælestiũ ptes adiecerint:quas ap/
plicare conuenit.Itaq̧ cũ historiaꝝ cõmẽtaria cõfecerimus:ad moralẽ &
ciuilẽ philosophiã(ut arbitramur)non inutilia & hãc addere cõpilatõnẽ
decreuimus.Hæc eni eiusdẽ generis ẽ & ad eosdẽ uiros attinet:max e ꝑ
í fastigio collocatos:& hic itidẽ & illic.Quæ eni ad clarissimos í uita ho/
mines íscribunť memoriæ cõmẽdatióem assequũť. Quæ aũt exigua &
ignobilia sunt:relicta iacent:hinc ẽr pusilla:obscura & claritatis expertia
omitteť.In his autẽ ímorabimur í qbus negociũ ipsum cõmemoratióis
iucũditatẽ afferet:cũ & magnitudíe excelluerit & gloria. Qualiter í sta/
tuis cõtingit arduis:in qbus nó efficta ꝑticulatim diligẽter íqrimus:sed
opi magis ítẽdimus uniuerso:q̃ singulis ptibus:q̃ bñ sint expressæ. Sic
& í his faciẽdũ est iudiciũ.Hæc si qdẽ & quædã statuæ fabricatio ẽ quæ
magna quonã modo & í toto se habeãt æloqť. Nisi negociosum hoíem
& sciẽdi cupidũ:quippiã ex illis mouere ualeat:qđ ꝓpositũ opus sapiẽ/
tiæ indagatorẽ:& studiosũ deceat hominẽ.hæc ita dicta sint. Si uero ãte
nos cõpluribus æloquutis:& ipsi eisdẽ de rebus dicere aggrediãur:ab/
sint querelæ:cũ non omnia eundẽ iti modũ differamus. Cæteros enim
quicqd aliud recte effecerint:aliã nó puã opis ptẽ omisisse putamus: ad
quos quũ paululũ addere possimus:non íepta sane conatus nostri uide/
biť occasio.Nã & Romanoꝝ & Parthoꝝ potentia magnã huius experi/
ẽtiæ portionẽ hoíbus ætatis nostræ præstitit.Sicut & posteritati illa Ale/
xandri magni expeditio(ut ait Eratosthenes)Alexãder eni magnã Asiæ
ptẽ nobis apperuit: & boreæ incolas omnis Europæ:usq̧ ad Istri ripas.
Romani uero quæ ad occasum uergũt:Europæ singula usq̧ ad flumen
Albin:q duo í spaña Germaniã diuidit:quæq̧ trans Istrũ usq̧ ad ãnem
tyrã:At uero ulteriora:usq̧ ad Meotidẽ & nouissimã Colchoꝝ Mari/
timã Mithridates cognomĩto Eupator:cognita fecit.eiusq̧ præfecti.Par/
thi autẽ Hyrcãos & Bactrianos:& ultra eos Scythas notiores nobis red/
diderũt:cum antea maioribus nostris minus noti fuissent.Ita ut quicqd
ãplius:q̃ superiori ætate notuerat memoriæ mãdaremus:hoc maxíe ui/
dere licet ex iis uoluminibus:quæ ad ueteres scripta reliquere. Ii qdẽ q̃

Prisci minus aberrauere præcipue post Eratosthenē. Et ille ipse q̄ quo
maiore fuerant eruditiōe præditi:eo difficilius a posterioribus increpari
potuerūt:siqd dicēdo peccauere. Quod si eis quos cæteris ī rebus maxi/
me seqmur necessario cōtradicēdum erit:cōcedēda nobis uenia fuerit.
Haud enim omnibus contradicere īstitui. At ii omittēdi:quos ut secte/
mur arbitramur indignos. De illis faciēdū ē iudiciū:quos maxīa ex pte
rectissime scripsisse nouimus. Quādo qdē nō ī oīs sapiētiæ studio certa/
re dignū est:Sed aduersus Eratosthenē:Posidoniū:Hipparchū:Polybi/
um:& alios huius generis hōestū est. Cōsyderemus ī primis Eratosthe/
nem:& simul aduersus illū Hipparchi descriptionem adicientes. Non
adeo discurri facilis est Eratosthenes:ut non Athenas illū uidisse dicat᷑.
Quod polemo demōstrare nitit᷑. Nec ipsi tm̄ fidei habēdū ē:ut plærisq;
acceptus est:licet(ut ipse īqt) īter bonos uiros plurimosq; uersatus esset.
Hac enim ætate īquit:sicut alias nuq̄ unū ītraieptū unāq; urbē florētes
extitere philosophi Aristonis æquales & Arcesile. Hoc uero minīe satis
esse arbitror:Sed q; eos bñ iudicet:qbus accedendū est. Is aūt Arcesilan
& Aristonē omniū q̄ eius ætate floruerūt pricipatū uidicasse ponit. Cui
& Appelles multus est:& Bion:quē philosophiā quādā primū cōplexū
esse ait. Attamē sæpenumero quādā ad hoc ipsum dixisse:qualē ipsā ex
pertusa lacerna Bion. In hisce nanq; sententiis sufficiētē debilitatē īge/
nii eius satis ostēdit q̄ Zenoni Citiæo notus Athenis ē factus. Eorꝫ uero
q̄ ei successerit meminit neminē. Illi aūt aduersantes cōplures:quotūq;
successio nulla seruat᷑: Ipsos ea tēpestate floruisse dicit. Manifestatq; is
etiā:quem de bonis ædidit tractatus:& declamationes. Et siqua alia talia
huius doctrinā:qđ inter philosophari uolētem:& hāc ꝓfessionē formi/
dātem medius tergiuersatus est:ad ostentatiōem quādam usq; dūtaxat
ꝓgressus:seu trāsgressiōem hāc ab Circulariis aliis adeptus:ad īstitutō/
nē: aut ad disciplinā. In cæteris itē quodāmodo talis est. At missa facia/
mus illa. Impresentiarꝫ enitēdum est pro uiribus:ut terræ descriptiōem
emēdemus. Ac primū qđ a nobis nup suppositū est. Poetā inqt:nō qdē
docēdi:cæterꝫ delectādi gratia:oīa cōiecturis assequi. Antiq uero cōtra:
q̄ poeticā primā philosophiā quādā esse phibēt:quæ ab ineūte nos ætā/
te ad uiuēdi ratiōes adducit:quæ mores:quæ affectiōes edoceat:quæ res
gerēdas cū iucūditate præcipitat. Posteriores uero solū poetā ipsum sa/
pientē esse asseruerūt. Quāobrē Græcorꝫ ciuitates ab ipso priotdio eorꝫ
liberos in poetica erudierūt:nō nudæ utiq; uoluptatis:sed castæ mode/
ratiōis grana. A qua qdē ipsi musici cātus:& lyræ:& Tibiarum modos
edocētes hāc sibi uirtutem uēdicāt Seq; morꝫ magistros:& emēdatores
esse ꝓfitent᷑. Hæc ipsa nō modo a Pythagoricis audire licet. Verꝫ etiam

Aristoxenus huius est sententiæ. Et Homerus Cātores castigatores ap/
pellauit: sicuti Clytēnestræ custodē illum.

Cum troiam peteret: cui plurima mandat Atrides
Tutari thalami sotiā.
Nec uero Egistus prius illā supare ualuit: q̄ Cātorē abigens deserto in
littore liquit
Assensamq; uolens ipsas perduxit ad ædes.

Præter hoc Eratosthenes sibiipsi repugnat. Nā paulo āte q̄ suā æloquat̄
sentētiā: prima de geographia uerba icoans. Omēs iq̄t initio gloriari: ut
de rebus huiusmodi suā i mediū afferāt præceptiōem. Igit̄ Homerum
quæcūq; de Ethiopibus didicisset: in poeticæ suæ uolumie collocasse. Et
itē de Aegypto: & Africa. Quæ uero p Græciā: & loca maritima pcepe/
rat: accurate uehemēter extulisse: cū diceret Frequētes fert Tesba colū/
bas. Et Hætbosamq; aliarton. & extremā Anthedonē Lilcāq; Ciphessi
fontē. Nec adiectionē ullā inaniter locis apposuisse. Vtrū igit̄ uates qui
ista canit: delectare: an docere uelle uidet̄? docere per Iouē. Verꝝ ea hūc
in modū ille tradidit. Illa uero quæ extra sensum sunt: & hic ipse: & alii
mōstrosis ipleuere fabulamētis. Hoc itaq; modo dicēdū erat q̄ q̄sq; po/
eta alia ad oblectādū animum solum: alia uero ad erudiēdū pfert. Is aūt
intulit nō q̄dē eruditiōis: sed uoluptatis causa solū. Insuper & alius ope/
rosius adiecit: percontatus q̄dnā ad poetæ uirtutē conferri pōt: q̄ locoꝝ
cōplurium peritiā cōtinet uł militaris disciplīæ: uel rei rusticæ: uel artis
dicēdi: uł qualia nōnulli illi uēdicare & attribuere uoluerūt. Omía itaq;
illi uēdicāda quærere: amētis ostētatiōem & iactātiam posueris. Veluti
siq̄s (ut inq̄t Hipparchus) eresionē idest ramalia obiurget attica pēdēti/
bus quaquauersum oīs generis pōis: & quæ mala & pyra nequeūt pro/
ducere: sic omnē illius disciplinā carpat omneq; artificiū: hoc sane recte
dixeris o Eratosthēes. Illa uero nō recte: q̄ tātā ab eo reꝝ notitiā auferas:
& poeticā anile quoddā fabulamētū esse definias. Cui quodcūq; cēsue/
rit uoluptatis causa fingere pp̄riū ē. Nūq̄d & poetaꝝ auditoribus nihil
cōfert ad uirtutē: ut locoꝝ multoꝝ & militiæ: & agriculturæ: & Rheto/
ricæ gnari existant? quæ ipsa audiētis maxīe præceptio uēdicat. Verum
hæc tñ oīa Vlyssi Poeta tribuit: quē āte omnis omni i genere uirtutum
ornatū esse cecinit.

Oppida multa adiit: fuit huic sapiētia nota.
Hic etiam ille est.
Cōsiliū: uariosq; dolos qui nouit & artes.

Hic ē quē urbiū populatorē semp appellat: q̄ cōsiliis Iliō & arte: & astu/
tia. & facūdia cæpit. hic est quo sequēte ardētis more icēdii refugimus

· fabulamentum ·



ambo. Vt Diomedes ait. Qui q̄dem in agricultura tantopere gloriat̄ in messe: i hærba curuā tenerem falcē: & frumētū haberes: & i aratiōe me species longum scindens cum duxero fulcum. Nec uero Homerus hi/sce de rebus sentit: & nō reliq̄ doctrina præditi: eo poeta rectissime dic/tante teste utūt̄: utpote huiusmōi peritia ad prudētiam tendēte maxie. Illa uero æloquētia utiq̄ in orando uersatur: quā in omni poesi ostendit Vlysses i tētandis animis i rogatiōibus i legatiōe: i q̄ illud uates æloqt̄.
Quom uero ingentem misit de pectore uocem:
Instar erant hymbris fluitantia uerba niualis.
Mortalis nemo contenderet alter ulyssi.
Quis igit̄ poetā q̄ alios oratores: alios īpatores: alios reliqua uirtutis opa demōstrantes decenter īducat: nugatorē quēpiā & histriōnē esse putet: qui auditorē magnificis tm̄ miraculis afficere: & assentatiōibus demul/cere ualeat: cum nihil afferre queat adiumēti? Nū poetæ uirtutē aliā di/xerimus: q̄ quæ uerbis ad imitādā uiuēdi rōnem excitaret? Quonā ue/ro modo is imitaret̄: q̄ uiuēdi rōnis imperitus & insipiēs foret? Nō eni sicuti uel fabroꝝ: uel ædificatoꝝ: ita & poetaꝝ uirtutē esse memoramus. Sed hanc q̄dē nihil boni: nihil honesti cōtinere. Ipsa uero poetæ uirtus & hōis bono cōiūcta est. Nec uero poetā bonū esse posse: nisi prius uir bonus existat. Qui autē Oratoriā dicēdi uim poetis eripit: nobis nō mō eā minime cōcedere: sed & nobis nos haudquaq̄ indulgere uidet̄. Nā q̄d æque oratoriū est: atq̄ æloquutō? Quid porro tā poeticū? Quis Ho/mero præstātior ad æloquēdū? Mediustidius. Veꝝ alia est poetica ælo/quutio: & unq̄ priuatim: ac ꝑpe dicēdo: atq̄ i ipsa q̄dē poetica Tragi/ca cōtinet̄: & Comica: & i oratiōe soluta historia iudicialisq̄ disceptatio. Nūquid nō genus est oratio: cuius species sunt metrica: atq̄ soluta? uel oratio q̄dē generalis est. Veꝝ Rhetorica orató generalis nō ē: & æloqu/utio: & oratiōis uirtus (ut aūt sic dixerim) sermo pedester apparatus ipsi/us poeticæ imitatio est. Primū ante oīa appararo ipsa poetica processit i mediū: & approbata cōplacuit: dehic illā imitati cū metrū soluissent: re/liq̄s poeticæ seruatis ꝑtibus tem scriptis cōmēdatūt: Cadmus uidelicet & pherecydes: & Hecateus. Qui deīde post illos fuere: cū semp aliquid ex talibus adimerent ad cū q̄ nūc usurpat̄ modū: ueluti ab ipso fastigio: ad inferiora reduxere: quēadmodū siqs Comœdiā ab ipsa Tragœdia cōsistentiā suscepisse diceret. Et ab illius ātiloquētia ad hoc humile ser/mōis genus declinatā. Accedit ad idē argumētū: q̄d ꝑro æloqui: catere olim posuere maiores. Quotiā æloquutiōis ornatus: apparatusq̄ Rhe/toricæ fons & origo fuit ipsa poetica. Ipsa enim ad demōstratiōes usa est cātibus: hoc. n. erat Oda: sermo scilicet modulatus. Vnde & Rhapsodiā

& Tragœdiā: & Comœdiam ueteres dictitarūt. Quocirca cum priscis temporibus æloqui dicerent de æloquutiōe poetica: hoc aūt dicerēt cū modulatiōe. Idē erat apud eos canere qđ æloq. Cum aūt alteꝝ & ī oratiōe soluta usurparēt: ad alteꝝ quoq; trāsgressa est abusio. Cū uero pedestris: idest absq; metro dicat̃ oratio: id māifestat: ut si ab excelsiore loco & uehiculo sane decurrat in planum. Cæteꝝ nō mō ꝓpiqua: & græcāica (ut inqt Eratosthenes) sed ēt lōgius remota: & qdē accurate cōmemorat Homerus: magisq; q̄ posteriores fabulamēta enarrat. Nec ī mōstroꝝ rationē omnia: sed interdū ad doctrinā occulte atq; p allegorias pgit uel præpat: uel populariter inducit: & alias: & item ī Vlyssis errore: de quo & ipse Eratosthenes pmultū aberrat: & eius expositores & poetā ipsum garrulos esse māifestās. De qbus dignū ē pluribus dicere. Primū qdē q̄ nō modo poetæ: sed etiā ciuitates lōge prius fabulas delegerunt. Necnō ipsi legum latores publicæ utilitatis gratia: cū ratōnātis animātis intuerent̃ ingeniū. homo enim cognnōis auiditate ducit̃. huius aūt uia prima fabulaꝝ studiū est: hinc pueri audire incipiūt: & ad cōmunicāda studia ultro proficiūt. Causa est quia nouū quoddā est studiū fabulatio: quæ nō res consistentes: sed alia quædā exponit. Dulcis qdē est nouitas: & id qdē qđ nemini prius est cognitū. Hoc autē ipsum est: qđ oblectatiōis auiditatē ingenerat. Cum autē admiratio adsit & monstra: intēdit̃ oblectatio: quæ discēdi illecebra est. Ab ipso igit̃ primordio: hoc pacto inescandi sunt. Aetate uero ꝓuectiore ad reꝝ disciplinā pducēdi corroborata iam cogitatiōe: cum adulatiōis amplius nequaq̄ indigeāt. Omēs idiotæ: & doctrinarū exptes quodāmodo pueri appellādi sunt: & pariter fabulaꝝ auidi. Similiter & qui mediocriter instructi sunt. Isti aūt haud multū rōne ualent. Adde ēt usq; ab infantia cōsuetudinē. Quādo autē quæ mōstrosa sunt & amœnitatem & terrorē afferūt utriusq; generis: & pueris: & in ætate ꝓductioribus necessitate adhibēda sunt: Pueris tanq; iucūdas efferimus fabulas: ut ꝓmoueant̃. Terrificas uero ut amoueāt̃. Lamia fabula est: & Gorgon & Incubus: & larua. Plæriq; eoꝝ qui urbes inhabitant fabulaꝝ iucunditate ꝓmouent̃: quom poetas uiroꝝ ꝓbitates fabulis inuolutas enarrantes audiunt. Qualia sunt Herculis: & Thesei certamina. Seu tributos ab deis honores: seu medissidius cū picturas: aut imagīes aut simulacra spectāt: quæ fabulosam quādā denotāt additionē. Auertunt̃ aūt: quādo irrogata a deis supplicia: uel pauores uel minas p uerba: aut inuisibiles quasdā formas expectant: aut aliquos in illa incidisse credant. Nō enim turbæ fœminaꝝ: aut unicuiq; cōfusæ multitudini philosophiæ rōnes induci possunt. Nec ad religionē sanctitatēq; ac fidē facile īuitari. Ac numinū timore opus ē. Id aūt nō sine fabulaꝝ:

ac miraculorum figmentis agit. Nam & fulmē & egidē & tridentem & faces: & dracones: & thyrsoꝝ hastas: arma deorū: fabulæ: & uniuersa priscorū Theologia præ se fert. Hæc ab illis accepta fuere: qui reꝝ publicarū institutionē facientes aduersus nōnullos: q īfantiam redolebāt istar laruaꝝ efferebant. Cæteꝝ cum huiusmodi fabulosa foret effictio: quæ ad ciuilis uitæ cōmunicatiōem: formāq; & rerū cognitionem uersaret: ueteres puerilem educatiōem usq; ad ætatum pfectiōem cōseruarūt: & omnē ætatē satis castigate instrui posse p poeticā arbitrati sunt. Posterioribus inde tēporibus historiaꝝ descriptō: & huius ætatis philophia processit ī mediū. Et ea qdē ad paucos: poetica autem uulgo fructuosior: & ad complenda spectacula potentior: & homerica præcipue. Prisci quoq; historici atq; physici p fabulas scripta sua reliquere. Cæteꝝ poeta pinde ac fabulas ad docendi genus referat: ad multas ueritatis ptes curā suscepit: & falsitatem īterposuit. Illam quidem acceptans: hanc uero ad pducendā multitudinem populariter: & militariter inferens. Sicuti quispiā argento circūfundit aurum: sic & poeta ueris contēplationibus fabellas apponit: quibus æloquutionē & dulcedie conciliat & ornatu. Eūdē quē & historicus in enarrandis rebus finem aspiciens: hoc pacto bellū troianum uti gestū ēt assumens illud fabulosis figmentis adornauit. Sic & Vlyssis errores. At enim nulla ex ueritate noua annectere prodigia neq̄quā homericum est. Hoc enim modo ut aliquis uerisimilia mētiatur. Vere cōtingit si qua uera pmisceat. Quod & Polybius de Vlyssis errore enixe asserit. Eius generis illud est plæraq; confert p figmēta cum simillima ueris fuissent haud omnia sed multa: quādoqdē minime erant ueris consona. Nā ab historia sumpsit exordia. æolum enim adiacētibus Lipare īsulis imperasse tradit. Vicina itidē Aetnæ loca: & Leōtinis: Cyclopas: & Lestrigonas īmanes quosdā homines tenuisse. Idcirco fretum ipsum illius tempestatis mortales nequaq̄ adire ausos. Charybdim & Scyllam a prædōibus occupatas. Sic & alios de locis ab Homero dictis legimus historicos: sic & Cimmerios: Cimmerium Bosporū ad Boreā & tenebrosa incolentes loca nō ignarus: ad finitimas īferno & obscuras regiones pprie traduxit quæ ad fabulamēta de errore plurimū cōducebāt: q; Homero non ignoti fuerint: p eos manifestum est q tōnes tēporum scriptis pdiderūt: uel paulo ante illius ætatem: uel eo uiuente: & ad Cimmerios accessum extitisse. Similiter nouit & Colchos. Et Iasonis ad Ean nauigationem. Deq; Circe ac Medea fabulis: & historiis cōmēdata. De beneficiis & simillimoꝝ tractatu. Eorūq; cognatiōes cōfirmauit: q ī Pōti recessu: quiq; ī Italia diuersi habitauerūt: & utriusq; fortuitā ī Oceanū egressionē. Et Iasōis ad Italiā usq; errorē. Quædā. n. & circa Cerau

nios mõtes:& circa Adriã·signa oñdũť:& ĩ Posidoniate sinu.Itẽq; circa Etruscorum ĩsulas errãtium argonautaꝝ mõstrãť ĩdicia. Addiderũt aliqd & Cyãeæ: q̃s Symplegadas petras uocauere nõnulli:q̃ per Bizãtiaci oris ãgustias asprimũ nauigãtibus fecere trãsitũ:adeo ut ab Eaede:& ab Symplegadibus Plectę.i.errabiles dictæ sint.Ipsaq; Iasonis nauigatio ꝑ illas uerisimilis apparuit. Penes Scyllã autẽ:& Charybdim ꝑ scopulos agitata uideť excursio. Aeui autem illius homines simpliciter põticum pelagus:uti quẽdam Oceanum arbitrari sunt. Quiq; eo usq; adnauigabãt nõ aliter in exteriora ingredi maria credebanť: q̃ qui extra colũnas longius ꝓducti fuerãt.Et enim iter ea quæ nos admiramur id maximũ æstimabať.Quocirca ꝑ excellẽtiam ꝓprie põtum appellauere.Sicuti ꝑ poetã Homerũ intelligĩus: forsan & ob hãc causam ex põto ad Oceanũ uocabulũ trãstulit:sicut facile acceptabilius ꝓpter eã quã tenuit opinioẽm. Etiã cũ Solymi excelsos Tauri uertices circa Lyciam:usq; Pisidiã tenuerint.Cũq; intra Taurum habitãtibus:præsertim circa pontũ: excessus a meridie clarissimos præbuerint: similitudĩe quadã & hosipsos ĩ Oceanũ egressos fuisse tcot.Et enim illum in rate nauigãtẽ sic ĩducit.

Aethiopum ex oris rediit neptunus:& illum
Montibus e solymis longe ptospexit.

Forte & Luscos quoq; Cyclopas de Scythica trãstulit histotia.Eius nãq; generis Arismaspos fuisse memorãt:quos Aristeas procõnesius ĩ Arimaspio carmĩe ædidit:hisce præsuppositis cõsyderare oportet: quid illi dicant:qui Vlyssis errotem circa Siciliam aut Italiam secundum Homerum:aut fuisse:aut non fuisse memorant.Est enim utrunq; uel melius uel deterius suscipere. Melius quidem cũ sic accipiat: ꝙ Vlyssis errorem illic fuisse credẽs ueram hanc materiam suscipiat:& poetico more eam ĩstruxerit.Hoc enim ꝓptie de illo dici posset.Nec de Italia solũ: sed etiam usq; in ultimis Hispaniæ finibus illius erroris uestigia reperiunť:& plura alia. deterius autem siquis illius cõmentum: tanq̃ historiã accipiat. Illic scilicet esse Oceanum:ĩfernum solis boues:dearum hospitia : Transformatiões: Cyclopum proceritates:& Lestrigonum: Scyllæ formam:nauigationis interualla:aliaq; huiusmodi plurima:ut monstra apte scribente minime cõtradicẽdum est.Perinde ac contra poetam aptis mendaciis cõtradicat. Quemadmodum si hoc modo Vlyssem Ithacam reuertisse neget: & procorũ occidionem.Nec in agro constitutam aduersus ullũ Ithacẽsiũ pugnã fuisse.Nec aduersus accipiẽtẽ illa ꝓprie manũ cõferere istũ ẽ. Eratosthenes uero utriusq; sẽtẽtis aduersať:haud recte sane. Ad secũdũ qdẽ qm̃ pluribus crimĩari cõať mẽdacia mãifesta:cũ mẽtiõe ĩdigna sint.Ad primã uero cũ ĩ omnibus poetã garrulum

esse declarat. Et neq; locoꝵ noticiam habere: nec ullas ad uirtutem artes intendere putat. Et ĩ locis nõ fictis fabulas diuulgatas non tenere. Sicut in Ilio: ĩ Ida: ĩ Pelio. Fabulas uero in locis fictis: sicut in iis in q̃bus Gorgões: uel Gerioões: huius formæ eas esse dicit: q̃ de Vlyssis errore dicunť. q̃ ab eo nequaq̃ ficte fuerit: sed subsistãt: ex hoc falsi arguũť (ut aiũt) q̃ minime cõcordãt. Itaq; sunt q Sytenes ĩ tractu pelorio ponant. Alii ad Sirẽussas ĩsulas: quæ plus q̃ duo milia absint stadioꝵ. Illas aũt triuerticẽ esse scopulum: qui Cumanũ a Posidoniate sinũ dirimat. Veꝵ scopulus ille nequaq̃ triuertex est. Nec omnino in sublime tolliť. Cæteꝵ cubitus q dẽ longus: & ãgustus a deductis ad Capreaꝵ fretum locis extenditur. altero ex mõtis latere Sirenum sacellũ habens. Ex altero aũt ad Posidoniatẽ sinũ paruæ tres adiacent insulæ desertæ petrosæ: quas Sirenussas uocãt. Sup eodẽ freto extat Atheneũ: pari quo cubitus ipse noĩe. Quod si q locoꝵ historiã tradiderũt discrepãt: haud cõtinuo uniuersa eiiciẽda est historia. Cæterũ uniuersum potius fides habeať interdũ. Tale quid dico, Ingrať si ad Siciliã & Italiã error ille fuit: Sirenesne eo ĩ loco uspiam fuisse dicãť. Qui in tractu Pelorio dixerat ab eo: q in Sirenussis inqt discrepat. Ambo uero ab eo: q ad Siciliã & Italiã dixit minĩe discrepãt. At maiorẽ adhibẽt fidẽ: qm licet eũdẽ locũ nõ asserãt: tamẽ ab Italiæ ac Siciliæ loco non discesserũt. Siqs aũt adiecerit q̃ Neapoli Parthenopes unius ex Sirenibus monumentum ostendiť: adhuc fidei plus adiungitur: licet tertius dictus sit locus. Quod autem hoc ĩ sinu: quem Cumanũ appellauit Eratosthenes: quem Sirenusse efficiunt ædificata est Neapolis: firmius his ĩ locis Sirenas extitisse credimus. Haud enim poetã ad unguem singula perdidicissẽremur. Nec nos ipsi ab eo reꝵ diligẽtiã exquirimus. Verumtamen haud ita suspicari possumus: ut cũ nihil de ipsius errore perceperit: qualis & ubi fuerit suo exposuerit carmĩe. Eratosthenes quidẽ Hesiodum de Vlyssis errore audisse cõiecturis asseq̃tur: quid ad Italiam & Siciliam fuerit. Et huic opinioni credentem: non modo dictorum ab Homero mẽtiõem fecisse: sed etiam Aetnæ: & Ortygiæ Syracusis adiacentis ĩsulæ: ac Etruscoꝵ. Homerum autem illorũ prorsus ignarum: ignotisq; in locis errorem facere uoluisse. Vtrum igitur Aetna & Thuscia cognita: Scylla uero Charybdis Circeũ Sirẽusse non admodum? Nunquid Hesiodum non garrire? sed in ualescentes opiniões sectari decebat? Homerum autem quicquid obuenerat disertа resonare lingua. Præterea quæ de loco: & conueniẽte Homero fabulatiõe dicta sunt: ipsa etiam scriptorum illa diuulgantium multitudo: & uagata per locos fama documento esse posset q̃ ea minime sunt uel poetaꝵ: uł scriptoꝵ figmenta: sed & personarum & reꝵ gestaꝵ uestigia. Et

Polybius recte de errore cogitat. Aeolus enim ĩ ipsius freti locis:ꝑ quæ
cursus & recursus est:& nauigatiõis asperitas ꝑ fluxus atq; refluxus ag/
grediẽdi signa præmõstrat.Itaq; uẽtoꝝ custodẽ:atq; regẽ creditũ fuisse
refert.Sicuti Danaũ in argis inũdatiões ostẽtantẽ.Atreu aduersum cæ/
lo solis cursum uates & auspices reges demõstrati.Sacerdotes Aegypti
os:Chaldæos & Magos aliqua sapientia cæteris excellentes:prĩcipatũ &
honorẽ apud maiores nostros cõpasse. Sic & unũquẽq; deoꝝ cõmodi/
tatis alicuius reptorẽ honoribus celebratũ fuisse. hæc præmonefaciens:
æolum ĩ fabulamẽti forma prorsus accipi:& sentiri nõ sinit.Nec totum
Vlyssis errorẽ.At pauca fabulãtẽ adiecisse:quẽadmodũ de troiano bel/
lo.Totum autẽ circa Siciliã poetice fictũ esse a poeta reliqsq; scriptori/
bus:qui adiacẽtia loca differũt Italiæ atq; Siciliæ nõ sane ꝓbat:nec hu/
iusmodi Eratosthenis sentẽtiã laudat:quoniã quædã inqt repperisse er/
rauerit Vlysses:cum corioꝝ furorẽ ĩuenisset:qui uentoꝝ utrem consu/
isset:hoc autẽ ꝓprie de illis dictũ esse:q ad Scyllam aduẽtant:& ibi Ga/
leotaꝝ piscatiõem tractent:illic circa Scyllã & eius scopulum piscosum
delphinoꝝ canũq; ĩdagatrix:& siqua apud græcos maior ẽ balena.Thi/
ni enim cũ gregatim præter Italiã acti elabunť:& Siciliã attingere ꝓhi/
benť:in maiores incurrũt bæluas:ut puta delphinos canes:aliasq; balẽis
similes.E quoꝝ uenatione canes:& galeotas pinguescere Quod xiphias
idest gladios appellari ferũt.Idẽ enim hoc ĩ loco contĩgere:& in Nili in/
cremẽtis aquarũq; cæteraꝝ:qđ in igne & in ardentibus syluis.Congre/
gatas enĩ feras:cũ ignẽ aut aquã effugiãt:a ualẽtioribus deuorari. Hæc
æloquutus galeotarum uenationẽ exponit:quæ circa Scyllæũ tractũ in/
stituiť.Manentibus enim in statione frequẽtibus remoꝝ duoꝝ scaphis:
speculator qdam cõmunis supnæ istat.Duos singulæ scaphæ tenẽt. Al/
ter remigat:alter hastã habẽs mãet ĩ prora. Cũprimum uero speculator
supeminẽtiam galeotæ signo ĩdicat:bæluæ uero supra mare pars tertia
eminens ferť:scapha propius appelliť.Deinde iacto manu tælo uulnus
ĩcutit. Tũ euulsa sine cuspide de corpore hasta: qđ tælũ sane est hama/
tum ut educi facile queat. Apteq; infixo ei funiculo appensum sauciatæ
acclinãt bæluæ:donec agitata suffugiẽsq; lasseť. Tunc ĩ terram subdu/
cunt:aut intra scapham accipiunt:nisi prorsus ĩmẽsum corpus existat.
q; si ĩ mare tælum exciderit haud sane perit.Est nanq; uel equercu: uel
ex abiete cõpactum:adeo ut querna grauitate demersum:deĩde in sub/
lime relatum facile possit apprehendi.Contingit autem ĩterdum & re/
migem ĩ scapha per magnum galeotarum gladium uulnerari:& cũ in/
star apri bæluæ uigeat ĩpetus:asprime fit ipsa uẽatio. Talibus ex rebus
quadã cõiectura colligi posse inqt Vlyssis errorem circa Siciliã secũdũ

Homerū fuisse:qm̄ huiusmodi uēatione Scyllæ coniūxit:quæ Scyllæo tractui usitata est. Et ex iis quæ de Charybdi memorāt:quæ fræti illius periculis similia sunt. Quod ter qdē pro bis iaceat scriptorū uel potius historici peccatū ēst. Dicta quoq; i Meninge lotophagoꝝ rumori similia sunt. Sin uero aliqua dissonāt mutatiōes causari oportet:uel īscitiā uel poeticā licentiā: quæ ex historia & dispositiōe cōstat & fabula. Historiæ finis est ueritas. Sicut in nauiū dinūeratiōe poeta oībus obueniētia locis explicat. Aliā qdē lapidosā urbē. Aliā uero extremā:hāc colūnis refertā. Illā maris uicinā. Finis aūt dispositiōis expressio & efficacia:queadmodū præliantibus introducēdis. Fabulæ delectatio & stupescētia. Cūcta uero fingere neq; cōsentaneū est:nec Homero cōueniēs. Illius eni poesin sapientiæ studiū esse:ac philosophiā uniuersi æstimāt:nō ut iqt Eratosthenes:q ad intelligentiam & mentem poemata iudicari non debere iubet: Nec ullam ex poetis historiā esse petendam. Verisimilius esse illud.

Atq; die hic nona me flamina dira ferebāt.

breui in spacio accipere. Nam dira flamina:hoc est cursus obliqui:qm̄ Oceanum penetrare perinde ac assidue uentis a puppe surgētibus. Interuallū autem a Malea ad columnas componens:stadiorum uigitiduo milia & quingēta comperitur. Si hoc ait ponamus diebus nouem æquali celeritate cōfectū esse:singulis diebus cursus euenit:stadiorum duoꝝ milium & quingētorum. Quisnā tradidit aliquem e Lycia:seu Rhodo ad Alexandriam biduo aduectum esse:cum quattuor milium stadiorū spacium intersit: Percontantur nonnulli quo pacto:cum ter Vlysses i Siciliam aduenerit:ne semel quidem per fretum ipsum nauigarit: Respondetur quoniā & posteri omnes eam effugerunt nauigationem: hæc quidem ab eo dicta sunt. Sunt & alia quæ recte ab illo dicantur. Cum uero in Oceanū excursionem præparat:& dieꝝ nauigationem diligēter ad mensuras adduxit & spacia discrepantiæ excessuū minime reliquit: Simul enim poetæ uersus addit.

Atq; die hic nona me flamina dira ferebant.

Simul & occultat:& enim hæc ipsius poetæ sunt:ut illud:

Oceani fluxum fluuii mox cymba relinquit. & illud.

Insula in Ogygia qua ponti umblicus inhæret.

Quodq; i eo loco Atlantis filia domiciliū habet. Et illud de Pheacibus.

Littora:fluctisoni colimus suprema remoti.

Nemoq; mortalis nobis confinia miscet.

Hæc enim omnia in Atlantico pelago ficta manifeste declarantur. Fanero ille occultans que manifesta dicuntur tollit. Hoc autem non sane recte. At circa Siciliam & Italiam errorem factum esse:recte &

ab ipso poeta cõfirmat͂. Quādo quidem quisnam aut poeta: aut scriptor Neapolitãis sirẽis Parthẽopes sepulchrũ nũcupare suasisset͂? Incolas aũt Cumarũ & Dicearchiæ: idest puteoloꝝ: & Vesubii ignitũ plegethõtẽ: & Acherusiã paludẽ & mortuoꝝ uaticiniũ: Auernũ & Baias: & Misenũ: Vlyssis quosdã socios: sic & quæ apud Sirenussas: & quæ sunt ad angu/stias freti: & Scyllam & Charybdi: & æolum: hæc quippe nec ad ungu/em perscrutãda sunt. Nec absq͡ radice: nec absq͡ fundamento prorsus omittenda: cum nec ueritatem: nec historiæ attingant utilitatẽ: hoc cum īrelligat Eratosthenes. Suspicet͂ aliq̃s iq̃r: poetã uoluisse Vlyssis errorẽ ad occidẽtis loca facere: & a ꝓposito desistere: cũ quædam nõ diligẽter hausisset: & quædã hũc in modum non elegisset: sed ad id quod terribi/lius: & mõstrosius est educere cũcta uoluisse. hoc q̃dẽ ipsum bene. Illud autẽ cuius gratia hoc faciebat male assumẽs: Nõ eñi garrĩedi gratia: sed ut ꝓdesset. Quapropter rationẽ subire iure debet: & huiusmodi rei: & illius: q͡ eũ idcirco rẽotissima mõstra cecinisse maluit: ut facilior ei mẽ/tiẽdi præstaret͂ occasio. Quota est eñi pars remotissime de mõstris dic/ta præ iis quæ ĩ græcia & ĩ locis græciæ ꝓpinq̃s decãtant͂. Sicut Hercu/lis: & Thesei certamina: & de Cretæ ac Siciliæ fabulis scripta. Similiter & ĩ reliquis insulis: & ad Citheronẽ: & Heliconẽ & pnassum: & Peliũ & Atticã: & uniuersam Peloponessum. Nec ullus ẽ q ex fabulis fabulato/ris ignorãtiã criminet͂. Rursus cũ nequaq̃ oĩa fabulẽt͂: sed plura fabulis adiũgant: præsertim Homerus inq̃rẽs: q̃dã ueteres fabulis addiderunt: nec inq̃rit si fabulaꝝ additamẽta uel fuerint: uel sint. Sed magis de illis ueritatẽ iq̃rit locis ac psonis: ad quæ fabulat͂. Sicuti si Vlyssis error fue/rit: aut ubi. Totũ aũt ipsum nequaq̃ bñ: Homeri poesin cũ alioꝝ poeta/rũ poesi ĩ unũ adducere: cũ ad aliã: tũ uero ad ꝓpositã de orbis situ ma/teriam: & nullũ ei tribuere pricipatũ. Et eñi si nihil aliud uel Sophoclis Triptolemũ: uel Bacchaꝝ prologũ Euripidis: si pcurras & Homeri dili/gẽtiã: ex hisce potissimũ rebus ipse cõparaueris: facile fuerit cõparationẽ ac differentiam ponere. Nam ubi locorum quos meminit ordinem ne/cessitas exigit ordinẽ seruat. Similiter Græcoꝝ: similiter & lõge positoꝝ. Ponere certabãt properantes ossan olympo.

Pelion inde osse frõdosum: & illud.

At præceps Iuno celerẽ linquebat olympũ:
Pieriã accedens dehinc: Zmathiamq͡ beatam:
Fertur & ad Thracas equites rupesq͡ niuales.
Hinc ab Atho põtum petit.

In dinumerãdis uero auxiliis urbes q̃dẽ haud ordinẽ seruãs æloqt͂. Nõ eñi necessariũ erat. Ordĩe uero gẽtes explicat. Simili modo & de rẽotis.

Cyprũ Phœnicẽ:& Aegyptios errabũdus.
Aethiopasq; addu:tum ſidonios & erembos.
Ac Lybien.quod Hipparchus quoq; annotauit.Reliq uero ea in qbus ordo exigit:hic liberꝝ patrẽ gẽtes adeuntem inquiẽs. Alter ut Triptolemus terras diſſeminat:quæ longe diſiũcta ſunt coniũgunt:& cõtinuata ſeparant.Linquẽs inqt auriferos Lydoꝝ ſulcos:& Phrygũ ac Perſarũ urbes ſole pcuſſas.Mœnia Bactriania:hybernãq; medorũ tellurẽ accedens:& felicẽ arabiã.huiuſmodi ſane Triptolemus agit:permultã uero ad clĩata:& uẽtos doctrinã:qđ ad Geographiã attinet:ĩ locoꝝ deſcriptõnibus Homerus oſtendit.hæc & cõpluribus ĩ locis aſſerit
Hæc humilis iacet ad tenebras:multũ æquora ſupra.
Hæc ſecus auroram ſpectant:ſoliſq; nitorem.
Duæ uero illi ſunt fortes:quædã ad aqlonẽ:quædã rurſus ad auſtrũ:ſeu ad dexterã pgant ad aurorã:atq; ſolẽ:ſeu ad leuã uerſus tenebras. Atq harꝝ reꝝ ignotãtiã omnimodã reꝝ omniũ cõfuſionẽ arbitrat.
Me latet o ſocii tenebræ locus:aut ubi eons;
Aut ubi ſol terras ſubeat.
Cũq; poeta hæc bñ dixerit:Boreas & Zephyrus q e Thracia ſpirant:is male aſpiciens criminat eum: q Zephyꝝ uniuerſo tempore:& omnino ſpirare e Thracia dixerit cũ is minime ſpirare omnino dixerit. Cæterũ cum per mare Thracium:ad nigrum ſinum ingruant: cum Egei pars maris exiſtat.Cõuerſionẽ enim recipit ad auſtrum Thracia:quaſi promontorium ſit:ubi Macedoniæ adiungitur:& pelagus incurrens flantes hinc Zephyros oſtendit iis qui ad Thaſum:& Lemnum: & Imbrũ: & Samothraciam:& iis uicinum mare pertinent.Sicut & in Attica Zephyri:qui a Schironiis petris flant:Schirões appellantur: & potiſſimũ Cauri. Quod Eratoſthenes nequaq̃ intellexit. Tamen ſuſpicatus eſt. Ipſe igitur regionis conuerſionem:quam dico narrat.ꝙ igitur uniuerſaliter ſpiret is capit.Poſtmodum poetæ imperitiam criminatur: ꝙ cum Zephyrus ab occidente:& Hiſpania efflet illorſum minime protendit Thracia.Nunquid ab occidente ſpitantem ignorat Zephyrũ? At uero cum hunc dicat in modum ꝑtoprium eius obſeruat ordinem.
Vna eurus notuſq; cadunt:zephyruſq; fremiſcens:& boreas.
An Thraciam ignorauit ultra pæonios:& Theſſalicos montes non excurrẽtem? Sed & huius:quæ porro ad Thraces attinet gnarus ac minime nuncupans:partem quidem maritimam:partemq; mediterraneam: Magnetas quoſdam & Malies. Reliquoſq; deinceps græcos dinumerat uſq; ad Theſprotas. Pariterq; etiam Pæonibus finitimos Dolopas: & Sellos ad Dodonẽ uſq; ad Acheloũ Thraces ultra nõ meminit. Ad

finitimum autẽ:sibiq; notissimum pelagus facile fertur. Sicuti quum ita commemorat.

Concita turba fuit longæ uelut æquoris undæ. Icareo in puncto.

Sunt quidam q primarios duos esse uentos asserũt. Aquilonem scilicet atq; austrũ. Reliquos uero modica quadam acclinatione differre. ab ortu quidem æstiuo æuq;. A brumali subsolanũ. Ab occasu uero æstiuo Fauonium. A brumali aũt Cauq;. Duos uero esse testari uentos:& thrasyalcem:& poetam ipsum aiunt:quom austro Caurum attribuit. Dicans Caurũ austro. Zephyrum idest fauoniũ aquiloni:quum dixit:aquilo & Fauonius q duo spirãt e Thracia. Cæterũ ex iis quos nouimus tãtopere de hisce tradidit nemo:teste Posidonio:atq; Aristoteles:timosthenes: & Biõ astrologus. Ab æstiuo ortu Ceciã cui ab occasu brumali ad lineã Affricus opponit. Rursus ab oriente hyberno eurus oppõit: cõtrarius Caurus est. Medios esse subsolanũ & Fauoniũ. Poeta quidẽ illũ uiolenter spirãtẽ inquit Fauoniũ:quẽ nos Caurũ appellamus. Africũ flantem fauoniũ:qui & a nobis Fauonius siue zephyrus. Cauq; uero austrũ Leuconotũ idest albũ austrum. hic enĩ paucas creat nebulas:quũ reliquus totus auster quodammodo sit eurus.

Dissipat ut zephyrus nubes:grauibusq; procellis.
Cauri austri pulsant.

Nũc enim uiolẽter spirantẽ zephyq; dicit:quiq; Leuconotos congregat dissipare consueuit:quum illa debilia existant:ubi adiectiui loco austri Cauri dixit. hæc quũ ab Eratosthene i primo de Geographia i initio dicãtur:talẽ quandã habent emendationẽ. Porro Homeri dictis falso deprehensis insistens: & hæc ait. Nili ostia plura existẽtia ignorasse: eiusq; nomina. At ea nouit Hesiodus:quippe & qui mentionem facit. Uerũ enimuero eius nomen illius ætate:necdum nuncupatum fuisse credibile sit. Ostia uero tum obscura:tũ modicis cognita. Quod uero non unũ sed plura fuissent facile psuaderi potest. Sin autẽ inter res ægyptias celeberrimũ:& qd admirabile & sup omĩa memoria simul & cognitiõe dignissimũ flumẽ & fuit & ẽ:pariterq; & icremẽta:& eius ora:qs sibi nũciãtes nequaq̃ sciuisse suspicer:q flumẽ simul & agrũ ægyptiũ & Thebas ægyptias:& Pharũ cognitũ fecerit. Cognoscẽtes uero ipsũ nequaq̃ dixisse:nisi req; celebritate ac nobilitate subticuissent. Adhuc icredibilius uidetur:si de æthiopia: de Sidõiis de Erembis:de exteriori mari:de bipartitis æthiopũ populis uerba faciebat:de propinquis autem & perspectis tacitus erat. Qui si horum memoriam nullã egit: id haud ignorantiæ propterea signum est. Et enim nec ꝓpriæ mentionẽ patriæ: nec aliorũ complurium reliquit. Quin ea q̃ admodũ nota patẽt: memoratu

digna non uideri ad scientes potissimũ diceret aliquis. Nec bene illud obiiciunt Homero:perinde ac per ignorantiã differẽti:q insulam Phariam ambitam pelago dixerit. Contra enim nihil eorum:quæ nuper de Aegypto diximus:ignotum fuisse poetæ testimonio uti possumus. Dignosceres autem inde:quod arrogans est:quisquis potius eius errorem asserit. Menelaus ad Aethiopas usq; conscẽdens incremẽta Nili discere potuisset. Et limum quem agris infert: & eũ qui est ante ostia transitũ:quantũ sane ad cõtinẽtẽ accumulans adiecit. Itaq; Aegyptus uniuersa sub Herodoto fluuii munus appellari iure potuit. Et si nõ uniuersa: ea saltẽ quæ sub agro est inferiore:qui Delta nuncupatur. Pharã etiam priscis annis ambitam pelago tradidit. Ita pelago ambitã esse mentitus non est:licet pelago nũc amplius ambita nõ sit. hæc qui sic instruxit poeta fuit:quibus ex rebus & ipsum incremẽta nosse simul: & Nili ostia coniecturis putare licet. Idem etiã delictum esset: & agrũ inter ægyptũ pelagus & arabicum sinum interiacentẽ ignorasse. Et extremos hominũ æthiopes:bipartitos falso dici. Nam cũ is hoc bene dixerit:posteriori ætate uenientes reprehendere nõ recte ausi sũt. Improbe sane Homerum enim hos ignorasse agros tantum a ueritate longius abest:quantũ non modo nõ ignorasse:sed aperte patefecisse dixerim. Ipsi quoq; Grãmatici:ab Aristarcho & Crate: eius artis principibus:quis eo tacente sane sentiũt. Quoniam cum uates ipse dicat. Extremi hominum æthiopes bipartiti sũt:de sequẽti uersu discrepãt. Nã scribit Aristarchus qdẽ ita.

Solis ad occasum quidam:quidam sed ad ortum. Crates ueto ita.

Hæc sane occasum solis:hæc illius ortum.

Cum nihil itersit ad utriusq; materiam:siue hoc:siue illo modo scribatur. Ille enim Mathematicorũ dicta sequutus:torridam ab Oceano deti neri Zonã inquit:ad ambas aũt partes huius temperatã esse:& ad nos & ad latus alterũ. Sicut igit æthiopes ad nos uersi illi dicunt:qui ad orbem uniuersum in meridiem inclinati:aliorum postremi oceanũ iuxta incolunt:etiam nõnullos item trans oceanũ æthiopes intelligi oportere existimant:aliorum ultimos in altera temperata:qui iuxta eundem hũc Oceanum inhabitãt. Geminos aũt esse:& ab oceão bipartito diuidi. Adiectum autem illud.

Solis ad occasum quidam:quidam sed ad ortum.

Hæc sane occasum solis:illius ortum.

Cum Zodaicus semper supra uerticem sit:ad terræstrẽ Zodaicũ. Hic cum semper extra ãbos obliquitate nõ excedat. Aethiopes omnis solis meatus intra latitudiem istam necessario intelligitur:& alios aliis ortus: & occasus secundum alia:& alia signa contingere. Sic autem magis per

astronomorũ sententiã loquutũ putat. Dicere aũt simplicius erat illud: salutãtẽ biptitos sic æthiopes esse: sicut dictũ ẽ: qđ ab oriẽte sole usq; ad occasum Aethiopes oceanum utrobiq; inhabitãt. Quid autẽ ad hũc dif/fert intellectũ: uel sic dicere ut scribit ille: aut ut Aristarchus:

Solis ad occasum quidam: quidam sed ad ortum.

Etenim hoc est & ad occasum & ad ortum: ad oceani latus utrũq; ĩhabi/tare. At Aristarchus causam hanc abiicit. Dupliciter autẽ diuisos æthio/pes existimat dici oportere: secundũ nos uidelicet: & eos q ad meridiem positis Græcis ultimi sunt. Quos qdem nõ ita diuidi putat: ut duæ sint æthiopiæ. Vna qdẽ ad orientẽ: altera uero ad occidẽtẽ. Verũ unã tm̃ ad meridiẽ iacentem Græcis. Sitam uero ad ægyptum. Hoc autẽ poetam ignorasse. Sicut & pleraq; alia ab Apollodoro dicta: de nauiũ dinume/ratiõe in secũdo uolumĩe de locis: quæ non erant ementitum. Aduersus Cratem uero longiore opus est oratiõe quæ forsan impræsentiarũ nihil attinet. aristarchũ in hoc approbamus: q; omissa Cratis materia: quæ cõ/plures accipit istãnas: de nostra æthiopia sermonẽ factũ esse suspicatur. Cætera consyderemus. ante oĩa qđ de ipsa icassum descriptiõe exiliter ratocĩnat̃. Etenim si aliter describat̃: suis aptari cogitatiõibus põt. Quid enĩ differt dicere uel sic duo quo ad nos æthiopes sunt. hi qdẽ ad ortũ: Illi aũt ad occasum: uel sic. Etenim ad ortus & ad occasum. Deide quia fallaci instat opiniõi: eia poetam ignorasse ĩteriacentẽ agrũ æthiopiã ue/ro ægypto uicinã meminisse: quũ dicit biptitos æthiopes. Quonã modo nõ sic biptitos: sed ignarũ sic dixisse poetam. Vtrum neq; ægyptus: nec ægypti ab initio Deltæ usq; ad Syenẽ: a Nilo biptiti sunt: aliq ad occi/dentẽ solẽ: aliq ad surgẽtem. Quid aũt aliud ægyptus est: q̃ ĩsula fluuia/tilis: quã inundat aqua: Hæc aũt ad utrãq; fluminis pt̃e ad ortũ: & occa/sum iacet. Et utiq; æthiopia recte opponit̃ ægypto: & ad Nilũ: & ad lo/corũ ingeniũ: pari modo esse habẽs. Etenim ipsa & angusta: & oblõga ẽ: & irrigat̃. Quæ uero extra inũdationem sunt deserta. & aquarũ expna: & raro habitabilia. Plæraq; ad auroram. Nonnulla ad occasum uergentia. Quonã igit̃ modo nõ bifariã diuisa ẽ: ut qui Asiã ab Africa separãt. Ni/lus iis idoneus uisus ẽ termius. Cuius lõgitudo ad meridiẽ: plusq̃ decẽ/milia stadiorũ ptendit̃. Latitudo uero tanta: ut insulas admittat: quas de/cẽ hominũ milia ĩcolãt. Quarũ maxima est Meroe: Regia: & Metropolis æthiopũ. Hanc ipsam uero æthiopiã bifariã diuidere non fuit idoneus. Attamẽ q eos redarguũt: q adiúctas flũini terras diuidũt: uehemẽtissi/mũ illis peccatum obiectant: qđ Aegyptũ: & æthiopiã distrahũt. Et unã qdẽ utriusq; earũ ptẽ asiaticã: alterã uero africanam faciunt. Vel si hoc qdẽ nolũt: aut terras nõ diuidunt: aut nõ cũ flumĩe. Præterea alio pacto

c

diuidi pôt æthiopia. Omẽs enim qui ꝑ Oceanum ĩ Africã adnauigarũt: & qui a mari rubro: & qui a colũnis Herculeis usq; ad magnũ ꝓgressi spacium: inde cum multarũ impedimẽto molestiaꝝ reuersi sunt. Vnde uulgo credulitatẽ reliquerũt: qđ quæ intermedia tellure disiungit: atq; mare atlanticũ: præsertim ad meridiem spectãs totũ alluens ii omẽs extrema loca: ad quæ nauigãtes aduẽtarũt: æthiopica uocauerũt: & hũc in modũ renunciauere. Quidnã igit absurdũ est: si talibus auditis sermõibus adductus Homerus quoq; bifariã ꝑtitus est: & quosdã ad orientẽ: quosdã ad occidẽtẽ asseruit. Cũ alii q ĩ medio positi sunt prorsus ignoti fuerint: siue sint: siue non sint. Ephorus tamẽ aliã qdẽ ꝑuetustã narrat historiã: quã & Homerum legisse nõ rõne caret. Rumor est inqt apud Tartessios ꝙ æthiopes Africã usq; ad occasum ĩgressi sint. Partiq; ibidẽ mãsisse. Partim uero ẽt maritimã magno spacio occupasse: facit autẽ cõiecturã: eo ꝙ Homerus dixerit extrẽos hoĩum æthiopas biptitos fuisse. Nec in Aristarchũ eiusq; sectatores dicat aliqs. Aliaq; hisce modestiora: qbus a poeta multã auferet inscitiã. Dico eni pro priscoꝝ opinione Græcoꝝ: sicuti nobiliores ad aqlonẽ ptes: uno uocabulo scythas: uel Nomadas appellabãt: ut inqt Homerus. Posterioribus aũt ãnis notiores ad occasum Celtæ & Hiberi: uel mixto noĩe Celtiberi: & Celtoschyte: uocabant: cum gentes omẽs sub uno uocabulo ꝑ ignorãtiam instituerẽt: sic & exposita ĩ meridiẽ oĩa æthiopiã ad oceanũ uocari. Testimonio aũt & huiusmodi sunt, Nã & Aeschylus ĩ ꝓmytheo soluto sic inquit. Phœnicũ solũ: sacer rubri maris fluxus. Eurũq; flumẽ: uicinũ oceano stagnũ: qđ omnino æthiopas alit: ubi spectãs oĩa sol ĩmortale corpus & equorũ laborẽ ꝑ feruidas aquæ mollis effusiões quieti reddit. Ad totũ eñi meridianũ clima hũc ad solẽ usum: & ad æthiopas: eoꝝq; sitũ oceãus habere uidet. Et Euripides ĩ Phaẽtõte. Traditã esse clymenẽ Meropi: & terræ eius ĩpium habere dicit. Quã primã tellurẽ: Sol quadrigis exoriens aurea flãma ꝑcutit. Eã uero finitimi facie nigri hoĩes: idest melãbron lucentẽ aurorã: & solariũ equoꝝ statiões uocitãt. Nũc qdã coẽs & auroræ & solis ipsas equoꝝ statiões facit. Deĩceps ĩ sequẽtibus uicias Meropis habitaculo dicit esse. Et ĩ toto ipsius Tragœdiæ ope hoc ipũm applicat. Quippe cũ nõ adiacẽtis ægypto æthiopiæ ꝓpriũ sit: sed maritiæ magis: quæ meridianũ clima totũ attigit, Ephorus etiã ãtiquã de æthiopia manifestat opinionẽ: sicut ait ĩ libro de Europa Et cælestiũ ac terræstriũ locoꝝ qui quattuor ĩ ptes diuisi sunt. Eã quæ subsolanũ spectat Indos habitare. Ad austrũ uero æthiopas. Ad occidentẽ Gallos: Ad aqlonẽ Scythas. Addit ẽt ꝙ Aethiopia q̃ Scythia maior est. Ait eñi æthiopũ nationẽ ab ortu brumali usq; ad occasus extẽdi. Scythia uero huic e regione

opponitur. Poetā aūt hisce concordare: ut hinc cōstat: q Ithaca ad tene/
bram idest ad arcton iacet:
Haec q sub aurore lucē: soléue seorsum.
Sic uniuersum australe latus appellans. Item cum dicit.
Dextera siue adeant auroram: & lumina solis.
Siue petant leuā: tenebrasq sub aeris illi. Et rursus.
Me latet o socii tenebrae locus: aut ubi eons:
Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans.
Aut ubi conscendat.
De quibus in sermōe de Ithaca manifestius differit: cū itē inquit.
Iuppiter oceanū atq epulas pietate proborū Aethiopū hesternus petiit.
Communius dicendum est: oceanum & ad uniuersum meridianum
clima & ad aethiopas institui.
Cuicūq.n. huius cliatis loco mtē appōas: ad oceanū exiſtes: & aethiopiā.
Sic & illud inquit.
Aethiopum ex oris rediit neptunus & illum
Montibus e solymis lōge prospexit.
Tantūdē dicēs a meridiāis locis. Vt si solymos dicat: nō quidē Pisidiā
habitātes: sed (ut āte dixi) finxisse quosdā nōis eiusdē: q cōsimili rōne se
se ad eū i rate nauigantē haberent. Et meridianos illos: sicut Aethiopas:
quēadmodū Pisidici: & supra Pōtum: & supra eos ethiopas qui aegypto
adiacent. Sic & gruum mentionem communem faciens ait.
Postq̄ hyemem fugitant: nimii quoq frigoris hymbrem:
Oceani aduolitant refluos clangoribus aestus.
Caedem pygmaeis populis cladem q ferentes.
Non eni p Graeciae qdē loca grus ad meridiē delata spectat. In Italia ue/
ro: & Hispania nullo modo uel Caspia: uel Bactriana. Ad meridianam
igit orā maritimā cūctā extēdēte se oceano: ab uniuersa fugitantes hye/
mē: & traditos i fabulis pymaeos admittere oportet. Quod si posterioris
aetatis hoies aethiopas ad eos: qui iusta aegyptum habitāt solos traduxe/
rūt. Sic ēt Pygmaeos sermones nihil ad antiqua ptinēt. Etenī argiuos: &
achaeos nō cūctos dicius: qui aduersus Iliū expeditionē suscepe. Home/
rus autem omēs appellat. Simile & q d' loquor ē de biptitis aethiopibus.
Omnes accipiēdi sunt: q ad oceani oras extenti incolunt: ab oriente usq
ad occidētē solē. Nā q sic appellāt aethiopes biptiti naturaliter sunt sinu
arabico: sicut instar fluminis: meridiani circuli ptinēs nō cōtēnēda: lō/
gitudine ferme stadiorum supra quindecim milia. Latitudie non multo
maiore q̄ mille: ubi maxīa est. Insuper & lōgitudini illud adest: istius si/
nus secessū a Pelusiaco mari tribus uel quattuor diebus distare: q terra
c ii

ipsa interiacẽs idest Isthmos continet. Sicut igitur qui eruditiores Asiã ab africa diuidunt: hunc esse natura cõmodiorem arbitrant terminum: utriusq; terræ sinum siue Nilum. Illum naq; omniformiter fere a mari ad mare peruenire. Nilũ autẽ multipliciter ab oceano distare: ita ut mi/nime asiam omnem ab africa diuidat. Hunc in modum & ego poetam ipsum puto omis meridianas partes hoc ipso sinu per totũ terrarũ orbẽ biptire iure cogitasse. Quonã enim modo terrã ipsam intermediã: idest Isthmon ignoraret: quam ad ægyptiũ pelagus ipse facit. Et enĩ penitus absurdũ est: si ægyptias Thebas plane nouit: quæ a nostro mari paulo/minus stadiis quinq; milibus distant: recessum autem sinus arabici mi/nime nouerit: nec mediã ipsius latitudinis tellurẽ: quæ non plusq; mille stadiorum latitudinem habet. Multo autẽ absurdius uidetur: si ab eodẽ cognito Nilo: qui tantæ regiõis idẽ assecutus est nomẽ: eius quidẽ causã nõ inspiciebat. Præcipue uero illud ab Herodoto dictũ incidit. Cur re/gio donũ erat fluminis: & ob eã causam merito idẽ assequebat nomen. Alioquin ex iis: quæ apud omnes gentes propria habentur: ea notissima sunt: quæ admirationẽ quãdam habent: & in apto cũctis extant. Tale & Nili incrementũ est: & exaggeratio pelagi. Sicut & ad ægyptum delati: nihil prius de regiõe ipsa pscrutantur: q̃ Nili naturã. Cũ indigenæ nihil hisce maioris nouitatis ad hospites narrandũ habeant. Nec ullas rerum suarũ illustriores. Nam scrutãti de flumine mãifesta fit regio qualis tota sit. Ita & qui longe audiũt nihil antiquius habẽt: q̃ ut hoc ipsum inqrãt: ad hoc & illud adiiciũt: quanto & ipse poeta discẽdi studio: & peregrinã/di cupiditate teneret. Quarũ rerum testimonio sunt: tũ uitæ suæ scripto/res: tum exẽpla plurima suis de poematibus desumpta. Hic igit ex mi/tis potissimũ arguit: & cõprobat: cũ dicẽda æloquẽter expõat. Et admo/dum uulgata silentio præterreat: ut p Epithera: idest adiectura dicat. Ae/gyptios aũt & syros ad quos noster nunc sermo est mirari oportet: q; eo differente: ne suæ quidem gẽtis: & agri res intelligãt. Sed & inscitiã hoĩs incusent: cui obnoxios illos esse ratio ipsa demõstrat. Simpliciter aũt nõ iccirco ignotantiæ signũ est: quia non æloquat aliquis. Nec enim Euripi mutatiões: nec Termopylas: nec alia cõplura inter Græcos celeberrima cõmemorat: haud tamen ignorasse dixeris. Quod iis minime uidet: qui sponte sua surdas occludant aures. Qui qdẽ uehementer accusandi ue/niunt. Poeta sane pertrapida & incita flumĩa nũcupat: non torrẽtes solũ: uerum omĩa cõmuniter, quoniã hymbribus aquæ pluuiæ oĩa cõplent: at quod cõmune est excellentioribus peculiare fit. Aliter enim torrẽtẽ: aliter perpetuũ fluẽtum a Ioue incitatũ audires: hic nanq; aliquo modo cõduplicat excessus. Et sicut nõnulli super excessibus excessus sunt: ut

illud. Leuiorem subire umbram. Et illud: formidolosiorē lepore: Phrygē. Et illud. Agerminorē tellurē habet: q̄ epistola laconica. Sic excessus super excessum cōcurrit. cur ĩcitus a Ioue Nilus dicit᷑. nã rapiditas torrentis cætera supat flumina: usq; adeo incitus præcipitat᷑. At Nilus ipse etiã torrentes excellit in tantã uim magnitudinis: tēporibusq; repletus. Itaq; quando ipsi poetæ cognitus illius erat euentus: ut fabulati sumus: etiã de illo tale usurpauit adiectiuũ. Quod nec alio q̄ dixius pacto accipiendũ est. Pluribus aũt erũpe ostiis: quia etiã cōmune plurium ē: propterea mētione dignũ nequaq̄ suspicatus est. Et eo magis quia ad sciētes loquebat᷑. Sicut & Alceus sese in ægyptũ puenisse ꝓfatus. Exaggerationes aũt & incremẽta: & ex iis facile possunt intelligi quæ de Pharo tradidit. Is enĩ de Pharo sua tempora posteritati cōmēdans: magis q̄ fama cōmunis dixit. Quippe qđ a cōtinēti tñ abesset: quãtũ p diē nauis cursus est: haud sane falso uulgatũ erat: ĩcremẽta & exaggeratiōes tales extitisse. Cōmuniter illũ audisse crediderim. Ex qbus poeta in unũ cōferens: Insulã plus a terra cōtinenti distetisse: quom Menelaus aderat: q̄ tunc suo tēpore fabulamēti gratia: lōge maius adiecit interuallũ. Fabulosæ uero fictiōes non ignorantiæ causa fiunt. Signa enĩ ꝓfecto sunt: neq; de proteo scripta siue Pygmæis: neq; ipse ueneficioꝝ potestates: neq; siqd huius generis tale fingit᷑ a poetis. Haud enĩ p locoꝝ ignorãtiam: sed p oblectamenta & lætitiam dicuntur. Quonam igitur pacto aquarum expertem: aquas habere dicit᷑

Cōmodus est portus bene structas unde carinas
Post haustas lymphas pōto induxere natantes.

Sed neq; Scaturiginē defecisse ĩpossibile: neq; aquationē ex ĩsula fuisse ĩquit: sed adductionē solã ꝓpter portus ipsius uirtutē. Aquam uero ex ulteriore continēte haurire facultas erat ꝓfitente quodãmodo p insinuationē poeta: qđ non ad ueritatē: sed ad excessum figmētũq; poeticum pelago dixit ambitam. Quãdo qdē de Menelai errore dicta: locoꝝ illoꝝ ignorãtiæ adiumētum uident᷑ afferre. Forte satius: ut in uersibus quæsita exponentes hæc ipsa præcidamus: & de poeta clariorem suscipiamus defensionem. Telemachum regiorum tectoꝝ ornamenta mirantem sic Menelaus alloquitur.

Multa quidē passus: multisq; erroribus actus:
Nauibus octauo ueni peruectus in anno.
Cyprum & Phœnicem ægyptia pulsus ad arua.
Aethiopasq; uagans: & sidonios & erembos
Et libyen adii.

Quærunt autem quosnam ad æthiopas nauigans ab ægypto profectus

fuerit:quoniã maria nostra nulli æthiopes incolũt.Neq; p descẽsus Nili præcipuos:idest cataractas ullus ẽ nauibus trãsitus.Et q Sidonii sint nõ enim illi sunt qui i phœnice habitant.Cum eni genus ãtepofuisset:spe/ ciẽ nequaq̃ addidisset.Quiq; Erembi:nouũ nanq; est uocabulũ. Aristo/ nicus qdẽ ætate nostra Grãmaticus i libris:quos de Menelai errore ædi/ dit cõpluriũ uirorũ sentẽtias circa oĩa ibidẽ occurrẽtia capita cõscripsit. Sat erit nobis:si longiora præcidẽtes eos tantũ differemus ex iis q eius nauigationẽ ad æthiopiã narrãt.Nõnulli circũductũ per gades cursum retulisse ad Indicam usq; regionem inducunt. Simul errori & tempus accomodant:cum dicitur.

Nauibus octauo ueni peruectus in antro.

Quidam per Isthmum:idest per intermediã terram: & sinum arabicũ: Alii per fossarũ aliquam.Circũductus aũt cursus minime est necessari/ us:quẽ Crates itroducit sic ĩpossibilẽ esse. Eteni Vlyssis error ĩpossibi/ lis.Cæterũ ad materiam Mathematicã minime utilis:neq; ad erroris tẽ/ pus.Inuitæ nanq; moræ:& nauigationis incõmoditates eũ detinuerunt: cũ dicat:q̃d e nauibus sexagintaquiq;:reliquæ supfuerant & qdem spõ/ taneæ colligẽdæ pecuniæ gratia.loquitur enim Nestor.

Ille ubi permultum cogens census:haud minus auri:

Nauibus errabat phœnicem inde cyprumq;:

Aegyptumq; uagans.

Ipsa quidẽ nauigatio p Isthmũ idest terrã intermediã: aut p fossas acta: enarrata quidẽ:in fabulæ formã audienda erat. Nõ enarrata aũt supua/ cue & incredibiliter itroduceret utiq;. Incredibiliter inquã q; ãte Tro/ iana tempora ne una qdẽ fossa erat. Qui aũt facere cõatus est. Sesostrin fuisse aiũt.Cæterũ iccirco destitisse:q; maris summitatẽ sublimiorẽ esse deprehẽderat. Terra ẽt ipsa intermedia haud ullo nauigari pacto pote/ rat.Eratosthenes haud rectã iti eo facit cõiecturam:q; ad colũnas ut iref nõdum fracta tellus erat:ut huic interiori cõtinuaret exterius pelagus: ne cũ sublimius esset terrã operiret itermediã. Diruptiõe uero facta hu/ milius esse deprehensum & Casii & Pelusii agrum ad rubrũ usq; m are detexisse.Quã igit de eruptione ista habemus historiã: q̃d ãte Troiana tẽpora non extitisset?Fortassis pariter Vlyssem hac i oceanũ enauigasse fecit:diruptiõe iã pacta.Pariter aũt Menelaũ ad mare rubrũ ab ægypto classe transisse: diruptione necdum facta. Sed enim & Proteum sic illi dicentem introduxit.

Te uero helysium ad campum:uel ad ultima terræ

Cæelestes mittent.

Quæ nam igitur & quod occidentalem hunc extremũ locũ dicit.

Adiúctus zephyrus declarat & ultima terræ.
Ast late zephyri stridentia flamina: semper
Oceanus fundit.
Hæc ambigui plena sermõis: & enigmatis. Si igit̃ mediũ hũc agrũ poe/ta: & cõfluũ quãdoq; extitisse tradidisset: quãto maiorẽ ad id fidẽ habe/remus: bipertitos æthiopas fuisse: tanti maris interiectiõe disiũctos. Quæ pecuniarũ collectio & quæstus ab exterioribus & Oceanum colentibus æthiopibus. Atq; Teleachus regaliũ ornamẽtorũ magnitudinẽ admirat̃ Electri atq; auri argẽti simul: atq; elephanti.
Verum nulla horum præterq̃ elephanti facultas illis adest. Plurimi eñi & ĩprimis Nõades pastores rerũ omniũ mediussidius mẽdicissimi sunt. Adiacet Arabia usq; ad Indiã. Ex us sola ex omnibus altera felix uocat̃. Alterã & si talẽ nõ nominãt putãt tamẽ: & felicissimã esse scribũt. Indi/cam qdẽ ignorauit Homerus. Quã si nouisset profecto & meminisset. Arabia quæ hac tẽpestate felix appellat̃ illis tẽporibus minĩe locuples erat. Quin & ipsa admodũ erat egena. Cuius ciuitas fuit hominũ in ten/toriis degentiũ. Scenicorũ scilicet. Pars ipsius rara ferens aromata. Vude regio uocabulũ consequuta est. Quia taliũ penes nos rerũ põdus & rarũ: & preciosum est. Hac qdẽ ætate ubertatẽ habẽt: & ditescũt: cũ frequẽs: & copiosa mercatura facta sit. Tunc aũt minime credibile. Ipsorũ gratia aromatum: & odoramẽtorũ negociatori pariter: & camelario taliũ rerum facilis copia est. Menelao uero pricipalibus spoliis simul: & regũ mune/ribus opus erat: q & haberent qđ erogarent: & libenter cuperent ꝑpter uiri claritatẽ & gloriã. Igit̃ ægyptii: æthiopesq; ꝑpinqui: & Arabes nec omnino inopes erãt. Nec atridarũ fama illorũ aures effugerat. Præsertim ob res in bello troiano magnifice gestas. Vt capessendæ ab illis utilita/tis spes oriret̃. Sicuti de Agamemnonis Throace fertur.
Quem signum hospitii cinyres donauerit olim
Maxima cypriacas uolitarat gloria in oras.
Maius nanq; erroris spaciũ in Phœnice. Syria ægypto: & Africa fuisse dicẽdũ est: & Cypri locis: & sũmatĩ ꝑ maritimã nostrã & insulas. Et enim eũ ab hiis mũera cõparasse & ab inuitis discursando prædas uẽdicasse. Potissimum ab iis Troiani belli socii fuerunt: hic factum est. Qui uero exterius & longinqui fuerant Barbari nullam eius generis spẽ ostenta/bant. Menelaus igit̃ in æthiopiã uenisse dicit̃. Nõ qđ adusq; terminos ægypti uenerit. Forsan enim propinquiores thebis erãt ea tẽpestate ter/mini. Cæterum & qui nũc ad Syenen: & Philas pertinent termini pro/pinqui sunt. Quorum illa quidem ad ægyptum est: Phile uero æthio/pum: & ægyptiorum commune domicilium est. Eum igit̃ ad Thebas

profectum licet: uel ad usq; terminos; uel ultra æthiopas: & eo amplius: q regali fretus esset hospitio: haud ullum inconueniens. Sic & Vlysses se ad Cyclopum terram peruenisse inquit: e mari ad speluncam usq; profectus. Et enim uspiam in extremo cōsistere ait: & ī æoliam quidem: & ad Lestrygonas: & aliorsum: ubicunq; stetit in anchoris: eo permeasse dissent. Eodem modo Menelaus in æthiopiam. Sic etiam in Africam: q alicubi ad ea loca applicuit. Ex quo & Ardaniæ portus supra Paretōium: Menelaus uocatur. Quod si Phoenices & Sidonios interloquendum: idem eorum Metropolin nominat: cōsueta utit̄ figura. Sicut Troas adit: simul hectora naui. & illud

Magnanimi nec erat proles tunc oeneos ulla.

Is nec erat. meleager obit sub funere flauus. & illud.

Idam adeunt & gargaron. & illud.

Euboeamq; tenent cum chalcide. eretriamq;

Et sapphon.

Seu te cyprus habet: seu te paphus: atq; panormus.

Et præterea loci alii supererant. Atqui & cum iam phoenicis meminisset: proprie & Sidonem connumerasset. Denuo inquit: quod nonnulli inquirunt: ad connumerandas enim ordīe gentes satis erat hunc in modum dixisse.

Cyprum & phoenicem: ægyptia littora oberrans.

Aethiopasq; adii.

Vt autem & Sidonios peragrasse: & eam amplius peregrinationem exprimat: eorum felicitatem laudibus manifestat: siue repeteret: siue assumeret ex artis bonitate se bene habere. Et Helenam cum Alexandro hospitaliter acceptam ab eius loci hominibus.

Quocirca & Alexandro multa eius generis adsistere dicit.

Vestis erat uaria: quam perfecere marite

Sidoniæ. sidone uehit quas nauibus ipse

Pulcher Alexander.

Viam quoq; per quam subuexit Helenam: & apud Menelaum exponit. Telemachum enim alloquens ait.

Extructum cratera dabo: est argenteus omnis.

Labra micant auro perfecta: est mulciber autor.

Sidonius tribuit rex nunc clarissimos heros.

Illuc me placida protexerat æde reuersum.

Ad excellētiam dictum accipere oportet. Est Mulciber autor. Sicut etiam pulchra opera Mineruæ dictitātur: & gratiarum & musarum:

cum quod homines ipsi ornatissimis artibus celebrati essent. Homerus Craterem laudibus extollens ostēdat. Quem Euneus pro lycaone tradiderat. ait enim:

Ipse decor reliquos toto uincebat in orbe.
Sidonii ingenius uariis atq; arte crearunt.
Attulerantq; uiri phoenices.

Multus etiam de Erembis factus est sermo. Longe uerisimilius dixere: qui eos Arabes esse putant. Noster autem Zeno hoc modo scribit.

Aethiopesq; adii cum sidoniis arabasq;.

Scripta quidem cum peruetusta sint: mouenda non sunt: Satius est uocabuli mutationem accusare quae per multa: & cunctis i gentibus uulgata extint. Quippe nonnulli uariatis litteris ipsum fecere nomen. Optime & in hoc loco dixisse uisus est Posidonius: qui ab gentium cognatione & communione uetam nominis rationem idest Etymologiam explicat. Nam Armeniorum: Syrorum: & Arabum natio magnam prae se fert generis coniunctionem: seu linguam: seu uiuendi ritus: siue corporis liniamēta consyderes: cum maxime finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex hisce tribus constituta gentibus. Praecipue ex iis similitudo manifesta est: q siqua sane fit trans climata differentia ea ut plurimum fit inter septentrionales: & meridionales populos: & cum iis inter illos praecipue qui regionis incolunt terminos medios. Sed quod cōmune est obtinet. Assyrii quidem & arimatii: & harmenii quodammodo pariter se habent: & ad hos & ad se inuicem. Harum uero gentium appellationes inter se q̄ similes esseretur. Ipsi enim Syri: quos Syros nos ipsi uocamus: Armenios & arammeos uocāt. huic autem uideri armenios & arabas: & Erembos. graecis fortasse ipsis hoc modo arabas uocannbus. Simul & ad id ueta uocabuli significatione: idest Etymologia adiuuante. Quia enim terram subeant: idest antra: multi troglodytas quasi antricolas: quos suscipientes posteri: uulgo per nominis etymologiam apertius troglodytas dixere. Hi ex arabibus sunt: qui ad alteram sinus arabici partem uergunt ad aegyptum & aethiopiam. horum meminisse poetam: & ad eos Menelai profectionem dixisse credibile est: & eo ad aethiopiam quem dixi modo. Et enim hi quoq; Thebaidi propinqui sunt: similiter non operādi: aut lucrādi gratia nominati: haud eni hoc multū esset: uerum pegrinationis longinqtate: & celebritate.

Celebetrimum est nanq; tam remota peragrasse loca. Tale & illud est.
Hic hominum multas urbis & pectora nouit:
Plurima perpessus multisq; erroribus actus.
Hesiodus in catalogo inquit: Arabi puellá quã Hermaon genuit. & Beli folio digna puella regis: ut ait Stesichorus. Credẽdũ igit' est: q; ab isto arabia iam tum nomiabat'. Heroum uero ãnis nõdũ fortasse. Qui autẽ Erembos fingũt: ꝓpriũ unũ æthiopiæ genus. & aliud Ccphenoꝝ: & tertium Pygmæoꝝ: & alia innumerabilia: minus credulitatis cõsequerent': cum præter hoc quod haud fide digna proferãt: quãdã poeticæ & historicæ figuræ cõfusionẽ demõstrant. Similesq; illis sunt q Sidonios í mari Persico: aut alibi ad oceanũ fetant: & Menelai errorẽ: & Phœnicis extra oceanum ponẽtes. Huius aũt incredulitatis causa est non minima: q sibiipsis dicẽdo inuicẽ aduersant'. Quidã enĩ Phœnicas: & Sidonios: q nobis ꝓpinquiores sunt: ex oceano in Colonias deductos esse tradũt. Et quia a mari rubro sunt Phœnices idest rubros uocatos fuisse adiciunt. Nõnulli illos ab istis esse dicũt. Sunt & qui æthiopiã in nostrã Phœnicem traducũt. Et res de Andromeda gestas in Iope cõtigisse aiunt. Non qdem p locoꝝ aut rerum: quæ dicunt' ignorantiam: Sed fabulæ potius figura. Sicut penes Hesiodũ: atq; alios quæ ꝓfert Apollodorus nesciẽs ꝓfecto quẽ in modũ ista Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad Pontum & Aegyptũ apponit inscitiã causatus: qđ cum existẽtia cõmemorare uelit: non tamẽ existentia cõmemoraret. Sed nos existẽtia: uelut existẽtia p ignorãtiã. Hesiodũ nemo utiq; inscitiæ crimináret' qui semicanes: & longa ferentes capita dicit: & Pygmæos. Hæc enim haud Homeri sunt fabulosa fingẽtis. Quoꝝ e numero & isti existunt Pygmæi. Neq; alemanis qui digytos intenectos alios pedum digytis scribit. Nec Aeschyli: qui cãino capite: & oculatis pectoribus: & monoculos. Quibus in rebus nec ipsis qui pedestri sermone historiæ formã cõscribunt: mentem in multis adhibebimus: nisi fabulamẽta sese cõscriberc ꝓfiterent'. Nanq; initio statim clarum est: eos fabulas spõte sua cõtexere: non per rerũ ignotãtiam: sed impossibilium figmẽto admirationis & uoluptatis gratia. At per ignorantiam putantur: quum maxime & credibiliter talia de occultis & ignoratis per fabulamẽta cõscribũt. Cæteꝝ Theopõpus interdicẽdum sese fabulas in historiis narraturum cõfitet'. Melius q Herodotus: & Ctesias: & Hellanicus & cæteri: qui res Indiæ litteris ꝓdiderũt. Veꝝ de obtigentibus oceano: í fabulæ modũ cõmeorauit est. Nã de illo cõiectura poetæ faciẽda est. Ab aquaꝝ. n. siccitatibus: & alluuiõibus de charybdi fabulas ipse cõfecit. Cũ tñ illa pẽitus Hõeri fabulatio nequaq existat. Sed ex iis q de freto Siculo ab historia tradũt' ante

comparata. Nam cum bis fiat die noctuq; recursus: si ter ille sic dixerit.
Terq; die reuomit: ter sorbet inde refluxus.
Haud p historiarum ignorãtiam hoc fieri suspicandũ est: sed per miseriam ac terroré quẽ ĩterloquẽdũ Circe pmultũ adiecit auertẽdi gratia: ut ipsis in uersibus mẽdacium misceret: quũ ea dixit hũc ĩ modũ.
Terq; die reuomit: ter sorbet: deinde refluxus.
Terrificum est: ibi ne fueris sorbẽte charybdi.
Te neq; ab hac peste seruauerit ennogisæus.
Atq; eã ĩ sorbitioné ĩcidit Vlysses: nec tamẽ (ut inqt ipsemet) extĩctus ẽ.
Illa qdem salsos sorbebat ab æquore fluctus.
Ast ego tollebar caprifici in uertice summe:
Cui steteram fixus œu uespertilio.
Tolleras inde naufragia: & ab eis rursus ĩterceptus saluus euasit. Vnde Circe mẽtita ẽ: & sicut hoc: sic & illud. Terq; die reuomit: pro Bisq; die reuomit: cũ huiusmodi superlatio ab oĩbus usurpet. Vnde ter beatos: & ter infelices dictitãt: & poeta ipse. Ter beati danai: & ter benigna: ter exorabilis. Et terq; quaterq; beati. Forte aliqs ex loco signum faceret: q aliquo modo ueritaté sub uelamine dicat. Ad id enĩ qd bis ĩ utroq; diei ac noctis tẽpore fiat refluxus: magis conuenit q̃ ad id qd tanto tẽpore ter demersa maneant naufragia. Tarde uero tenci cũ optaret: & assidue ramis detinetet
ter beati
ter infelices
ter benig[illegible]
t[illegible] exorabilis.
terq; quaterq; beati
Continue specto remouit dũ ex æquore retro
Carbasa uel proram: sed spes tardissima uenit:
Quando e consilio uir cœnæ ad fercula surgit:
Atq; foti lites diiudicat ordine multas:
Tẽpore in hoc resonans mihi pandit dona charybdis. Cũcta hæc: notabilis cuiusdã tẽporis indicium exhibent. Præsertim cũ uespã intẽdisse: ne cõmuniter qdẽ inqt. Quãdo iudex exurgit. Sed quando lites multas diiudicat: ut ita uel lõgioré quandã morã protrahat. Alioquin haud credibilem naufragio liberationem subiecisset: si prius q̃ extrahetetur: confestim multo retro refluxus ipse recideret. Reprehendit autem Apollodorus Callimachum assentiens Eratostheni: quoniam licet esset grãmaticus ultra Homericã materiam: & exteriorem per oceani locos cursum circa quem errorem asserit: Caunum nomĩat: & Corcyram. Quod si nullibi quidem error extitit: quĩ totum Homeri figmentum est recte fit increpatio. Sin autem extitit: uerum alia circumloca confestim illa dicẽda sunt: & illius corrigẽda est ignorãtia. Totũ aũt esse figmẽtũ nequaq̃ uerisimile dicit: quẽadmodũ ostẽdimus. Nec aliorum locorum put maior demõstratorum est fides. Et a criminatiõe liberati Callimachus posset.

Nec eni probe Scepsius Demetrius: qui quorūdā Apollodoro delicto χ causa extit aduersus Cyzicenum Neanthem: ābitiose cōtradicēs. Neanthes eni dixerat: φ argonautæ ad Phasin nauigantes: Homeri & cæterorꝫ dictis sup nauigatiōe cōcordans: Ideæ matris sacra apud Cyzicum collocarāt in ea regione principē. Nequaq̄ uero exploratā Iasonis peregrinationem ad Phasin Homerum habuisse: hoc non modo cantatis ab Homero: sed ēt sumpsius dictis repugnat. Homerus enim Achillem: & Lesbum: & alia loca populatū a Lemno: cæterisq̄ ꝓpinquis insulis sese continuisse dicit ꝓpter Iasonis eiusq̄ filii Eunei cognationē. ea tēpestate insulæ impium obtinētis. Quonā igit̄ pacto id poeta qdē sciuit: qd̄ uel genere uel gēte: uel uicinitate: uel quouis modo necessariū fuerat: & Achilles & Iason: & non aliūde sane: nisi φ ābos Thessalos fuisse contigerat. Hunc qdē ex Iolco: Achillem uero e Pythia achiua. Id autē ignorabat unde euenisset Iasoni Thessalo: & Iolcio existenti: quod is sibi in natali solo successorē & hæredem neminē reliqsset. Filium uero in Lēni dicione constituisset. Peliamq̄ & Peliæ filias: & earꝫ præstātissimā: eiusq̄ filium nouerat Eumelū.

Q uem parit admeto matrona alcestis honora.

Q uæ peliæ natas formas superauerat omnis.

At Iasonis casus & Argo: & argonautas uulgo māifestos: ne audierat qdem. Eete uero nauigationē p oceāum fingebat nullū ab historia captās exordiū. Nā φ nauigatio ad Phasin primū (ut omnes asserūt) fidē habet mittēte Pelia: & reditus ipse: & internauigandū: φ insulas occuparit: & φ sicut Vlyssi ac Menelao amplius mediussidius factus est error: hac ēt mōstrat̄ & credit̄ ætate: & ex Homeri carmie. Etenim Eea circa Phasin urbs ostendit̄: & regionis Colchidis impium Eeta tenuisse credit̄. Et indigēis hocipsum gētile nomē illic ē. Et Medeā ueneficā extitisse memoriæ tradit̄. Et regiōis eius opes: & auri & argēti: & ferri metallis: iustā quādam in ea loca expeditiōis subalegant occasionem. Q uo Phrixum ante p mare trāsmisisse ferunt: & āboꝝ militiæ monumēta extant. Phrixium eni i Colchidis: & hiberiæ cōfinibus est: Et Iasonia multis i locis: & armeniæ: & mediæ finitimis ostentant̄. Atqui & circa Sinopen: eiusq̄ maritimā otā & Propōdē: & hellespontū: usq̄ Lemnū: cōplura reꝝ ab Iasone ac Phrixo ea i militia gestaꝝ ferūt̄ idicia. Colchoꝝq̄ Iasonē isecutātū usq̄ i Cretā: & Italiā & Adriā. Q uorum nonnulla quoq̄ designat Callimachus. Tūc qdē Egleten liquēs & Anaphē: uicias Lacedæmōiæ There inchoat: & ab Aeeta Cytheo rursus ad āntiquā semidei hermionē nauigauit. Tū de Colchis ait. Hi i traiectu Illyrico amissis remigiis apd̄ flauæ armōiæ āguē oppidū cōdiderūt. Q uod qdē cū e ꝓfugis quidam

Græcos asseruisset:at eoꝝ lingua Polas noiauit. Quidā maxiam Istri ptē Iasonē ānauigasse cōmemorāt. Aliq aūt usq; ad sinū adriancū. Quidam sane per locoꝝ iscitiā. Alii p fluuiū Istrū dicūt:q ab magno incoans Istro effundit' in adriā. Hæc ꝓbabiliter:ac nō incredibiliter dicta sunt. Poeta igit' tales nactus occasiōes quędā historicis cōuenietia:minimeq; discre/pātia dicit. In his ēt seruato more suo:& cōmuni fabulas imiscet. Minie aūt discrepat:quū æetā noiatim explicat. Et Iasonē & argo dicit: & præ/ter Eean effingit:& Euneū i Lēno cōstituit. Et Achilli dilectā facit isulā. Et præter Medeā Circen uenificā pniciosi Eete sororē facit. Adiicit ue/ro fabulose extra p Oceanū occurrētes errores:ea in nauigatiōe cū sup/positis istis illud apte dicat'. Curæ existens oībus argo. Perīde ac cogni/tis i locis ac populosis nauigatiōe futura. Quod si quēadmodū Scepsi/us inqt: Mimnermū testē accipiēs: domiciliū Eete in oceanū ad oriētem faceret. Exterius Iasonē missum a Pelia esse:& pellē reportasse:nulla ra/tiōe credibiliter ea ad pellem transmissio diceret' ad ignotos obscurosq; locos: Nec ipsa nauigatō p deserta & iculta pegrinās usq; adeo gloriosa: & omnibus curiosa fuisset.

Nec uero ad pellē quo tempore scandit iason:
Mœstum de terris ipse ꝓfectus iter:
Tristia crudeli peliæ certamina patrans
Oceani refluas tum petiisset aquas. & illud.
Tunc radiis altæ sol splēdidus actus in urbē:
Aeetæ auratis emicat in thalamis.
Littore ab oceani diuus ueniebat iason.

Neq; probe illud Eratosthenes: quod de homibus nulla dignis memo/ria amplius mentionem facit. Quoꝝ nonnulla redarguit: nonnulla cre/dit:& testes illos usurpat. Sicut Damasten:& alios generis eiusdē. Quo/niam & si quid ueri prædicāt:non in eo testibus illis uti oportet. Nec ob eam causam fides est eis habenda. At dignis & grauibus tantummodo uiris sic utendum est:qui quidem permulta bene disseruerunt. Multa uero omisere:uel non satis plene explicuere. Nec uero falso teste untur Damaste:nec quicq̄ differt: si testem uocaret Bergeum uel Messenium Euemerum:& reliquos quos ille nomiat:eorum ambages accusans. Ipse horum unum deliramentum commemorat: quod arabicum sinum la/cum esse censent. Diotimen quoq; Strombichi filium legationes athe/niensium enarrantem e Cilicia per Cydnum in Choaspen flumen ad/nauigasse: qui præter Susa defluit. Et quadragesimo demum die ad Susa peruenisse. Hæc sibi narrasse Diotimē. inde miratur si possi/bile fuit. Cydnum itercisо Euphrate atq; Tigri in Choaspen irrūpere.

Aliqs non modo hoc ānotauerit:sed & alia:qđ de locis sua nōdū ætate cognita singula exqsita digeste esse dicat.iubensq; ne leuiter qbuscunq; fidem adhibeāus:& causas pluribus reddēs: ꝓpter quas haud ita nobis fides præstāda qbusuis sit. Sicun de Ponto:& de adria:ipse tamē nescio qbus credidit. Igiť isthicum sinum lōge magis ad oriente expositū q̄ mare nostrū putauit. Signū cū orienti uiciniot tribus ferme stadiorū milibus sit:q̄ Dioscuriade q̄ i secessu Pōti ē. Et secūdū ipsum:ex stadiorū msura: quā de adria dicit & septētrioālia & alia noiatim loca extrema expōens a nulla tēpat fabulatiōe:fidē quoq; præterea habuit de exterioribus columis Herculis pluribus fabulamētis:& insulā Cernen:& alia nominās loca:quæ hisce tēporibus nusquā mōstrāť:de qbus mēoriā postea faciemus. Vetustissimos inqt aut piraticā:aut mercatutā exercētes eo nauigasse:non in pelagus qdē egressos:sed iasonis modo præter littora pmeasse. Quē qdē in Mediā usq; & armeniā & Colcos nauibus omissis bellū itulisse. Postremo dicitat antiqs tēporibus neminē aut mare euxinū: aut præter Libyā Ciriā Ciliciā nauigis adire ausum.q; si āliquos eos dicit qui nostrā āte fuere memoriā de illis seu nauigarit seu nō:nulla mihi sane cura ē. Sin eos iquit qui memoriæ ꝓdūť nullus eloqui sane torpesceret aut uereret:qđ ueteres & maritima:& terræstria longiqus emēsi fuerint itinera q̄ posteriores uideanť:si aios ad ea quæ de illis posteritati scriptis cōmēdata sunt adhibuerius. Sicuti Liber pater Hercules: & Iason ipse qdē. Illi ēt de qbus poeta cecinit. Vlysses Menelaus Theseus Perithous:qui lōgiquas subiere militias:ut fama fert:ut imortalia de se monumēta reliquerēt:ut ēt ad inferos usq; penetrarent. Castorē & Pollucem maris curā suscepisse:& nauigānū saluti preesse. Minoem maris impium tenuisse. Phœnicū itē nauigatiōem:qui ēt extra colūnas herculeas egressi fuere:& ibi urbes cōdidere:& ad mediterranea africæ orāq; maritimā paulopost Troiana tēpora. Aeneā & Anthenorē & Enetos:& simpliciter omnes qui e Troiano bello in uniuersum terrarum orbem pererrarunt dignum est nequaq̄ inter uetustos homines recenseri. Cū autem græci similiter & barbari ob lōgiora militiæ tempora domestica bona & facultates bello partas amisissent:obuenit utrisq; ut euerso ilio uictores per egestatem ad latrocinandum uerterentur. Et uicti bello superstites multo magis:a quibus & oppida plurima cōdita per omnia littora extra Græciam feruntur:& ad nonnullos mediterraneæ locos. Ipse autem æloquutus quousq; habitabilis ad cognitiōem post Alexandrū: & eius æratem perlata sit ad faciendum iam de forma sermonem transit : non tantum de ipsa dico habitabili ; quod quidem de illa sermoni ꝓpriū magis esset:sed uniuersa de terra. Huius aūt facieda quoq; est

memoria. Modo ne præter ordinē. Profatus itaq; q̄ tota rotūda existat: non q̄dē ut tornatilis: cū inæqualitates quasdā habeat: inducit q̄ globi illius pticulares sint transfigurationes: quæ aquis & igne & terræmotibus: & exhalationibus: & aliis generis eiusdē cōtingūt. Neq; hac ī pte rex̄ servans ordinē. Nanq; rotūditas totam terrā ab ipsa totius uertigie prouenit: tales uero trāsformatiōes totā minime terram pmutant. Eteni ī magnis quæ sic parua sunt euanescūt. alias uero atq; alias terræ dispositiones efficiūt. Aliasq; ac alias ppiquas habent causas. Præcipuā uero quæstiōem præbuisse dicit: quonā mō fiat ut duobus tribusq; stadiox̄ milibus lōge a mari ītra mediterraneā frequētibus ī locis cōcharū & Ostreorū & Cherāydū magna cernat̄ multitudo & falsi lacus: sicut circa tēplū Ammonis: & uiā qua itur ad illud triū miliū stadiorū esse dicūt. Per multā eni ostreox̄ effusionē extare. Nō pax̄ ēt hac tēpestate salis īuēiri. Maris præterea exhalatiōes in sublime reiici. Prope ipsum etiam maritimax̄ fragmēta nauium ostentari: quæ hiatibus terris escaturiuisse tradūt. Super columellas īcubare delphias hāc inscriptiōem habētes Cyrenensiū spectatox̄. Hæc effatus stratonis Phisici cōmēdat opinionē & Xāthi Lydi q̄ regnāte Artaxerxe īgentē adeo fuisse siccitatē ait: ut flumina lacus putei defecerit. Eūq; ipsum multis ī locis a mari lōgīqus uidisse lapidibus inhærētes cōchulas: pectines & testax̄ formas. Salsumq; lacū in armeniis & ī Mattienis: & ī inferiore Phrygia: quas ob causas psuasum habere cāpos illos mare aliquādo fuisse. Strato aūt causas & ratiōes magis attīgit: q̄m existimare se dixit. Euxinum initio ad Bizātium os nequaq̄ habere. Flumīa uero in ipsum irrūpētia uiolenter aperuisse. Deinde aquas in Propontidē & Hellespontū excidisse. Idēq; in nostrū euenisse mare. Ibi enim ad colūnas cum mare āmibus īpleret̄ effractum esse trāsitum. E quorum effluentia quæ coenosa prius fuerant patefacta sunt loca. Causam uero affert. Primum q̄dē quod exterioris & interioris maris aliud fundum & alia sedes ima est. Deinde quia uitta quædā sub aquis ex Europa ī Africam ptotenditur: quasi antea interius & exterius mare unum esset: & fundū esse in Ponto breuissimum. Creticum uero & Siculum & Sardoum pelagus profundum esse uehementer. Amnibus enim plurimis & maximis a septētrione & oriente labentibus: illa limo repleri: & alia profunda manere. Quocirca pōticum mare dulcissimum esse: fluere uero ad locos: ubi magis fundum inclinatur. Videri & pontum ipsum humum altiorem tollere posse posterius: si tales pmaneāt īfluētiæ. Nā & sinistras pōti ptes nūc cœno īcrescere. Salmydessum uidelicet: & ea q̄ nautæ uocāt pectora ad Istrū & Scythax̄ deserta Vtq; & ipsum Ammōis tēplū superioribus āns mari ppiquū: ob effluentiā

hoc tẽpore ĩ mediterraneã iacere. Ipsum ẽt oraculũ cũ mare uicinũ esset eo celebritatis & notitiæ puẽisse iure qdẽ suspicat̃. Tantãq; loci a mari distĩctionẽ haud sane nois claritatẽ & gloriã uerisimiliter hac ætate posse facere. Aegyptũ ẽt priscis tẽporibus ad pelusias usq; paludes: & mõtẽ Casiũ lacũq; Sarbonidẽ maris inũdationibus optã fuisse. Nũc quoq; dũ p ægyptũ huiusmodi effodit̃ salsedo: ẽt sub arena salsa refertæ conchyliis foueæ reperiũt̃. Perĩde ac agro maris aquis inũdato. Locus ẽt ois ad casiũ & ad scuta (sic enĩ appellãt) palustrẽ limũ habebat: ut maris rubri sĩmũ attingeret. Mari aũt cedẽte detectũ extitisse: & lacũ Sarbonidẽ mãsisse. Inde & hũc effractũ & palustrẽ factũ. Similiter & salsi lacus ripas maris magis q̃ fluminis uideri. Idcirco magnã cõtinẽtis ptẽ qbusdã tẽporibus: inundatã: & rursus detectã extitisse cõcederes. Eũdẽ ĩ modũ inæquale pfundũ terrã nunc totã esse sub mari. Sicut mediussfidius & quæ emersit quã ĩcolimus: quæ tot pmutatiões admittit: quot uerbis psequtus est Eratosthenes. Eas ob res aduersus Xãthi dicta nihil absurdũ pfecto pferas. In Stratonẽ aũt dici põt: q cũ multæ causæ adsint: illis omissis quæ nõ sunt criminat̃. Primã eteni inqt causam: q exterioris & ĩterioris maris nõ idẽ pauimẽtũ ac fundũ est. Ad hoc.n. qđ altius tollit̃: aut in ima declinat: aut aliquos inundat locos: & ab illis refugit: hanc ipsam minime causam esse. Alia uero & alia esse pauimẽta: & hæc qdẽ esse humiliora: hæc aũt eminẽtiora. Verũ ipsa quoq; pauimẽta nũc qdẽ in sublime scandere: nunc aũt in ima esse deducta. Simulq; & pelagus tollere & inclinare. Altius qdẽ elatum inũdare. Pressius uero ĩ pristinũ recurrere statũ: qđ si sic ẽ: opus erit repẽtio maris ĩcremẽto inũdationẽ euenire: sicut crescentibus undis & fluuiorũ ascensibus interdũ altera ex pte aqua infert̃: interdũ rursus exauget̃. neq; uero incrementa aggerata & repẽtina fiũt: nec inũdatiões tẽpore tanto pmanẽt: nec ĩordiatæ sunt: nec ĩ alterũ inũdant mare: nec ubi euẽtus tulit. Reliquũ igit̃ ẽ: ut ĩ pauimentũ causa ponat̃: aut ĩ eo qđ mari subiectũ ẽ: aut qđ iundat̃. Immo uero qđ sub undis est. Humidũ nanq; ualde mobilius est: & pmutatiões celerius suscipe põt. Eteni horũ omniũ causa spirabilitas est. hoc magis ĩ loco: uerũ (ut dixi) hic talia fiũt accidẽtia: qđ fundũ & ipsa pauimẽta interdũ extollũt̃: ĩterdũ residẽt: nõ aũt q aliqua sublimia sint: aliqua uero mĩus. Is aũt assumit hoc quũ id mari obuenire putat: qđ & fluuiis accidit q ab altis locis fluẽtia sint: haud enĩ fluxiõis ad Byzãtiũ causam diceret e fundo esse: qđ Euxini alueũ altiorem esse dicat: q̃ uel ĩ Propõtide: uel ĩ reliquo deĩceps pelago simul & causam apponẽs. Nã ex limo e fluminibus delato fundũ repleri ac breuius fieri. Quãobrem ad exteriora elabi. Eãdem uero rationẽ in mare nostrũ uniuersum traducit ad

exterius:ut hoc altiora efficiat fundaméta:q̄ quæ atlantico subiecta sunt
pelago. Et enim hoc quoq; ex pluribus implet̃ amnibus:& defecationẽ
limi pro sua quantitate decollandi suscipit. Irrũpentẽ igit̃ per colũnas &
Calpen fluxũ ei qui ad Byzantiũ est:similẽ fieri opus erat At istud qdẽ
omitto. Et enĩ hoc ibidem cõtigere decet. Distrahi uero circa æstuaria &
inundatiões & occultari. Istud interrogo qdnã ꝓhiberet priusq̄ Byzãti/
os aperiret̃. Cum Euxini fundũ propõtide:& reliquo deinceps mari sit
humilius:fluminibus impleri:seu mare fuisset ãtea:seu Meotidis palus
ãplior. Nã si hoc concedat̃:& illud interrogabo. Num illius & Propon/
tidis supficies aquæ nõ ita se habebat:ut quo ad usq; ea erat ad effundẽ/
dum nequaq̄ ípelleret̃ ꝓpter aduersam ex equo resistentiã & oppressi/
onẽ. Postea uero q̄ internũ mare supabũdauit: qd̃ uberius erat euidẽti/
us fluxũ repulit Qua ex te íterius & exterius in unũ cõfluxere pelagus.
Et eandem cũ illo mari faciem accepere:siue marina siue palustris prius
erat. Postea uero marina facta ꝓpter pmixtiõem & inualescẽtiam. Si.n.
hoc dabũt fluxus qui nunc est haud sane ípediret̃. Nõ a supiore fundo:
neq; decliui quod ratus est Strato. Ista uero & ad nostrum mare totũ &
ad exterius transferre nõ in fundis:aut eoꝝ inũdatiõibus effluẽtiæ cau/
sam ponentes:sed in fluminibus ipsis. Quãdoquidẽ nõ ícredibile est se/
cundũ eos ẽt:& si totũ mare nostrũ antea paludẽ fuisse cõtigeret: quod
a fluuiis impletum supundãs p ãgustias colũnaꝝ excideret:quasi p cata/
racten assidue crescens & magis in unũ confluens mare effectũ tẽporis
diuturnitate: & unã in faciẽ cõcurrisse: ac ꝓpter inualescẽtem potentiã
in marinas euasisse aquas. Nõ autem omnino naturale fluuiis cõparasse
pelagus. Illi enĩ per decliua allabendo serunt̃. hoc uero ídecliue perstat:
freta uero intra terras agitant̃ alio quodã modo:nõ secundũ limi ex flu/
minibus prolapsum altitudinẽ pelagi reddẽtem. Nanq; aggeratio circa
ipsa fluuioꝝ ostia cõsistit. Sicut í Istro ea quæ pectora dicunt̃:& in Scy/
tharum solitudine & in Salmydesso:aliis etiã ad hoc torrentibus opem
afferẽtibus. Ad Phasin uero Colchicũ littus est arenosum & depressum
ac molle. Ad Thermodontẽ autẽ & ad Irin tota themiscyta totusq; cã/
pus amazonũ:& maior Sidenæ pars. Sic enim & í aliis. Omẽs nãq; Ni/
lũ imitant̃ ante ipsos meatum existentẽ in terram continentẽ redigẽtes
nonnulli plus nonnulli minus. Minus qdẽ qui nõ multũ deferũt limũ.
Plus uero qui permultũ & mollẽ transeũt agrũ. Torrentesq; plurimos
accipiunt. A quibus est Pyramus:qui magnam Ciliciæ partẽ adiecit de
quo tale est æditum oraculum.

Tunc erit undisonus late cum pyramus olim
Littora perfundens cyprum labetur in almam.

In mediis enim Cataoniæ căpis nauigabilis delatus:& p ăgustias Tauri in Ciliciam elabens ad oppositũ huic & Cypro transitũ erũpit:ne aũt delata a fluminibus terra in pelagus deueniat:causa est:quia mare natura ipsa refluens eă reuerberat. Animantibus enim simile est:ac sicut ille spiritũ assidue admittũt & remittunt:sic mare semp in se & ex se recurrenti quadă agitatiõe mouet. Id aũt perstanti i littore indicat fluctuatõ: pariter enim pedes alluũt:& nudăt:& rursus alluũt:& istud assidue: & fluctui supincurrit quoq; unda:& si tranquillũ sit ui quădam maiorem habet:ut omnia aliena eiciat in terrã: magnũ indiciũ est e mari alga per multa in littus piecta: hoc magis spirante uento contingit. Cæterę & in malicia & terræstribus flatibus.nihil enim minus fluctus ipse i terram fert contra reflăte uẽto.sicuti pprio quodă maris motu cum eo pariter agitato. Tale & istud est.

Fluctus in extremis curuans attollit altus.

Sordentemq; uomit spumă.& illud.

Littora iam reboant:foras eructatur aquæ uis.

Igit ipse undarũ impetus ad aliena ppulsanda uim quandam habet. Et hăc maris purgatiõem quăpiam esse ferũt:p quă & cadauera:& naufragia unda expellente ad terras extrudũt. Nec ipsa tantam uim habet reuersio:ut uel defunctũ corpus uel lignũ uel suber a fluctu reiciat i terram. Sic & uicina mari loca subter captante undã ruũt i pelagus. Sic & terram & turbulentam secũ aquă exundare cõtigit. Et adiuuante simul pondere:priusq̃ ultra in pelagus erũpat onus ad terram ifectus defert. Nã & fluminis uis ipsa quiescit:cũ ab ore paulispet fuerit egressa. Hũc igit in modũ possibile fit ut pelagus omne ab ipsis inchoans littoribus cœnũ obducat:si assidui amnes afluant. Id obueniret utiq; si põtũ Sardonico pelago pfundiorem esse supposuerimus. Quod supermẽsurata mille passibus profundissimũ esse aiũt: ut autor est Posidonius. Talem igit causarum ratiocinatiõe qdã minus admitteret. Ex manifestioribus & quotidie quodămodo pspectis potius applicădus est sermo. Nã diluuia & terrarũ motus:& exhalatiões & tũescẽtia mersæ mari telluris sublime tollunt mare. Illud aũt subsidentiæ humile reddunt. Haud enĩ laminæ fluitãtes qdẽ:aut pusillæ quædă insulæ sursum afferri ualent. magnæ uero nequaq̃ neq; insulæ qdẽ. Cõtinẽtes autem terræ minime. Similiter & cõmixtiones & puæ & magnæ fiant. Siquidẽ locorũ hiatus & absorbitiones domiciliorũ:queădmodum Buræ & Bizonæ aliarũq; plurium ex terræmotu factas fuisse perhibent. Et Siciliã nihil magis q̃ abscissum ab Italia fragmẽtum esse putaret aliquis. Vel ab etnæ incẽdio e fundo reiectam coniunctã permansisse. Sicut etiã Lipareorũ insulas atq;

Pithecussas. Is uero adeo iocundus est: ut cum mathematicus nõ sit: nec Archimedis opinionem confirmet. Ille enim in libro de iis quæ uehunt̃ ait: ευτοισ μερι Των οΧουμευων. Cuiuslibet humidi modo cõstet: & permaneat sup̃ficiẽ esse rotũdã & sphericam: cũ sphera idẽ cũ terra cẽtrum habeat. Hanc omnes admittunt opinionẽ: q̃ mathematica modo aliquo attigerũt. Ille uero mare interius: & si unũ sit (ut asserit) sub una sup̃ficie constructũ esse nõ æstimat: sed nec ẽt propiquis in locis. Et talis inscitiæ testes facit nõnullos architectos: cũ Mathematici architectonicã portionẽ esse quandã Mathematicæ declarent. Ait enĩ & Demetriũ Isthmũ Pelopõnesiacũ pfrĩgere conatũ: ut classibus nauigatõnis trãsitũ præberet. Ab architectis aũt ꝓhitũ: q̃ cũ metarent̃ renũciauerũt. Sinus Corinthi mare altius esse: q̃ qđ ad Cẽchrias esset. Itaq̃ intermediũ si incideret locũ: uniuersum ad Eginã transitũ: cũ ipsa pariter Egina & ꝓximas insulas demersum iri. Nec ipsum nauigatiõis utilem fore meatũ ob eam rationem: q̃ instar Euripi omnes fluxiles forẽt. Præsertim uero ueluti Siculũ fretũ est: qđ eadẽ cũ oceani æstuariis pati dicit̃. Quolibet enĩ die ac nocte bis fluxũ alternat Sicuti & oceãus bis inũdat: totiẽsq̃ recidit. Itaq̃ & inũdatio Tyrrheni maris in Siculũ delata confitẽdũ est q̃ ex altiore sup̃ficie descendens noĩat̃. Ei rei adstipulat̃ id qđ ẽt eodẽ tẽpore incipit & quiescit: quo ipsæ inũdatiões. Incipit enim circa exorientẽ lunã & occidentẽ. Desinit aũt cũ utriq̃ cæli medio & sup terrã & subter terrã adiũgit̃: & decrescẽtiæ qdẽ cõtrariũ exeũtẽ uocari utrisq̃ p cælũ mediis sitibus lunæ incipientem: sicut ipse excrescẽtiæ. Inundãnæ uero cõiũctiõibus ad ortũ & occasum desinẽtem. De fluxibus sane & refluxibus Posidõius: & Athenodorus satis cõmode loquuti sunt. At uero de fluxibus & refluxibus circa freta: q̃ ipsi quoq̃ maiorem præsenti materia naturæ rationẽ habẽt tñ dixisse sufficiat: qđ ea fluxilia esse: nõ unus specialis ẽ modus. Nõ enim Siculũ fretum bis die & nocte (ut ille inquit) alternat. Calchidicũ uero septies. Byzãtiũ autẽ neq̃ pmutat: sed dũtaxat excursionem tñ pdurat eam: abiens e Põtico pelago ĩ Propõndẽ. Vt uero tradit Hipparchus: & mãsiones quãdoq̃ faciebat. Nec si unus qdẽ modus dus esset hãc habere posset causam: quã dicit Eratosthenes: q̃ utrobiq̃ mare aliam atq̃ aliã sup̃ficiem habet. Hoc enĩ in fluuiis quoq̃ minime fieret: nisi cataractas haberẽt. Quod si habeant qdẽ cursum haud retro flectũt: sed ad ima semper deferunt̃. Id uero cõtingit qđ decliuis est: & fluxus & eius sup̃ficies. Quis aũt pelagi decliuẽ diceret esse sup̃ficiem? Maxĩeq̃ secundũ materiã quæ rotunda facit illa quattuor corpora: quæ uocamus elemẽta Adeo ut nedum nõ refluãt: sed neq̃ cõsistãt quidem neq̃ pmaneant: cum ĩ ipsis sit confluxus: nec una sup̃ficies. sed una qdẽ

altior:alia uero humilior. Non enim sicut terra secundum habitum sta/bilis formata est adeo:ut permanentes concauitates & substentacula ha/beat. Sic & aqua:sed ipsa ponderis inclinatiõe uecturam facit in terra:& talem accipit superficiem:qualem refert Archimedes. Ad dicta uero de Ammone:& ægypto adiicit:ut æstimet Casium montem & locum om/nem mari demergi:ubi nunc sunt etiam quæ scuta uocant. Et palustria esse cũcta rubri maris sinui cõtigua. Coeũte uero mari detegi. Palustrẽ autem locum dictum esse rubri maris sinui cõtiguum ambiguum est. Quoniã esse cõtiguũ significat:& prope esse & contingere. Vt si aquæ forent alteræ cum altero cõflueret. Ego qdem igit̃ ita accipio cõtigua fu/isse palustria mari rubro:donec colũnaræ obice adhuc fuerant occlusa. Quibus abscissis secessionẽ extitisse mari nostro ꝓpter colũnarũ efflu/entiam depressõ. Hippatchus autem capiens contiguũ idem esse quod una cõfluere mare nostrum cum rubro:propter expletionẽ causam as/fert. Quidnam igit̃ nostrum mare quod illuc trãsmittebat. Nũquid p colũnarum effluẽtiam in mare rubrũ transmittit: cum quo prius cõflu/ebat:& i eadem supficie haud humilius factũ pmansit: Nam secũdum ipsum Eratosthenem exterius mare uniuersum una confluũ esse:adeo ut Hispanũ.mare atq; rubrũ fotet unũ. Quod qdẽ eloquutus id quod seqt̃ infert. Eandẽ & exterius mare & rubrũ altitudinẽ habere. Itaq; qd̃ ibidẽ est confluũ esse. Sed hoc dixisse negat Eratosthenes:in unũ con/fluere p expletionem ad mare rubrum: sed proprie esse tantũ:nec seqt̃ q̃ unũ & continuũ mare eandem altitudinẽ & eãdem supficiem habe/at. Sicut & quod penes nos est & medinsidius qd̃ est ad Lecheũ: & qd̃ ad Cenchras. Quod & Hipparchus ipse i libello ad eum scripto signi/ficat. Eius itaq; talem opiniõem nequaq̃ ignorãs quicqd dicat ad illum: neq; id apparatus suscipiat:quippe q̃ exterius mare unum dixit: unam quoq; illius esse supficiem confiteat̃. Mendacẽ uero inscriptionem esse dicens:quæ in delphinibus est Cyrenẽsium spectatorũ:haud credibilẽ reddit causam. ꝙ Cyrene ædificatio in celebratis temporibus fert̃. Ne/mo aũt oraculi meminit apud mare unq̃ existẽtis. Quid enim si nullus scriptis ꝓdidit. Ex signis uero q̃bus suspicamur locũ aliquo tẽpore ma/rinũ extitisse:& delphinũ iscriptio:de Cyreneis spectatoribus extitit. Conceditq; de latitudine fundi:simul & altius mare creuisse:qd̃ ꝓxima oraculo loca demersit:a mari distãtia ultra tria stadioꝝ milia. Neq; cõce/dit tantã altitudinẽ:ut Phaꝝ totã:& complures ægypti oras operuerit: pinde ac tãta sublimitas ad hæc demergẽda nõ satis extiterit. Cũq; dixe/rit q̃ si mare nostrũ in tãtũ esset expletũ priusq̃ colũnaꝝ diruptio fieret: quãtum dixit Eratosthenes oportere:& Africã uniuersam: & p multam

Europæ partem:atq; Asiæ submersam esse. Subinfert q; Pōtus ad loca quædā cū Adriatico pariter confluerct:tanq̄ Istro ab uicinis Pōto locis diuiso:& in utrūq; mare defluente ꝓpter ipsius loci sitū. At Ister a pro/ pinqs pōto ptibus nequaq̄ habet originem. Sed cōtra a mōtibus supra Adriaticū. Neq; i utrūq; mare defluit. Veꝝ i Pōtū dūtaxat:& i ipsis so/ lū diuidit ostiis. Cōmunē is qdē cū non nullis ante illū ignorātiam istā ignorauit: q fluuiū quēdā Istro cognōmē esse arbitrati sunt:q ab eo di/ uisus irrūpat in Adriā:a quo & natio Istra p quam desert appellationē assumpsit: Et Iasonē a Colchis reuertentē hac nauigationē fecisse. Per/ mutationū uero taliū nulla sit admiratio. Inūdationū taliūq; Casiū cau/ sas esse diximus:ut circa Siciliā & æolias īsulas:& Pithecussas dictū est.

Dignum est & alia cōplura apponere: quæ reliqs ī locis similia his sunt fuerūtq;. Huius eni generis exēpla āte oculos cōiūctim posita præsentē sedare stuporē poterunt. Si aūt ueritas sensum perturbat reꝝ natura cō/ tingētiū iperitiā:& uitæ totius demōstrat. Quēadmodū siqs adiacētes Theræ & Therasiæ īsulas īter Cretā & Cyrenas trāseūtibus cōstitutas dixerit:quarū Thera inter Cyrenas urbes primaria est. Aegyptumq; & p multas eius generis Græciæ ptes. Nāq; iter Therā & Therasiā e pe/ lago protupere flāmæ:quæ p dies quattuor mare totū æstuās:atq; ardēs reddiderūt. Tū educta altius sensim uelut machinis insula: & ex flutā/ tibus terris cōposita exhalauerūt: quæ duodecim stadioꝝ circuitū cōti/ net. Inde cessante casu. Tum īperātes mari Rhodii primū capta fiducia ad locū nauigātes tēplū tutori Neptuno in īsula ædificarūt. In Phœnice quoq; facto terræmotu oppidū sup Sidonem sitū absorptū fuisse. Posi/ donius autor est:& Sidonis dimidietatē ferme corruisse nō uno qdem ictu. Vnde nō magnā mortaliū pniciem factā esse. Idē in Syriā totā ex/ tētū est malū. At uero mediocriter penetrauit: & ī īsulas quasdā Cycla/ das & ī Euboeam:adeo ut Arethusæ q ī Chalcide fons est occæcatus fu/ erit ortus. Per multis post diebus alio scaturisse ore:nec ante cōquassari desiuisse multas insulæ partes: q̄ in Lelanto campo aperto telluris hiatu ignitum fluuiū euomuerit. Cū multa sint aūt:quæ tales cōductus effi/ ciant:satis erit ea quæ a Scepsio Demetrio ꝓprie congregātur apponere. Cum enim uersuum illorum meminerit.

Nam duplices currunt formoso margine fontes.
Alter aquas calidas fert exundante Scamādro.
Grandinibus similem reliquū grauis extulit æstas.

Admirari aūt nō finit:si hoc tempore frigidaꝝ quidē fons aquaꝝ pma/ net. calidaꝝ uero nusq̄ perspiciat'. Causam enim dicere oportet inquit: calidæ aquæ exclusionē. Dicta quoq; ad hæc ab Dēocle mēoria repetit:

qui ingetes quosdã olim circa Lydiã & Ioniã usq; Troadẽ factos terræ motus scribit. A qbus & uici sunt absorpti Et Sypelus submersa regnãte Tantalo. Et e paludibus lacus facti. Et troiã fluctibus imersam. Pharusq; ægypti quæ oli erat i pelago:nũc certo quodãmodo penisula facta est. Similiter Tyrus & Clazomene. Et nos cũ apud Alexandriã ægypti peregrinaremur:elatum altius pelagus circa Pelusium & Casiũ montẽ: sic terrã imersit ut mõtem i isulæ formã fecerit. Et uia quæ præter Casium ducit in Phœnicẽ nauigaret nihil igit mirãdũ si quãdoq; media rellus:idest Isthmus uel sedẽ iferiorẽ capiẽs:quæ ægyptiũ mare a rubro mari separat:porthmon:idest medias in terris aquas manifestat:& i unũ cõfluere faciet mare exterius cũ interiore:sicut i angustiis ad herculeas colũnas obtigit. Nonnulla huius generis i ipsius tractatus exordio dicta sunt:quibus(ita eni oportet)unũ sub aspectũ collatis patãdus ẽ ualidus ad credẽdũ animus: & de naturæ operibus:& de reliqs aliter factis permutatiõibus. Sicuti Piræum aliquãdo isulæ formã tenuisse: & quia trãsitus littoris erat:id nomẽ uẽdicasse dicit. Cõtra Leucadẽ superioribus annis littus extitisse:quũ Isthmũ Corithi abscidissent. Ea isula effecta est. De ista Laerten dixisse aiũt.

Munitam solus ut cæpi neriton urbem:
Littus erat terræ.

Hoc qdẽ i loco manufractæ excisiones extiterunt. Alibi uero exaggerationes:aut iunctæ põtibus ripæ:sicuti de apposita Sytacussis insula: quæ cũ hoc tempore põte continuet ad terrã prius qdẽ agger erat: Logeo(ut inquit Ibycus)ex lapide:quẽ Electũ uocat. Buta uero & Helice:una qdẽ hiatu altera uero est fluctibus pẽitus deleta. Tellus est apud Methonẽ in sinu hermionico in altitudinẽ stadiorũ septẽ ædita:quæ flamã uapore facto interdiu qdẽ pter calorẽ & sulphuris odorem in accessibilis: noctu autem cum odoris suauitate lõge lucescens:atq; calescens. Vnde maris aqua ad stadia quiq; æstuat. Turbulẽta uero ad stadia usq; uigiti. Effractis etiã petris ad turriũ magnitudinẽ aggerata ad Copaidẽ lacum Arna & Medea sunt absorptæ:quas in dinumerandis auxilius Poeta nominatim expressit.

Quiq; colunt medeam & felicem uiribus arnen.

Nõnulla Thracũ oppida a Bistõide lacu:& ab Aphnetide demersa uidẽt. Sicut & Treroṽ q Thracibus finitimi sunt. Inter Echinadas isulas Artemeta fuerat antea. Nũc in cõnnẽti est. Alias paruas in Acheloo isulas idẽ pari dicũt fluuiũ aggerãte pelago. Sic & reliquæ(ut autor ẽ Hesiodus)aggerãtur. Sunt & Etolicæ quædam porrectæ liguæ:quas isulas prius uidebat sæculũ. Asteria quoq; trãsmutata est. Quã Asteridẽ poeta

nūcupat. Saxea nunc medio supeminet insula ponto.
Asteris haud ingens portus dans puppibus aptos:
Quos subeant hinc atq; hinc.
Nūc aūt nec ad anchoras qdē iactū prorsus idonea. In Ithaca quoq; nul/
lū tale ārū est. Nec nympharū domiciliū: quale cōmemorat Homerus.
Præstat regr ꝑmutationi causam assignare: q̄ iscitiæ uel locorū figmento
de more fabularū. Hoc aūt icertū i cōmune aiaduertēdū reliquo. Antis/
sa olim fuit isula: ut Myrsilus ait. Cū ātea Lesbus Isia uocaret: & isulam
Antissam appellari cōtigit. Ea uero nūc Lesbi oppidū est. Sunt q Lesbū
ab Ida abruptā fuisse crediderūt: sicut a Miseno Prochytā & Pithecusā:
& ab Atheneo capreas: & ab Regio Siciliam: & Ossam ab olympo. Inde
& tales trāsmutatiōes extitere. In Arcadia Ladon aliquando fluentū reti/
nuit. Duris autor est: Mediæ Rhagadas idest effractas: ideo nominatas
esse quoniā ad Caspias portas terraēotu tellus fracta sit. Vnde & urbes
plurimæ: ac uici subuersi: & flumina cursus uariauere. Ionq; de Euboea
inqt: q̄ uel tenuis Euripi tēpestas Satyrēsium in Euboea agrū ad Om/
stens habitati nostri pars Descriptor aūt terræ cōsyderat hāc solā partē. eaq; distinguitur terminis. Australi quidem eo qui est per cinnamiferā regionem parallelo. Septentrionali autem per Iberniam. Neq; enim tā/
tas habitationes percurrendum est:quantas dictat ea quæ dicta ē media distantia:neq; omnia ponenda sunt apparentia iis qui meminerit descri/
ptiōis terrarū figuræ. Incipiēdū est aūt (sicut Hipparchus fecit) a ptibus Australibus. Ait igit Habitantibus ī eo q est per Cinnamiferā paralle/
lo:q abest a Meroe tribus millibus stadiorū ad austrū. Ab hocq; abest

æqnoctialis octo millibus & octitigẽtis esse habitationẽ proximã mediã
æquinoctialis atq; æstiui Tropici eius qui ẽ p Syenen. Abesse enĩ Sye/
nen ipsã quinq; millibus a Meroe, Apud hos autẽ primos minorẽ ursã
totam in septẽtrionali contineri sempq; apparere. Stellã enĩ quæ ĩ sum/
ma est Cauda illustrẽ Australissimã existentẽ: sup ipso collocatã esse se/
ptẽtrionali circulo: ita ut attingat Orizontẽ. Meridionali uero dicto pa/
rallelus quodãmodo a mane adiacet Arabicus sinus: Cuius egressus est
in Oceanũ. Ea est Cinnamifera in qua olim fiebat uenatio Elephãtorũ.
Decidit aũt parallelus iste: Hinc quidẽ super australiore pauco Tapro/
bane: uel super ultimos habitantes: illinc uero sup australissimã Africæ.
Is autẽ qui sũt secundum Meroen & Ptolemaidem eã quæ est in Tro/
glodytica regione dies maximus est horarũ æquinoctialiũ tredecim. Est
autem habitatio ipsa media quodãmodo æquinoctialis: Et eius q p Ale/
xãdriã circiter mille & cẽtũ exuberãtes ad æquinoctialẽ. Trãsit aũt is p
Meroen parallelus: hinc quidẽ per notas partes: illinc uero per Indicæ
regionis culmina. In Syene autẽ & Berenice ea quæ in sinu Arabico &
in Troglodytica ad æstiuas conuersiones sol fit in uertice. Dies aũt lon/
gissima ẽ horarum solstitionaliũ tredecim cũ dimidia. In septentrionali
aũt apparet ursa maior ferme tota præter crura & sũmum caudæ. V nã/
que ex iis stellis quæ sunt in latere. Per Syenem autem parallelus: hinc
quidem per Ichthyophagorũ regionem secundum Gedrosiam & Indi/
cã pergit: illinc uero per australiores a Cyrene quidem quinq; stadiorũ
millibus ad minus. Omnibus autem in medio positis: Tropiciq; & æq/
noctialis circuli recidunt umbræ ad utranq; partem. Septentrionesque
& ad meridiem. Eis quidẽ qui sunt a Syene atq; æstiuo Tropico ad se/
ptẽtriones cadunt umbræ secundum meridiem. Vocant autem hi qdẽ
biumbres. Alii autem alterumbres. Est & alia quædam differẽtia iis qui
ad Tropicum: quam in sermone de Zonis ante diximus. Est autẽ ipsa
arenosa & blattifera & arida. Australium partium abundantium aquis
fructuumq; fœcundarum. In australibus autem per Alexandriam & p
Cyrenem ad quadringenta stadia: ubi dies maxima est horarum solsti/
tionalium quattuordecim: supra uerticem fit Arcturus inclinans paulũ
ad Austrum. In Alexandria autem Gnomon rationem habet ad æqui/
noctialem umbram eam quam habẽt quinq; ad septem. Sunt enim au/
straliores q̃ Carthago mille & trecentis stadiis: atque australiores Alexã/
dria. Siquidem in Carthagine Gnomon rationem habet ad æquinocti/
alem umbrã eam: quã habent undecim ad septem. Peruadit autem hic
parallelus ptim qdẽ p Cyrenẽ & australiores ptes Carthaginis: nõgẽtis
stadiis: usq; ad mediã Mauritaniã: Partim uero p ægyptũ & p Cœlen.i.

depressam Syriam: pque Syriam superiorem Babyloneq; :& Susiadẽ Persidem Carmaniam & Gedrosiã superiorẽ usq; ad Indicã. Circa Ptolemaidẽ uero eã quæ in Phœnice circaq; Sidonẽ & Tyrũ dies maxima est horarũ solstitionaliũ quattuordecim cũ quarta horæ parte. Sũt autẽ isti septẽtrionaliores q̃ Alexandria quidẽ ferme mille & sexcẽtis stadiis Quã Carthago autẽ ferme septingentis. In Pelopónẽso autem & circa media Rhodiæ & circa Xanthũ Lyciæ siue paulo australiora & adhuc Syracusis australiora quadringẽtis stadiis. Ibi dies maxima ẽ horarum solstitionalium quattuordecim cũ dimidia. Distãt autẽ hi loci ab Alexãdria quidẽ tribus millibus & sexcentis quadraginta. Pergit hic parallelus secundũ Eratosthenẽ per Cariã Lycaoniã Cataoniã mediã Caspias: portas: Indos eos qui secũdũ Caucasũ. In partibus aũt circũ Alexandriã troadis secũdũ Amphipolin & Apolloniã eã quæ ĩ Epiro: & eos qui sũt Roma australiores septẽtrionalioresq; Neapoli: dies maxima est horarũ solstitionaliũ quidecim. Abest eni hic parallelus a parallelo quẽ Alexãdriæ eius quæ in ægypto septẽ millia ferme stadiorũ ad septẽtriões. Ab æquinoctiali uero supra uigintiocto millia stadiorũ & octingenta stadia. Ab eo aũt q̃ ẽ p Rhodũ tria millia & quadringẽta. Ad Autiq; uero Byzantio & Niceæ: & eis quæ sũt circa Massiliã mille & quingẽta. Est enim paulo septẽtrionalior is qui p Lysimachiã: quẽ dicit Eratosthenes esse p Mysiã & Paphlagoniã: & per ea quæ sũt circa Sinopen: & Hyrcaniam & Bactra. In eo uero q̃ est circa Byzãnũ dies maxima est horarũ solstitionaliũ quindecim cũ parte horæ quarta. Gnomon autẽ ad umbrã habet ratione in æstiuã conuersione cã: quã habẽt cẽtũ & uiginti ad quadraginta duo quinta deficiente parte. Distant eni hi loci a parallelo per mediũ Rhodiæ circiter quattuor millia & nonagita stadia. Ab æquinoctiali aũt circiter triginta millia & trecenta. Nauigãtibus aũt in Põtũ & procedẽtibus ad septẽtriones circiter mille & quadringẽta stadia: dies maxia fit horarũ solstitionaliũ quindecim cum dimidia. Absunt enim hi loci ex equo a polo & ab æquinoctiali circulo. Estque is secũdum uerticẽ septẽtrionalis circulus: super quo iacet is qui est in collo Cassiepeæ is q̃ est in cubito dextro Persei paulo septentrionalior existens. In iis uero q̃ distãt Byzãtio ad septẽtrionẽ circiter tria millia & octingenta stadia: dies maxima est horarũ solstitionalium sedecim. Fertur itaq; Cassiepea in septẽtrionaliori. Sunt enim loci isti circa Borysthenem: & australia Meotidis. Distantque ab æquinoctiali circiter triginta quattuor millia stadiorum & centum. Qui est autem secundum Vrsales locos Orizonis ĩ omibus fere æstiuis noctibus illũinatur a sole ab occasu usq; ad ortũ circũuertẽte se luce. Abest enĩ æstiuus Tropicus ab Orizõte: Inq; Zodiaco semis

& duodecimo. Tantũ igitur distat sol etiam ab Orizonte secundum intẽpestam noctẽ: Atq; apud nos tantum distans ab Orizõte ante diluculum & post uesperũ iam illuminat circa ortũ aut circa occasum aerẽ. In hybernis autẽ diebus Sol extollitur ulnas plurimũ nouẽ. Dicit aũt eratosthenes eos qui sunt Meroes distare paulo plus q̃ uigintitribus millibus. Per Hellespontum enim esse decẽ & octo millia. Deinde quinque millia ad Borysthenẽ. In his autem qui distant Byzantio stadiis ferme sex millibus trecentis: septẽtrionalioribus ipsis Meotide secũdũ hybernos dies sol attollitur usq; ad sex plurimũ ulnas. Dies autẽ est maxima horarum solstitionalium decem & septẽ. Vlteriora uero propinquantia iam inhabitato propter frigus non amplius usui sunt descriptori terræ. Siquis aũt hæc etiã uelit discere & quæcũq; alia cælestiũ: Hipparchus q̃dẽ dixit. Nos uero reliq̃mus: q̃a sũt expressiora q̃ ꝓpositus nunc tractatus ab illo sumat. Expressiora aũt sunt etiã de circũumbribus & biumbribus: & alterũbribus ea quæ Posidõius dicit. Tamẽ de iis tãtũ cõmemorandũ fuit: q̃tũ satis esset ad excogitationẽ declarãdã: & ptim utile ad terrarũ descriptionẽ: ptimq; ĩutile. Ac q̃doq̃dẽ sermo ẽ de umbris a sole. Sol aũt ad sensũ secũdũ parallelũ fertur: secũdũ quẽ mũdus quoq; omnis. A quibus q̃dẽ ex unaquaq; mũdi conuersione dies fit & nox. Quãdo enim sup terrã sol fertur: ab his sane & biumbres excogitantur: & alterumbres: Biumbres quidem q̃cũq; ad meridiem. Quãdoq; enim icidẽtes habẽt umbras: cũ a Meridie sol ad Gnomonẽ accedit rectum ad subiacentẽ planũ. Quandoq; aũt in aduersum: cũ sol ĩ aduersum consistit. Hoc aũt solis iis cõtingit q̃ ĩter Tropicos habitãt. Alterumbres uero q̃buscũq; aut semper umbra ad ursã cadit: sicut nobis: aut in australia sicut eis q̃ in Zona altera tẽperata habitãt. Cõtingit autẽ hoc omnibus iis q̃ minorẽ habent Tropico septentrionalẽ. & quãdoq; eundẽ aut maiorẽ principiũ esse circũumbrium usq; ad habitantes sub polo. Sole enim secundũ omnẽ mundi conuersionẽ super terrã lato clarũ est quod umbra etiã circulatiter circũferetur ad Gnomonẽ. Quã ob causam circũumbres eos appellarũt nihil ipsos ad descriptionẽ terræ pertinentes. Neq; enim sunt hæ ptes propter frigus habitatæ: sicut in iis qui ad Pytheã sermonibus diximus: ita ut nec magnitudinis inhabitati huius cura sit habenda. Quoniã percipi potest: quod q̃ habẽt septẽtrionalẽ Tropicũ subacciderũt: descripto circulo sub polo Zodiaci secundũ mundi conuersionẽ subiacente distantia inter æquinoctialẽ & Tropicũ quartũ sexagesimum maximi circuli. Cum primã describẽdæ terræ formã ædiderimus proprius deinceps ad singula noster id educendus est sermo, hunc enim in modum sumus ante polliciti. Recte autem tractatus

iſte diuiſus hactenus eſſe uidetur. Rurſus ab Europa eiuſq; ptibus capiendũ ẽ initium. Ab iis inquam ipſis a quibus antea eaſdem ob cauſas. Cæterum illius prima ab occaſu pars extat Hiſpania, huius autem maxima ex parte icultus & ſqualidus ẽ ager. Nã rupes & ſaltus & loca ſylueſtria: & cãpi tenuiſſimæ telluris: neq; huius plane irrigua pars magna ẽ. Quæ ſpectat ĩ aqlonẽ prorſus frigida: nimiæ ĩſup aſpitatis: & Oceano ſẽper obnoxia: nihil aliorũ cõmixtum habẽs ſiue cõiunctũ. Quo fit ut eo ex latere habitãdi malignitas excedat. Eius generis quidẽ ea regio ẽ. Quæ uero ĩ auſtrũ uergit uniuerſa fere felix eximie. Præſertim quæ extra Columnas porrigitur. Deſcribẽtibus uero nobis & figurã ſuperius & magnitudinem aperta erit per ſingula declaratio. Quoniã ab Occaſu in ortum pro longitudine pellis ſimilitudinem reddit: & ſecũdũ latitudinẽ quæ a polo arctico tendit ĩ auſtrũ. Habet autẽ ipſa lõgitudo ſtadꝰ ſimul millia ſex. Latitudo autem quinque maxima. Alicubi uero eſt minus q̃ triũ: maxime ad montes Pyreneos: qui oriẽtale latus efficiũt. Mõtes enim ipſi cõtinentes ab Auſtro tendẽtes in Boreã ab Hiſpania Galliam terminant. Cum uero Galliæ latitudo inæqualis prorſus exiſtat & Hiſpaniæ: ubi ambarũ anguſtiſſima eſt latitudo: a mari noſtro in Oceanum ſpatiũ extenditur: Pyreneis adhærẽs maxime montibus. Ad utramque illius partẽ ſinus quidã ſunt ad Oceanũ: Quidam ad mare noſtrũ: e quibus maiores ſunt Gallici: qui anguſtiorẽ ad Hiſpanũ pelagus tellurem habent. Hiſpaniæ latus ad orientẽ uergẽs pyrene facit. Auſtrale uero noſtrũ a Pyrene uſq; in Herculeas colũnas mare. Et exterius continenter additum uſq; ad promontorium quod Hieron ideſt ſacrũ uocant. Tertiũ ab Occaſu eſt Hiſpaniæ latus parallelũ aliquo pacto Pyrene e regione æqualiter diſtans a ſacro promõtorio uſq; ad Artabrã mõtem: quã & iernã appellãt. Quartũ ex hoc loco uſq; ad promõtoria Pyrenes: quæ Boreã ſpectãt. Redeũtes igitur ſingula explicemus ſumẽtes a ſacro promõtorio primordiũ. Hoc enĩ nõ Europæ mõ: ſed orbis uniuerſi ĩ occidẽtẽ remotiſſimũ ſignũ terminatꝰ. Et n. duabus ex cõtinẽtibus mundus finiꝰ ad Occaſũ Europæ atq; Africæ ultimis. Quas tũ Hiſpani: tũ Mauritani tenẽt. hiſpaniæ qdẽ extrema ad ſtadꝰ mille & qngenta prominent ad ipſũ quod diximus promontoriũ. Contiguũ huic agrum cuneũ Latini uocitant Sphena ideſt cuneũ uolentes ſignificare. Id autẽ promontorium in mare procumbens Artemidorus nauigio æquiparat. Sic enim eum ĩ locũ profectus æloquitur Cui quidẽ figuræ tres exiguas aſſumit inſulas. E quibus unam naualis inſtar roſtri. alteras in modũ aurium eminentia habentes ngna. Eo in tractu tẽplum herculi dicatũ mõſtrati. Qua in re mentitũ Ephorum: Nec aram illi: nec Deorũ cuipiã

h

sed accumulatos passim lapides ternos & quaternos:quos aduenæ de regionis consuetudine aduoluunt:eos ita migrasse mentientes. Sacrificia uero ulla facere motis nō esse. Nec locū nocturnis inambulare temporibus:quæ tunc ab diis possideri asserant. Atqui ad spectaculū uenientes in proximo uico pernoctēt. Interdiu uero aquā infūdāt propter aquarū inopiā:hæc hunc in modū se habere constans indigenarū opinio ē: quibus & credi opus ē. Quæ aūt uulgo & tenuioribus similiter dixit minie. Posidonius enim uulgo dici tradidit solē in finitimis Oceani littoribus maiorē occidere ingenti cū strepitu perindeac eo in profūdū incidēte i illo restinguēdo pelagus efferuescat. Hoc quoq; mēdaciū esse:& illud: noctē post occasū e uestigio subseq. Haud enim e uestigio uerū sēsim postea:sicut & apud alia maria magna. Nā ubi sol ad mōtes occidat am plius post occasū diei tēpus obuenire ob diffusā circūcirca lucis claritatē. Ibi aūt neq; plus neq; euestigio assequit:aut adiūgit obscuritas:quē admodū & in cāpis solet ingētibus. Apparētē uero magnitudinis imaginē augeri in ortu:similiter & i occasu i maribus. Causa est qa plures ex humidis sursū uapores eleuantur:p quos sicut per fistulas fractus intuitus latiores suscipit imagies: ueluti per aridā tenuēq; nebulā occidētē uel orietē solē siue lunā aspiciat:quādo & rubicūdum sydus apparet. Falsitatē uero cōuicisse inqt:cū dies.xxx. Gadibus obuersatus ipsos obseruasset occasus. Artemidorus aūt solē cēties āpliorē occidere asserit. Cōtinuoq; noctē occupare:ut ipse qdē perspexit. Hoc in sacro promōtorio deprehendi non potest:siquis sententiæ eius mētē itendat. Ait enī noctu iambulare neminem. Ita neq; sole occidēte ullus sane iambularet mox ut nox occupat. Quod quidē uullo alio i loco littoris Oceani euenit. Nā Gades ad Oceanū sunt. Contra uero Posidonius & alii cōplures testimonio sūt. Continētis aūt ad sacrū promōtoriū maritimæ hæc quidē principiū est hispaniæ lateris occidui usq; ad Tagi fluminis erupnonē. Australis aūt lateris initiū ad aliū usq; fluuim Anam & eius egressū. Ab orientalibus uero uterq; partib us desertur. Alter quidē tetro in occasū cursu elabit altero lōge maior. Verū Anas sese flectit in Austrum mediā iter amnes regionē disterminās: quā Celtæ maiori ex parte incolunt:& Lusitanorū plærīq;:quos ex ulteriore Tagi regione in Coloniā Romani traduxere. In superioribus aūt partibus Carpetani Oretaniq; & Vettonū frequētes habitāt Ager iste mediocrē feracitatē habet. Reliquus ad orietē & meridiē iacēs:si ad uniuersū cōferatur orbē: excellētissimus ē ob eorū uirtutē bonorū: quæ terra creat & pelagus. Hic est quē flumē Betis alluit iisdē ex locis nascens ex quibus Anas & Tagus mediæ iter utrunq; magnitudinis existēs ab sui primordio:sicut Anas

in occasum fluitans:inde in austrum deflectens in idem littus excurrit. Regio ipsa a flumie Betica uocitatur. Ab icolis autem Turdetania. Incolæ uero ipsi Turdetani & Turduli appellantur. Sũt qui eosdẽ arbitrãtur esse:sunt qui diuersos. E qbus ẽ Polybius qui Turdetanis Turdulos finitimos ad septẽtrionem esse dicit. Hoc autẽ in tẽpore nulla inter eos apparent confinia. Hi inter hispaniæ populos sapientia putantur excellere: Et litterarũ studiis utũtur: Et memorandæ uolumina uetustatis habẽt: Vatũ Codices:Leges quoq; uersibus conscriptas e sex annorũ millibus ut aiunt. Cæteri etiã hispani usum habẽt litterarũ:nõ uno quidẽ genere:haud enim una lingua est. hæc autẽ plaga intra Anã ad ortũ quidẽ usq; ad Oretaniã protẽditur. A meridie uero ab eius eruptione usq; ad Anæ maritimũ tractũ:& usq; ad Colũnas. De ipsa latiore explicãdum est oratione:Et de propinquioribus locis quantũ ad perdiscenda regionis ingenia:feracitatẽq; conducit. In hanc marinmæ partẽ & Betis & Anas erũpunt. hinc nouissima Mauritaniæ plaga inter Atlanticũ incidens pelagus fretũ ad colũnas efficit. Quo extrariũ cũ mediterraneo mare cõiungitur. hinc & eã hispaniæ partẽ quã Bastitani seu Bastuli uocati incolũt: Calpe mõs ẽ:circuitu quidẽ nõ magnus admodũ altitudine uero ingens & arrectus:adeo ut longinquis insulæ formã præferat. E nostro igitur ad exterius nauigantibus mare hic ipse dexter offertur: A cuius radicibus sita est urbs Calpe Stad.xl.uetustũ:& haud abiectũ sane oppidũ. Id superioribus ãnis hispanoꝝ nauale fuit. Plæriq; : e quibus Timosthenes hanc ab hercule ædificatã tradidere. Qui eã cognomine heracleam superiori tempore dicit. Ostentari magnum etiam murum in circuitu & naualia. Inde Menlaria optima habens salsamenta. Postea esse Belonẽ & urbẽ & fluuiũ. hinc enauigatiões sunt. Maxime ad Mauritaniæ Tingin & mercatura & condiendorũ pisciũ frequentia. Fuit & Zelis urbs Tingi finitima. hãc ad ulteriorem ripam Romani Coloniã traduxere:quibusdã ex Tinge assumptis accolis:Et habitatoribus Roma eo dimissis:& urbi ipsi Iuliæ Iozæ nomen ididere. Postea Gades angusto discreta freto insula distãs a Turdetania Calpe stad. circiter dcc. &.l. seu dccc. ut alii perhibẽt. hæc ipsa insula nihil ab aliis cæteris i rebus differt. Incolarũ uero in nauigando strenuitate: Et Romani populi caritate eo felicitatis incrementiq; peruenit:ut licet in extremo sita orbe terrarũ:uniuersas tamen nominis celebritate excellat. Cæterũ de hac ipsa tunc dicendũ erit:quum de aliis commemorabimus. Deide Menesthei cognomine portus est. Et ad Astan & Nabrasin æstuaria. Dicuntur autẽ æstuaria refertæ marinis aquis conualles inundatiõbus pelagi per quas in mediterranea instar fluuiorũ nauigãtes ascendũt:ad uicina præsertim

oppida. Paulo post Betis bifariam partitus erumpit. Inter cuius ostia intercepta insula stad. c. siue (ut plærisque placet) pluribus a maritima separatur. Ibi Menesthei existit oraculū. Et Capionis turris consistit in petra: quā circūcirca pelagus alluit. Ea sicut Pharus mirū in modū ad nauigātiū salutē ædificata est. Nā cum euectus ab amne limus uadosū reddat profūdū: & latētibus sub aqua saxis locus ipse promineat: clarū aliquod inædificādum fuit signū. His superior est Betis nauigatio. Et Ebura oppidū: Et Luciferi tēplum: quod lucem dubiā appellāt. Deinceps sūt cæterorū æstuariorū enauigationes: & cū reliquis duo Anæ fluminis ostia. E quibus sursū nauigatio exhibetur. Inde nouissimū est sacrū promontoriū: a Gadibus minus duobus millibus stad. distans. Nōnulli ad Anæ ostiū ab sacro promontorio milliaria. lx. perhibēt. hinc ad Betis ostiū cētū. Deinde ad Gades. lxx. Turdetaniā igitur supra littus quod intra flumen Anā est iacere contigit. Eā autem Betis fluuius diuidit: quam amnis Anas ad septentrionē & occasum terminat. Ad ortum aūt nonnulli calpetanorū & Oretani. Ad meridiē uero ex Bastetanis qui intra Calpē & gades littus angustū incolunt. Deinceps mare usque ad Anā & Asteta/ni quos agro Turdetanorū adiacere dixi. Et qui extra Anā habitant: & finitimorū complures. Huius regionis spatiū in longitudinē & latitudinē duo stad. millia non excedit. Oppidorū ingens est numerus. Nā ducenta esse prædicant. Fama quidē celeberrima sūt: quæ super ānes ædificata sunt: ut æstuariis marique proxima propter rerū cōmoditatē. Corduba Marcelli ædificiū eo magnitudinis creuit ut nomis celebritate & potentia polleat. Itidem & Gaditana ciuitas. Altera quidem nauigationis gratia & conciliata cum Romanis societate. Altera uero agri uirtute & magnitudine opitulante magna ex parte Bete flumine. Eam sane initio habitauere & Romanorum & indigenarū uiri delecti. Nam prima hæc istos ad locos a Romano populo est dimissa Colonia. Post quā & Gaditana. Ispalis quidē insignis: & hæc Romana Colonia. Hoc autē tempore manet emporiū. Cæterū honore & deductis nuper in Coloniam Cæsarianis militibus ciuitas Betis excellit: tāetsi non admodū splēdide habitata. Post has Italica & Ilipa super Beti. Longius uero est Astina & Carmo & Obulco. Sunt & in quibus Pompeii liberi debellati sūt Munda & Atetua & Urso & Tuccis & Iulia & Egua. Hæ autem omnes nō lōge distant a Corduba. Quodā autē modo eius regionis primaria urbs est Mūda idest Metropolis. Distatque a Carteia Mūda stad. sex millibus & cccc. Quo uictus Cneus cōfugit. Inde naui dilapsus cum ad incumbentem pelago rupem excessisset obtruncatus est. Eius aūt frater Sextus a Corduba salutem fuga comparans: Tracto paululū tēporis inter

Hiſpanos bello: demũ Siciliã ad rebellandũ ſollicitauit. Poſtea in Aſi/
am e Sicilia effugiẽs captus ab Antonianis ductoribus militi occiſus ẽ.
In Celtis Coniſtorſis urbs ẽ nobiliſſima. Super æſtuaria uero Maſta ẽ:
in quã conuẽtus ẽ Tungaditanorũ. Quæ potiſſimũ ſuper inſulæ naua/
le ſtad' non pluribus.c.imminet. Beti quidẽ plurimi aſſiſtunt Incolæ: qa
a mari ſtad' ferme mille ac.cc.uſq; Cordubã: parũ etiam ultra flumine
nauigatur aduerſo. Vicina ripis arua: & in ipſo flumine paruæ ĩſulæ di/
ligentiſſime coluntur. Accedit ſpectãdi amœnitas: tum uillarũ tũ arboꝝ
ordine conſitarũ & agrorũ exquiſitiore cura laboratoꝝ. Igitur uſq; Iſpa/
lin nauigiis grauioribus: per ſtad' nõ multo minus q̃.d.aduerſo nauiga/
tur amne. Ad ſuperiora uero oppida uſque Ilipã minoribus: uſq; Cor/
dubã autẽ fluuiatilibus ſcaphis iter hoc eſt quidẽ tẽpore compactis. an/
tiquioribus uero ſæculis cauatis arbore litribus: ideſt monoxylis. Supra
claſtonẽ uero nõ ẽ nauigatu facilis. Quidãq; dorſoꝝ inſtar diſtant a flu/
mine montes magis minus ue admoti in Boreã: metallis referti. In locis
ſiquidẽ ad Ilipã ſpectãtibus maxima uis eſt argenti. Nec nõ ad Siſapo/
nem. ſic enim & hac & antiqua uocatur ætate. Cæterum ad Cotinas (ita
enim appellant) æs una gignitur & aurũ ſubuectis per ãnem leuorſũ hi
motes occurrũt. Dextrorſum autẽ planities ĩmenſa & excelſa iacet: fru/
ctuoſa: magniſq; cõſita arboribus: & ad paſcua late patẽs. Aduerſa hæc
nauigatio neq; talibus ſcaphis: neq; ad tãtũ tractũ ripas habet. Superio/
re autẽ in plaga montes extãt auri & argenti habentes ĩdaginẽ: quã me/
talleam nuncupãt. Ea ad Tagũ pertinent. Loca igitur metallica & aſpa
& tennia eſſe oportet: qualia Carpitaniæ cõtigua ſunt. & Celtiberis am/
plius. Talis eſt & Beturia cãpos habẽs ad Ariam accedẽtes ſiccitatis im/
menſæ. At enim ipſa Turditanea mirifica rerũ copia læta eſt. Cũq; om/
nium ferax ſit: tum etiã plurimam eorum copiam præ ſe fert. Duplicat
autem ea fructuũ feracitas exportatiõe. Superuacanea enim frugũ uber
tas nauigantium multitudine facile uenundatur. Id autem & flumina &
aquarũ (ut dixi) efficit infuſio fluminibus perq̃ſimilis: & ex mari pariter
redundans: quæ non modo paruis: ſed etiã magnis nauibus eodem mo/
do ad mediterraneas urbes ſurſũ nauigãdi facultatem ſuppeditant. Per
multũ ſpatiũ enim ſupra littus inter ſacrum promontoriũ & columnas
Herculeas uniuerſa planicies eſt. Multis hic ĩ locis a mari ad partes me/
diterraneas ſuperiores ualles ſunt foſſis mediocribus & fluuiatilibus al/
ueis cõparãdæ: & cõplura ad ſtadia extẽſæ. Has maris aſcenſus & æſtu/
antes aquæ: nõ deterius: immo uero commodius q̃ flumina nauigabiles
præſtãt. Cũq; nihil obſtet pelaguſq; ſecũdos curſus per æſtũ ĩ fluminis
modũ exhibeat per fluuiũ labi uidearis. hoc in loco maiora q̃ in reliquis

incrementa sunt. Nã cum ex ingenti pelago unda angustũ agitetur in meatum:quẽ in Hispaniam Mauritania conficit repercussionem acci/pit.Et ad cedentes terræ partes facile desertur.Ex huiusmodi autẽ ualli/bus plætæq; per inundatiões exhauriũt᷑. Quasdã uero nõ penitus aqua destituit:aliquæ intra se insulas accipiunt.Huius itaq; generis effusiões sunt inter sacrum promõtorium: Herculeasq; columnas uehementius q̃ cæteris in locis excrescentes. Talis aũt excrescẽtia ad nauigantiũ usus excellentẽ habet cõmoditatẽ.Plures nãq; sæpius & maiores facit excur/siones:ut ad stad᷑.viii.aduersa augeatur nauigatio.Adeo ut quodammo/do totã terram & quidem nauigabilẽ facile præbeat & ad expottanda & ad importanda inuicẽ onera.At uero molestũ quippiam ĩ hoc habet. Fluuiatiles nanq; nauigationes ingruente uehemẽtius undarum excel/su:& aduersus fluuiotũ cursum fortius reflãte. Nõ patuũ nautis discri/men important:idẽtidẽ siue deserantur siue referãtur.In his uero acces/sibus siue recessibus etiã detrimẽta sunt.pari enim ratione concitantur: celeriterq; mouentur Crebro nanq; nauigia ĩ sicca tellure destituta sũt. Pecora nanq; quæ ante q̃ effundantur aquæ in proximas fluuiis insulas traiecerint:interdũ innndantur interdum reliquuntᷓ Redite aũt coacta cum nequeant prorsus intereunt.Iuuẽcas aiunt obseruare solitas quod ingruit:redeuntes spectare aquas:Et ad continentes temeare terras. Igit᷑ homines cũ locorũ natura percepta inundationes amnibus subseruire similiter ualentes perdidissent urbes in illis & alia quædã habitacula: si/cuti penes fluuios cõdiderũt.E qbus ẽ Asta Nabrissa' Onoba Sonoba Menoba & alii plures.Excipiũt & fossæ nõnullis ĩ locis cõfectæ:ut m̃l'tis ex locis & m̃l'tos ad locos: & iter se & ad exterõs rerũ cõportatio suppe/ditari queat.Adiumento quoq; pariter cõfluẽtiæ sũt ad iundãtias:quas permeare quædã inhibẽt telluris eminentiæ & nauigandi facultatẽ opã/tut:ut ex fluminibus in increscentes maris æstus:& ex illis ĩ flumina ad inuehẽda onera:aquarum commoditas sane subseruiat. Vniuersa uero mercatura ĩ Italiã atq; Romã ẽ ad colũnas usq; cõmodũ habẽs nauigã/di cursũ:excepto dũtaxat siqua circa Euripi ipsius ãgustias difficultas ad est.Et ad nostri maris tractũ.Per tranquillũ nãq; clima cursus ipsi confi/ciũt.Illi præsertim q per altũ mare uersatur. Id antẽ onerariis nauigiis mercatoriã factitãnbus conducit admodũ. Marini quoq; uenti suũ ha/bẽt ordinẽ. Adest & pacis ipsa trãquillitas:extĩctis hac tẽpestate latroci/niis. Vnde iis qui nũc uersãtur in pelago uniuersum adest ociũ. Facilis ẽ securitas. Peculiare sane qddã obseruandũ ẽ:ut Posidonius inquit. Quũ ex Hispania retro nauigatio habenda ẽ: quod in eo mati usq; ad sinum Sardiniensẽ uenti spirãt subsolani:idest Euri qui & Etesiæ dicũt᷑. Qua/

propter cum circa Gymnesias insulas circaq; Sardiniã & alias africæ p/
tes contra ipsas dispulsus errasset. Tandẽ tertio uix mense transmisit in
Italiã. Exportatur autẽ e Turditania uinũ: magna uis trinci: oleũq; non
modo ubertate; sed etiã bonitate præcipuũ: Euehitur insuper cæra mel
pix & grana purpuræ & miniũ: sinopica terra nõ deterius. Ligna cumu/
lant ibi naualia ex indigena materia. Indẽ etiã sal multus effoditur. non
pauca quoque salsa sunt eodẽ in tractu fluenta. Non pauca etiã ad æstas
salsamenta condiuntur: non solũ ea ex regione: sed etiã ex alio extra co/
lumnas littore quæ ponticis nequaq̃ inferiora dixerim. Frequens inde
primũ uestis ueniebat. Nunc uero Coraxorũ amplius laniciũ excellẽtis/
simæ pulchritudinis: unde admissarii talẽto arietes emunt. Telarũ exu/
perans tenuitas: atq; copia: quas Saltiate construũt. Pecorũ omĩs generis
abundãtia: nec minor uenationũ. Pernitiosarũ raritas bæluarũ: præterq̃
effodiẽtium terras cuniculorũ: quos plæriq; lepusculos appellant. Plan/
tis enim uastitatẽ inferũt: & satorũ radices esitãt: & hoc per totam ferme
obueniẽs hispaniã: Massiliam usq; prorogatur: quin & ipsas perturbat ĩ
sulas. Gymnesiarũ autẽ insularũ incolæ missis aliquando Romã Lega/
tis terras petiisse dicuntur. Ab istis enim eiectari bestiis: quibus propter
multitudinẽ obsistere nequirẽt. Ad tãtũ igit̃ pariter bellũ: quod ppetuo
nequaq̃ ingruit cæterũ eruptionẽ pestilentia quadã importat: ueluti ser/
pentũ murũq; agrestium tanti forsitan necessitas ẽ auxilii. Vbi uero me
diocritas adsit plures repertæ sunt uenationes. Itaq; de industria catellas
agrestes afferũt: quas educat Africa: quas quidẽ funiculis capistratas ĩtra
foramina dimittunt. Eæ uero quos capiunt unguibus extrahũt: aut ĩ sũ
ma telluris effugere cogunt. Egressis autẽ uenatores incũbunt capessũt/
que. Quanta uero rerũ ex Turditania exportandarum copia sit: maxie
declarat nauigiorum magnitudo & numerus. Ingẽtes enim naues one/
rariæ isthinc puteolos nauigant & ostiã Romanorũ nauale permeãt. Insu/
per multitudo Africanis ferme æquiparanda tantũ ẽ incrementum. Cũ
autẽ huiusmodi sit mediterranea Turditaniæ copia: æqualẽ etiam mari
timã ex pelagi bonis inuenies. Ostrea nãq; & conchilia omĩa & multitu/
dine & amplitudine omni ex parte exterius mare superat: præcipue cũ
fluxus ac refluxus hic augeantur: qui causa (ut par est) magnitudinis ac
multitudinis propter enudationes existunt. Eundẽ se habet in modũ
circa cetaria genera: Oryges Phalenas Physeteras: quibus reflãtibus ne/
bulosæ cuiusdã columnæ uisio longe cernẽtibus offert̃. Quid Congri:
quid Murene: quãto nostris maiores capiuntur? Aliaq; q̃plura huius
generis edulia? In Carteia uero cerycas. i. murices & purpuras librarũ. x.
In exterioribus aũt locis Murenã & Congrũ minarũ supra octoginta.

Polypũ taléti pondo. Duorũ autẽ sepias cubitorum & similia. Frequens uero Thynnus e uetusto feruore ingenti pinguis aruina horsum impellitur. Querna uero quadã glãde saginatur: quæ ad mare nascitur humilis admodũ at fertilẽ ĩgẽtemq; ĩpédio ꝓducẽs fructũ: quæ quidẽ copiosa ĩ ipsa etiã terra generatur Hispana. Ingẽtes sane radices perideac integræ quercus habẽs: quæ profecto ab humili radice tollitur mius. Tãtũ uero fructũ affert: ut post maturitatẽ littora & extra columnas & itra glãde referta sint: quã æstus aquaꝝ eiectat. Cæterũ intra colũnas semper minus ac mius repitur. Vt aũt autor ẽ Polybius: usq; latinã ipsæ glãdes emittunť: nisi Sardinia quoq; inquit: & huic uicina regio ferat. Verum Thynni ipsi quo magis colũnis propinquãt ab exteriore delati pelago: eo ãplius esca deficiẽte macerãtur. Hæc in mari bælua sẽper adest plurimũ glãde gaudẽs: cuius cibo eximie pinguescit. Cumq; glãdiũ fuerit ubertas: & thynnorũ fit ubertas. Cũ uero prædicta regio tot bonis exuberet effodiendoꝝ sane metallorũ ingeniũ admiraberis. Tota enim talibus plenissima ẽ Hispania. Nõ tota tamẽ procreãdis fructibus facilis: nec tota ferax eũdẽ in modũ: præsertim quæ metallis abundat. Raꝝ enĩ est utriusq; rei fortunari cõmoditate. Raꝝ & eandẽ diuersis paruo in loco abundari metallis. At Turdetania agerq; coniunctus nullam in hoc uitturis genere tatione cõmẽdare uolentibus abesse finit. Nã aurũ argẽtũ æs ferrum nullibi tettarũ neq; tantũ neq; tã probatũ generari hactenus compertũ est: Aurũ enim non solũ ex metallis effoditur: uerũ etiã fluit. Flumina nãq; torrẽtesq; aureã deferũt arenã: quæ passim & per loca aquarũ indiga existẽs cognoscitur. Cæteꝝ cum illic quidẽ minus appareat per aqualia quædã aurei elucẽt grumuli. Quod si quibus a natura negatæ sint aquæ: illatis rigãtes aquis dehinc splẽdescentẽ efficiunt grũmulũ. Puteos quoq; effodientes & alia per solertiã tractantes artificia: lauandis arenis aurũ excerpunt. Pluresq; hac ætate sunt q aurũ eruãt q̃ qui aurũ effodiãt. Vnde & chrysoplysia: idest auri lauachra sũt appellata. Galli quidem digniora esse sua prædicant metalla: quæ in Cimmetio monte sunt: præsertim quæ ad Pyrenen uergũt. Verũenimuero qđ iis e locis educitur magis probatũ est. Inter auri micas autẽ quandoque dimidiæ libræ grũmos quas pilas uocant: repertos fuisse memoriæ traditũ est: qui paruæ admodũ purgationis idigeant. Traditũ etiam ẽ scissis lapidibus glebulas quasdã papillis mãmarum similes iueniri. Ex auro autẽ excocto & tenaci quadã creta repurgato purgamẽtũ electum ẽ. Rursus hoc excoquitur cõmixtionẽ auri atq; argẽti habẽs Argẽtũ qđẽ exurit: cæterũ aurũ ipsũ remanet. Forma enĩ facile fusilis & lapidosa. Ea ꝑpter paleis auꝝ porius liquefit: quoniã cũ flãma mollis existat ad illud

sese pariter metitur:quod & facile cedit facileq; diffundit̃ . Carbo autẽ
caloris uehemẽtia liquefaciẽs & sublimis tollẽs magis ac magis absumit
In Erythris uero extrahit̃:& ꝓpe lauatur ĩ auleolis:uł puteus ipse mol/
lificat̃:limusq; hinc exhaustus eluitur . Argẽtarias aũt fornaces excelsas
efficiũt:ut fumosa illa glebarũ euaporatio tollat̃ in altũ. Grauis enim est
& perniciosa. Aerariæ quoq; effodinæ uocãtur & aureæ. Ex qbus ꝑ cõie/
cturas licet agnoscere :aurũ inde prius effodi solitũ. Posidonius autẽ cũ
effodiẽdi locos multitudinẽq; laudibus extollat:& eorũ uirtutẽ ab solita
minime sese abstinet æloquẽtia. Verũ diuino quodã afflatus spiritu per
ipsos agitatur excessus. Haud enim fidẽ inquit abnego fabulæ:q; syluis
aliquãdo ꝑ ĩcẽdia absũptis terra ipsa auri atq; argẽti feracissima ꝑ noua
quædã ĩ superficiẽ & in superiorẽ telluris faciẽ germina efferbuit. Mõ/
tes enim omnis:& omnẽ tumulũ materiẽ esse monetæ:quã quædã feli/
citatis abũdãtia cumulauit. Quod siquis regionẽ ipsã inspectet ĩquit ef/
fluẽtis ubiq; perpetuo naturæ thesauros & ĩpatoriæ cuiusdã maiestatis
nequaq̃ deficiẽs ærariũ esse dicat. Nõ eni diues tãtũmodo:sed & diuitias
sufficiẽs & suggerens ẽ inquit regio. Penesq; illos (ut uere dicã) subterra/
neũ locũ:nõ ĩfernus:sed Pluton .i. dis ipse opulẽtiæ deus ĩhabitat. Talia
qdẽ spetiosa quadã figura de hisce loquutus ẽ:pĩdeac & ipse ex metallis
copiosa usus oratiõe. Effodiẽtiũ uero solertiã cõmemorans scitum illud
Phalerii adiũgit q ĩ argẽti fodinis agri attici sic ĩtẽte atq; acriter hoĩes ef/
fodere asserit:ut ĩ supiora Plutonẽ ipsũ adducẽdũ esse præstolẽt̃. Horũ
igitur studiũ ac sedulitatẽ ægyptiis æqualẽ esse declarat obliquas ac pro
fũdas cõcidẽtiũ fistulas:ĩ qbus sæpenumero ĩ flumia ĩcidũt. Hũc autẽ
dolũ nõ eũdẽ eẽ & Atticis:sed illis qdẽ enigmati similẽ eẽ scrutãdi me/
talla rationẽ. Nã quotcũq; ait assũpserunt nõ sumpsere. Quot aũt habe/
bãt amiserunt. His uero magis atq; magis fructuosũ ẽ:quoniã æs faciẽ/
tes quartam educunt terræ partem:scilicet æs ipsum. At priuatim argẽ/
tũ effodientes diebus tribus Euboicũ talẽtum eximũt. Stagnũ in super/
ficie nequaq̃ reperiri asserit:ut historici uulgãt:uerum effodi. Generati
autem in Barbaris supra Lusitanos:& ĩ Cassiteriis insulis . Et e Brittanis
Massiliam deferri . In Artabris uero: qui Lusitaniæ postremi ad septẽ/
trionem & occasũ sũt terram argẽto stagno auro albicãti egerminare fa/
ma est:nam argẽto mixtum est. Hãc autem terram amnes ipsos defer/
re:quã mulieres sarculis euellentes : abluere panno ĩplicito: ἐπὶ πιοτήν
Ipse quidem talia de metallis scripta reliquit. Polybius autem effodien/
di locos argenti:quia circa nouam Carthaginem sunt memorans maxi/
mos esse dicit . Distare uero ab urbe stad̃ circiter. xx . In circuitu stad̃.
cccc. Quo ĩ loco quattuor hominũ cẽturias operariorũ manere. Qui tũc

populo Ro.xxv.drachmarũ millia per dies singulos referebāt. Reliquã operationē omitto. Longioris enim sermocinationis ē. Duct ilē glebā argēteiā (ut ait) conterunt. Cribris inde per aquas suspensā agitāt: Rursus quæ subsistunt conterunt. Iterũ liquata diffusis aquis conterunt. Quintā deinde subsistentiam digestā effuso plumbo parũ argentum educũt. Nunc etiam sunt argentariæ non qdē publicæ: neq; hic nec aliis ī locis: sed in priuatorũ possessiones demigrarũt. Aurariæ uero res fisci habēt ut plurimũ. Hinc autē cũ aliis ī locis tum uero Castaone: peculiaris ē effodiēdi plumbi natura & metallũ. Huic etiã argenti pars parua ĩmixta ē. Non adeo ut eius utilis sit expurgatio. Non procul aũt a Castaone mōs est: e quo Betis effluit: quē argentũ nominãt: cum in eo sint argentariæ. Autor uero est Polybius & hũc & Anã e Celtiberia nasci: qui nōgētis distant inter se stad'. Cũ.n. Celtiberi plurimam fortunæ ac dignitatis accessionē uendicasset: finitimã totã regionē eodē nominatã uocabulo reddiderunt uidetur sane priscos illos Betĩ nominasse Tartessum. Gades uero insulasq; uicinas Erythiã. Ideo Stesicorũ de Geryonis armento sic cecinisse existimant: ut e regione illustris Erythiæ progenitum fuerit penes argēteos immēsi Tartessi fontes occultasq; petras. Cũ autē fluuius duobus erũpat ostiis oppidũ inter ipsius cursum quōdã habitatũ fuisse constat: quod Tartessũ eodē quo fluuius nomine appellatũ ē extiterit: agrũq; Tartessiũ: quē Turduli hac ætate pascũt. Eratosthenes quoque contiguã Calpe terrã Tartessiam uocitari perhibet: & Erythiã eximiæ felicitatis insulã: aduersus quē Artemidorus scribens: & hæc ab eo falso cōmemorari tradit: sicut & de distãtia a Gadibus ad sacrũ promōtoriũ: quod abesse dierũ quinq; nauigatiōe dicit: cũ nō plura q̃ mille & dcc. stad' esse constet: & maris æstuaria hucusq; trãsmitti: cum hoc quaq̃ uersum circum orbem terrarũ eueniat & Hispaniæ partes ad Aquilonē uergentes faciliorem ad Gallias habere meatũ: q̃ qui per oceanum nauigationē agunt. Et quæcũq; alia tradidit Pitheæ uerbis per arrogãtiã inductus. Poeta uero grandiloquus atque peritissimus occasiões suppeditauit ad cognoscendum ut eorum locorum minime fuerit ignarus: q suas nō fugerit aures: si recte quis utrunq; raciocinari uoluerit. Et quæ de ipsis deterius differantur: & quæ melius ueriusq;. Deterius quidē q ad occasũ extrema audierat istæc: ubi quẽadmodum idem inquit.

Oceanum irrumpunt splendẽtia lumina solis:

Almæ telluri noctem qui ducit opacam.

Noctē uero diti omīs & īferno ꝓpiquã esse liquet. At īfernũ cũ qs audiat tartaro: Tartarus aũt Tartesso: deriuata illinc denomĩatiōe cōpati potest quē subterraneoꝝ ultimũ locũ esse putauerimus. Adiecit & fabulã

poeticū seruās officiū: quēadmodū cū Cimmerios ad septētrionē & oc/
casum habitantes nosset in locis ad Bosporū sitis:eos ad infernū consti/
tuit. Forsan propter cōmunē aliquē ritū Ionū ad hanc gētem. ætate eni
Homeri uel paulo ante:accessum ad Cimmerios factū fuisse cōmemo/
rāt ad Eoliā usq; & Ioniā. Eodē modo & de Cyaneis insulis :quas uagas
& errabūdas cecini : fabulas ex aliqua sēper itroducēs historia . Difficí/
les nanq; petras aliquas fabulose describit:sicuti Cyaneas. unde & Sym
plegades idest inuicē se cōcutiētes nomē assequutæ sūt. Vnde & p illas
Iasonē cursum tenuisse posuit: Colūnarūq; & Siciliæ fretū pro ipsarum
ratione Cyanearū:quas errabundas appellāt insinuatū ab eo ex fabula/
mento quidē Tartari ad locorū Tartessi mentionē obscurioris sermōis
genere:idest enigmate ad peiora quis animo traduxerit:ad meliora uero
ex his consyderabis. Cū enim Herculis exercitus ad hæc usq; loca Phœ
niciāq; profectus esset:illorū hominū diuitias ociosamq; uitā descripsit.
Hi nanq; tātopere a Phœnicibus subiugatiq; fuere:ut plures Turdeta
niæ urbes confinesq; loci ab eis his habitētur amnis. Vlyssis etiam exer
citus in istis constitutus regionibus & ab illo cognitus occasionē præsti
tisse mihi uidetur:ut ad describēdam Vlyssis:sicut & Troiæ materiā:
ex rerū euentu poetico de more animū traduxerit. Nō solū enim Italiæ
ac Siciliæ loca:& aliæ res quædā taliū signa præ se ferūt atq; describunt.
Sed etiā in Hispania urbs Vlyssea & Mineruæ templum: & cætera pe
ne uestigia infinita illius errorē & Troianū idicāt bellū fuisse. Pariterq;
& expugnatorū & expugnātiū calamitates uastitatēq; commōstrāt His
nāq; ut Cadmeiam uictoriā assequerētur obuenit. Vastatisq; eorū domi
bus:& paucis in singulos accedentibus exuuiis cum eis qui fuere super
stites fides nulla haberetur:ex periculis ad piraticā cōuersi sunt. Et Græ
ci tum spoliati tum dedecore infamati:tādiu sine suis mansisse ignomi/
niam putabant. Tum uero ad illos inanem se redire quisque turpe esse
ducebat. Rursus error Aeneæ & Anthenoris & Henetorum similiter
& Diomedis & Menelai & Vlyssis memoriæ pditus est:aliorumq; cō/
plurium. Poeta igitur tot militiarū & ad ultima hispaniæ gnarus opesq;
& alias uirtutes intelligens:hoc enim Phœnices indicant eo in loco pio/
rum regionem & Elysium campum esse finxit. Quo Proteus Menelaū
transmissurum esse dicit.

Elysium in campum terrarumque ultima tandem
Dii te transmittent:stat flauus ubi Rhadamantus.
Existitq; uiris ubi uita facillima durans.
Non hyemis uis multa:niues:non ingruit hymber.
Stridula sed semper zephyrorum flamina mittit

Ingens oceanus lenimina grata uirorum.
Aeris enim salubritas & suauis zephyri spiritus eius regionis peculiaris
est quæ in occasum uergēs tunq̃ tepore caret. Tū uero terræ terminus:
ubi poetam infernū esse fabularum esse diximus. Adiectus etiā Rhada/
mantus proximū Minoi locū describit: de quo hunc in modū loquitur.
Hic minoa Iouis clarum de sanguine uidi.
Qui aurea sceptra tenens dat iura rigentia functis.
Posteriores inde poetæ uulgare cœperunt & expeditionem in Geryone
Hesperidu Aurea mala
boues. Itidēq; in hesperidum aurea mala. Nominatimq; insulas quasdā
Insule fortunate
fortunatas celebrāt: quas impræsentiarū commōstratas nouimus nō lō/
ge admodū a Mauritaniæ ꝓmōtoriis disiunctas: quæ Gadibus opposita
sunt. Phœnices & Hispaniæ & Africæ nuntios assero. Optimam isti re/
gionē ante Homeri ætatē occuparunt. Locosq; tādiu ditione tenuerunt:
quoad Romani suū soluerūt imperium. Hispanarū quidē opum hæc
testimonia sunt. Carthaginenses ductore Barca aduersus Hispanos du/
ctantes exercitū eos (uti scriptores prodidere) argēteis ī Turditania præ
sepibus & doliis utentes in potestatē redegerūt. Coniectutā faceret qs/
piā e plurima eorū felicitate homines eo tractu ī lōgæuos appellari: pri/
cipes maxime. Ob hanc causam Anacreontē hunc in modū dixisse. Eq/
dē Amaltheæ cornu nolui: neq; annorū .c. & .l. imperiū tenuisse Tartes/
si. Cæterū Herodotū regē ipsū nominatim descripsisse & Arganthoniū
uocitasse: uel enim sic accipi potest. Vel huic dicto pariter illud anacre/
ontis uel cōmunius. Nolim ml'to tēpore Tartessi tenere regnū. Nōnul/
li Tartessū huius tēporis Carteiā appellant. Verū ad regionis felicita/
tē māsuetudo simul & urbanitas accedit Turditanis & Gallis propter
uicinitatē cognationēq; ut testis ē Polybius: Cæteꝝ illis minor: ut pluri/
mū enim uicatim habitāt & uiuunt Nā Turdetani præsertim qui circa
Betim loca tenēt in Romanos penitus ritus transformati sūt. Nec pro/
prie memoriā linguæ seruāt amplius. Plurimiq; Latini facti secū accolas
accepere Romanos. Itaq; paꝝ abest qn uniuersi Romāi sint: & nūc ha/
bitate urbes: & in Gallia pax Augusta: & aliæ in Turdulis augustemeri/
ta: & ī Celtiberis Cæsaraugusta: & aliæ Coloniæ quædā ꝑmutatos dicta/
rū ciuitatū ritus demōstrant. Hispani quoq; q hoc īstitutiōis genus ser/
uāt: stolati uel togati dicūtur: ī qbus sūt et Celtiberi: q quōdā omīs im/
manitate supare credebāt. De his qdē hactenus. Ab sacro promōtorio
rursus ad alterum littoris latus inīnū capiūt qđ spectat ad Tagū sinus
ē. Deīde ꝓmōtoriū barbarū & eruptiones Tagi ī quas recti nauiū cur/
sus. Sunt autē stadia decem. Hoc in loco & maris infusiones ingruūt. E
quibus una ultra stadia .cccc. extēditur ab turri iā dicta. Ea ī pte aquātur

ἐπιπολάζειν. Tagus ad ostiū latitudinē habet stad. xx. altitudinē uero ꝑ magnā: adeo ut a nauigiis millia decē uectātibus nauigari facile possit. Superioribus autē in cāpis cū æstus sit duæ inundationes diffundūtur: ut ad stad. c. & l. facies extet pelagi. Reddat'q; planicies tota nauigabilis. In superiore uero inundatione insula quædā circūplectit' longitudinis stad. xxx. Latitudinis autē paulo minoris fertilis & uitibus optimis cōsita. Ea in monte flumini ꝓxīa iacet distans a mari stad. circitet. d. ager circūcirca bonitate conspicuus: habēs aduersis aquis nauigatiōes admodū faciles etiā grādioribus magnū ad spatiū nauibus. Reliquū uero ad cursum fluuiaticis lēbis Supra Moronē etiā prolixior ē nauigatio. Brutus cognomento callecus hac urbe ad faciēdas excursiōes usus belligerauit in Lusitanos. Eosq; deniq; expugnauit. Ad quotū uastationem fluminis inundationibus adottus ē ut liberas nauigationes & cōmeatuum importationes haberet. Vicina uero Tago cæterorū opulentissima sunt oppida. Amnis quidē pisciū feracissimus est: ostreorum'q; redundās. Ex Celnberis autē originē habēs ꝑ Vettiones & Carpetanos & Lusitanos ī æquinoctialē labitur occasū: aliquātis'per spatio pari ab Ana & Beti fluuiis distans. Postea se mouetur ab illis ad littus australe declinātibus supra mōtes autē quos diximus. Oretani maxime uergunt ī meridiē perueuientes usque ad maritimā aliqua ex parte intra columnas. Post quos Carpetani declinant ad aquilonē: Inde uettiones & uaccei: per quos Durias labitur ad Conciam urbē Vaccœorum transitū habēs. Calleci autē tiouissimi montana habitātes utplurimū: unde et bellacissimi & subiugatu difficlimi: etiam ei qui Lusitanos superauit cognomen præstiterūt: & per hosce annos maxima Lusitanorū pars: ut Calleci uocitētur cōparati sunt. Excellentissima igitur Horitaniæ ciuitas est Cetulum & horia. Tagi uero regio ad aquilonē spectans. Lusitania est inter hispanos gens amplissima: & ānis plurimis Romanorū armis oppugnata. huius regionis latus Australe Tagus cingit. Ab occasu uero & Septentriōe Oceanus. Ab aurora Carpetani Vettiones Vaccei & Calleci fame maioris populi. Reliqui sūt indigni de quibus uerba fiant propter humilitatem & ignobilitatem. Cōtra uero nonnulli & hos Lusitanos nominant. Ab ortu finitimi sunt Calleci quidem Asturiorum genti ac Iberis. Reliqui Celtiberis: longitudo quidem stad. millium. xiii. Latitudo uero minor admodū quæ ad oppositā maris ripam orientale latus efficit. Orientale quidem est altum atque asperum. Subiecta inde ora tota ad mare usque lata planicies patet: paucis dumtaxat montibus exceptis: nec sane magnis. Posidonius Aristotelem haud recte sensisse ait: qui littus & Mauritaniam inundantium: ac decrescentium aquarum causam esse tefert. Maris enim refluxum fieri dixisse propter alta & rigida

pmótoria: quæ cũ ũdas durius accipiat ĩ hispaniã cõtra refũdãt. Cõtraria enim sũt plurima: arenosa uidelicet littora atq; humilia. Recte igitur dixit. Regio itaq; de qua sermo ẽ felicitate præstat ãnibus paruis & magnis irrigua: qui omnis tago ab ortu pariter disiuncti sũt: & maiori ex parte nauigabiles: atque auri grũmulis abundãtes. Deinceps post Tagum nobilissima flumina sũt Muliadas paruas habẽs nauigationes. Inde uacua fluuius: post quos Durius lõgo fluẽs cursũ penes Numãtiã & alias cõplures Celtiberorũ & Vacceorũ habitatas terras. Magnis hi nauigiis permeabiles ad stad' fere. ccc. Alia porro flumia: post quæ & Lethe qđ a plærisq; Essemea uocitat'. Ab aliis Beliõ: & hoc a Celtiberis & Vacceis labitur. Postea Benis: uel (ut alii aiũt) Minium omis Lusitaniæ fluuios magnitudine superãs. Et hic ipse ad stad'. ccc. nauigabilis. Posidonius & hũc e Cantabris fluere dicit: ante cuius eruptionẽ procũbit insula: & instar unguiũ scopuli duo portus habẽtes fluuiorũ. Digne laudari potest naturæ ingeniũ: quoniã adeo imminẽtes extant ripæ: ut intra ipsorũ alueos maris inundatiões satis excipiãt: nec excedãt: nec cãpis stagnẽt. Hic igit' præturæ Bruti terminus ẽ. Alia quoq; plura flumia ulterius sũt prædictis æquali distãtia cõtigua. Extremi Artabri incolũt: circa Neriũ pmõtoriũ: quod occidentalis & aquilonaris finis ẽ lateris. Circũhabitãt Galli qui colentes Anam fluuium cognatione cõtingunt. Nam cum ii pariter atq; Turduli sotiis eo armis peruenissent seditionem egisse ferunt: postea q; Lineam fluuiũ traiecerũt. Cæterũ post seditiõem eorũ amisso duce pallantes ac dissipati ea in regione desederunt. Hanc ob causam flumẽ Lethes: idest obliuionis appellatũ. Habent Artabri frequẽtes urbes in sinu pariter habitatas. Quem nautæ & qui eis ĩ locis uersant' Artabrorũ portũ appellãt. Nostræ homĩes ætatis artabros arotebras uocitãt. Gẽtes igit' citciter. xxx. tractũ iter Artabros & Tagũ ihabitant. Cũ fertilissima sit regio & fructuũ & pecoris & auri: & argẽti mĩtorũq; similiũ. Ex his cõplures: omissis agrorũ cultibus: ĩ marinis latrociniis uitã agitates ut' assiduis iter se bellis discéptãt: ut' traiecto Tago finitimos armis ĩfectãtur. Donec Romani hoĩes humiliora sapere cogẽtes represserũt: & plurimis eorum tedactis in uicos urbibus plærasq; mansuetius ipsi incoluerunt. Huius impietatis initium a montanis (uti par est) ortum fuit. Sterilẽ nãque colentes agrum & paucorum prædiorum possessiones tenentes alienorũ auiditate trahebantur. Qui uero illos propulsare conabãtur: operum suorum dominio priuati: ea in necessitate constituebantur: ut pro agricolatione bellis implicarentur. Euenit igitur ut neglectus ager innatis priuatus bonis a latronibus habitaretur. Lusitanos itaque insidiosos scrutatores ueloces agiles uersatiles esse fama ẽ. Scutũ duum pedum ad

latitudinē gestant curuū ad āteriora prospectās loris depēdens: cui neq; fibula neq; ansa ulla est. Gladiolus aut pugio lateri adhæret. Plurimi li/neos Thoraces habēt. Perpauci loricis utūť aut cristatis cassidibus. Nō/nulli neruatis galeis. Peditibus ocreæ adsūt: unusq́sq; plura fert iacula. Quidam utunť & hastilibus: cuspides sūt æreæ. Aliquos Durio uicinos amni Spartano ritu degere tradūt duobus utētes unguentis: Ad calefa/ciēdūq; ignitis utunť lapidibus & frigida lauanť. Victus illis est cibus mūdus quidē ac simplex: sacrificiis dediti extra perspiciūt: nihilq; cōci/dunt. Inspectāt ex lateris fibras Et contrectātes uentura coniectāt: Ex i/testinis quoq; hominū: maxime captiuorū: diuinationes captāt sagis ue/lantes. Inde ubi plaga infligitur ab intestinis sub aruspice primū ad ho/minis casū uaticinātur. Abscissas captiuorū dextras diis offerūt. Omnes montiū habitatores uictu simplici utūtur. Aquarū potores: humi cubi/tores: longas ut fœmitiæ inferius diffūdunt comas: mitratis frōtibus pu/gnas ineūt: hirco maxime uescūtur: quē & Marti imolant: sicut & captiuos & equos. Faciunt etiā Hecatōbas. i. cētenario numero sacrificia quo/libet ex genere ritu Græcanico. Et (ut inquit Pindarus) omnia cētena im/molant. Gymnica etiā conficiūt certamia. Armis exercēt ludos & equis & cestibus & cursibus & tumultnaria pugna & īstructo p cohortes præ/lio. Montani homines duabus ānī partibus querna uescūtur glāde: quā cū siccauerint frangūt molunt panes conficiūt & ad tēpus reponūt. Or/deatio utūtur uino. nā e uite inopia sūma laborāt. Idq; ita confectū: eue/stigio absūmunt conuiuia inter cōsanguineos celebrātes. Pro oleo buty/rū usurpant: sedētes cœnitant ædificatos ī pariete hemicyclos habentes. Primus sedēdi locus cœnantibus in orbē ætati præstať & honori. Inter/potādū ducto ad tibiā uel tubā choro saltant iflexis exultātes pollitibus. In Bastetanis mulieres inuicē manibus promiscuæ innectūtur: omīs fe/re pullis amicti uestibus & sagis: in quibus iuoluti per strarnēta cubant. Cærea illis: ut Gallis: in usu sūt uasa. Mulieres in roseis degūt ornamē/tis. Hi loco nummorū graui ad modū sarcinarū pmutatiōe utunť: uel extē si argēti lamie frustū abscissū exhibēt. Destiatos neci lapidibus obruūt: patricidas extra mōtiū confinia uel ultra flumia eiectos saxis opprimūt. Cōiugia de more Græcorū cōtrahūt. ægrotos uetusto ritu ægyptiorum in plateis deponūt: ut qui eo modū genere tentati sūt cōmonefacere eos ualeant. Pelliceri usque ad Bruti aduentum nauiculis utebantur per i/undantes aquas & stagna. His autem ānis lintres uno cauatas ex ligno: monoxyla uocāt usurpāt: & q̄dē raro. Sal colore prius purpureo: simul ac teritur: albescit. Hic aē mōrāis uiuēdi ritus quē cōmemoraui: eis inq̄ q boreale Hispaniæ latus terminant Calleeis Austribus Cātabris usq;

De Eg

ad Vascones & Pyrenen. Cunctis enim eadẽ est uiuendi formula. Ve/
reor autem explicandis abũdare nominibus: ne iniucũda reddatur ipsa
descriptio: nisi cuipiã uoluptatis loco fiat cum ad aures perueniãt Pleu/
tauri Bardyetæ Allotriges: cæteriq; deterioris & deformioris appellatio/
nis homĩes. Agrestis aũt eoꝝ ĩmanitas: nõ solũ ex ipso bellãdi usu: uerũ
etiã ex auia locorũ lõgĩquitate ꝓuenit: lõgĩqua enĩ ad eos ẽ nauigatio:
longinqua etiam itineta. Cumq; nullis cõmisceant̃ aduenis: quæ ĩter
homĩes cõmuĩa sũt abiecere: & õnẽ exuerũt hũanitatẽ. Quæ tñ p hoctẽ
pus minus mĩusq; patiũt̃ cũ uigẽte pace ad illos Rõani ꝓficiscãt̃. Qui/
bus uero id mĩus obuẽit ĩportuĩores sũt & ritu bæluaꝝ sæuiores. Talis
cũ adsit illis locorũ sterilitas: & q̃busdã mõtana duricies eius generis in/
cõmoditatem intẽdi credibile est. Cæterũ bella omĩa hac tẽpestate desi/
erunt: ut dixi. Nã Cantabros & uicinas illis gẽtes: quæ adhuc latrocinia
retinẽt Cæsar Augustus oppressit. Et q̃ Romanorũ sotiorum prædões
erant nunc pro Romanis rei militari seruiunt. Coniaci uidelicet & qui
Iberi amnis fontes incolunt: præter Tuisos. Cui Tiberius succedẽs tri/
bus militũ ordinibus impositis locos ipsos ex Augusti Cæsaris instituto
nõ modo pacatos: ueꝝ etiã urbanis præditos moribus effecit. Reliquus
Hispaniæ tractus est nostrũ a colũnis usq; ad Pyreneos montes littus: &
huic incũbẽs regio tota mediterranea. Latitudo quidem inæqualis: cæte/
rũ longitudo paulo plurium q̃ stad̃ mille quaternũ. Spatia uero mariti/
mæ supra stad̃ mille duo dicta sunt. Ferũt aũt a Calpe proxĩo columnis
monte ad Carthaginem nouam duo stad̃ mille &.cc. Hoc uero littus a
Bastetanis: qui & Bastuli dicũtur: & ab Oretanis partim habitari tradit̃.
Hinc habent aliæ ferme totidẽ usq; ad Iberum: & Heletani. Intra Iberũ
autẽ usque ad montem Pyreneũ & Pompeiana Trophea stad̃ mille &
dc. habitate paruam Heletanorum partẽ. Reliqua Indicetos (sic enim
appellantur) quadrifariam diuisos. Inchoantibus uero a Calpe: dorsũ in
parte quoddam montanum est ad Bastetaniã & Oretanos pertinens ne
morosum proceris arboribus maritimam mediterranea oram separans
Hoc in tractu & auri & cæterorũ effosiões multa per loca sũt. In hoc lit/
tore primarium extat oppidũ Malaca: quod tanto a Calpe quanto Ga/
des disiungitur interuallo. In ulteriore terra Emporium est ingentia ha/
bens salsamentaria. Idipsũ nonnulli Menacen opinãtur: quam Phocen/
sium ultimã urbẽ percepimus: quæ ad occasum uergit. Cæterum ea ne/
quaq̃ est. Sed enim illa longinqus distans a Calpe a fundamẽtis effossa
iacet: græcæ urbis uestigia seruãs. Malaca uero Phœniciæ ciuitatis pro/
pinquioris tenet formã. Deinde exitanorũ ciuitas est: a qua salsamẽtaria
præcipuũ nomẽ adepta sunt. Dehĩc Abdera Phœnicũ ipsa ẽt ædificiũ.

Superiora regionis montanæ loca Vlysseam ostẽtãt:in qua ẽ Mineruæ
tẽplum:ut autor ẽ Posidonius & Artemidorus & Asclepiades Myrle/
anus:qui ĩ Turditania litterarii ludi magister extitit:q de regiõis illius
gentibus exponẽdis librũ ædidit.Is monumẽta quædã de Vlyssis erro/
re in Mineruæ tẽplo esse commemorat.Parmas suspensas Aplustria ro
straq; naualia.In Callecis autẽ quosdã ex Teucri cõmilitõibus habitas/
se:ibiq; oppida fuisse:e quibus unũ Hellenes.i.Græci:alterũ Amphilo/
chi nominatũ ẽ:sicut Amphilochus eo in loco diẽ suũ obiit:& comites ĩ
mediterranea errabundi fuere.Sic etiã nonnullos Herculis sotios.Scri/
ptores etiam aliquos tradidisse refert Coloniam e Messana in Hispaniã
esse deductã.Lacões etiã Cãtabriæ partẽ tenuisse:& hic ipse & alius te/
stis est scriptor.Illic & Obsicellã esse:quod & Lactisma uocant urbem
Anthenoris & soriorũ eiusq; filiorũ:quũ in Italiã cursum tenuerunt. In
Africa quoq; credidere nõnulli Gaditanorũ mercatorum fidẽ sequuti:
sicut Artemidorus scriptũ reliquit:quoniã æthiopes Mauritaniæ acco/
læ in occasũ spectantes Lotophagi uocitantur loti cibus carpentes. Gra/
men ac radicẽ quãdã nullo indigentes potu. Nec facultatẽ eius propter
aquaꝝ penuriã habẽtes. Horum natio usq; ĩ Cyreneoꝝ loca extẽditur.
Alii rursus Lotophagi nominant alteram inhabitantes e regione paruæ
Syrtis insularũ Meningẽ.Haud sane mirãdũ est poetã hoc pacto erro/
rẽ Vlyssis fabulose descripsisse:ut mlta de Vlyssis rebus memoriæ pro
diris extra colũnas in Atlantico pelago disposuerit.Quæ enim ab histo/
ricis tradũtur non multũ absunt.Sic de locis sic de reliquis ab eo p fig/
menta enarratis:unde non longe a fide poeticum figmẽtũ erat. Nec siq
hisce credẽtes historiis:& multimodæ uatis ipsius cognitioni Homericã
poesin ad cognatas scientiæ ac peritiæ materias cõuerterũt:queadmodũ
a Crate Malota:& aliis quibusdã factitatũ ẽ.Quidã uero adeo rustice ta
lẽ aggrediendi operis rationẽ admiserũt:ut uatẽ ipsum non solũ cuius/
dã fossoris aut messoris instar ex omni eius generis sciẽtia extruserit:ue/
rum etiam eos q tale negociũ attigerint furiis agitatos fuisse cẽseãt. Pa/
trocinium aũt castigationẽue aut tale aliquid in eoꝝ maledicta cõferre:
ex iis ausus est nemo qui grãmaticã aut mathematicorũ acumina tenere
profiteat:quis eximius.Atqui aduersus multa eorũ maledicta & patro/
cinium & erroris emẽdatiõem adducere fieri posse mihi uidet:ĩ ea præ/
sertim quæ Pytheas quosdã sibi credentes frustratus est:quod per loco/
rũ occidẽtaliũ & aqlonariũ ignorationẽ & Oceani contigit. Cæteꝝ hæc
ĩpræsẽtiaꝝ missa faciamus:quæ peculiari sermõe plixius diserẽda forẽt.
Græcos autẽ ad barbaras natiões errabũdos pagrasse: hãc causã habuit:
qa puas ĩ portiões dissipati fuerãt cũ ĩperia p elationẽ atq; cõtumaciam

inuicem minime coalescerēt: & cōspirationē inter se nequaq̄ haberēt: Vnde contra externas inuadentiū opes imbecilli facti sunt : hoc uero p
elatos spiritus. Quod quidē inter Hispanos maxime latius extendit: cū
ad uersutū natura ingeniū: subdolā quoq; mentē adiungerēt. Nā īuaso/
res & prædones effecti uitā degebāt. Ad parua primū audaces: nec dū i/
gētia aggrediebantur facinora: cū magnas nōdū uires aut sotietates cō/
parassent. Si enim sese mutuo tutari uoluissēt: neq; Carthaginensibus:
neq; prius Tyriis plurimā eorū regionē p maiorē potētiā incursantibus
destruēdi fuisset occasio. Neq; Celtis q nunc appellātur Celtiberi atq;
Berones: neq; Piratæ Viriastho: neq; Sertorio postea: neq; si alii plæriq;
āplificādæ potētiæ auiditate ducebātur: & Romanus populus augēdæ
potētiæ gratia aduersus Hispanos particulatimq; cōtra singulas ciuita/
tes bellū multos protraxit ad ānos: nūc hos nūc illos delēs: donec ad an/
nū fere ducētesimū atq; āplius uniuersos ī potestatē redegerit. Ad isti/
turā igit' orbis enarrationē redeamus. Post ea igit' loca Abdera ē & Car
thago noua: quā ædificauit Asdrubal: is qui Barcæ Hannibalis genitori
successit. Ea sane ē cunctarū eo ī tractu urbiū potētissima. nā & munimi/
ne & murorū structura atq; pulchritudie & portuū cōmoditate & lacus
amœnitate ornatissima ē: nec minus argēti effossionibus: de quibus āte
diximus. Hic & in propinqs locis frequētissima sūt salsamenta. Hoc eti/
am amplissimū ē Emporiū: siue de rebus e mari ad mediterranea īpor
tādis siue ex ipsa regione foras ad omnis exportādis. Hæc uero pars ma
ritima hinc usq; ad Iberū in medio quodāmodo interuallo Sucronē ha
bet fluuiū & eius excursum: & eiusdē nominis urbē. Labit' aūt e monte:
qui icūbenti cōtiguus ē dorso: & e Malaca & ex iminētibus Carthagini
locis pedestri uadabilis: undiq; ab Ibero æqualiter distās: paululū a Car
thagine atq; Ibero disiunctus. Inter Sucronem & Carthaginē tria mas
siliēsiū sūt oppidula haud procul a flumine. Ex iis celeberrimū ē Heme
roscopeū. i. diurna specula in extremitate Dianæ Ephesiæ sacellū habēs
frequēti religione cultū: quo Sertorius ad res maritimas usus ē recepta/
culo. Nā munitissimū ē: ad rē piraticā itē percōmodū: Nauigātibusq; lō
gitiquū præstās prospectū. Vocat' aūt Artemisiū tanq̄ Dianiū: ferrarias
habens effossiones feraces ex propinquo: pusillas etiā insulas Planesiam
Plūbariā & Limnothalassā iminētē: quæ in circuitu ē stad'. cccc. Dehinc
Herculis īsula ē ad Carthaginē spectās: quā a scōbrorū multitudine ca/
ptorū Scōbriā uocāt. Ex qbus Garū (optimū hoc salsamēti genus ē) cō/
dit'. Abest aūt a Carthagie stad'. iiii. & . xx. Rursus altero Sucronis ex la/
tere ad Iberi exitū pgēti Sagūtus occurrit a Zacynthiis cōdita: quā Hā/
nibal cōtra Romani populi fœdera diruēs: belli punici secūdi suscitauit

incēdium.Proximæ urbes sunt Cheronnesus Oleatrū Cartalia In ipso
que Iberi transitu Dertossa Colonia.Labitur autem Iberus a Cātabris e
meridie ortū habēs p magnū cāpoꝝ spatiū pari sēp īteruallo a Pyreneis
distans montibus.Inter Iberi uero deflexiones & extremas Pyrenei par/
tes:a qbus Pōpei monumēta fixa cernūtur prima ē urbs Taraco portu
carēs in sinu quodā sita Cæterū in reliqs idonee cōparata nō minus hac
tēpestate q̄ Carthago uiris pbobis ornata.Ad excipiendas enī pricipum
peregrinationes egregie nata:& nō ītra Iberū modo : sed etiā extra late
Metropolis idest ciuitatū mater ē.Gymnesiæ etiā īsulæ cōtra nō longe
iacētes & Ebosus dignitate præstātes oportunū urbi sitū ostendūt. Era/
tosthenes aūt ei stationē esse affirmat iaciēdis anchoris nō admodū cō/
modā:sicuti cōtra differēs Artemidorus īqt. Vniuersa ab colūnis huc/
usq; maritima īportuosa ē . Deīceps autē hoc ex loco commodis ornata
portubus.Ager quoq; bonitate præcellēs Leetanorū & Lartoleetaꝝ ali/
orūq; taliū usq; ad Emporiū.Illud enī ē a Massiliensibus ædificatū a Py
reneis mōtibus stad̄ mil.iiii.īteruallo & Hispaniæ finibus ad Galliā di/
stās.Hic ē aūt uniuersus tractus agroꝝ & portuū cōmoditate præstans.
Eo ī loco Rhodope oppidulū ē Emporiēsiū: quod plærīq; ab Rhodiis
cōditū fuisse tradūt.Et hic & in Emporio urbe Dianā Ephesiam eximia
ueneratione colūt.In rebus Massiliensibus causā aperiemus : habitabāt
aūt prius Emporienses pusillā quādā oppositā insulā. Quā nūc Paleā/
polin.i.urbē ueterē nomināt.hoc uero tēpore in cōtinēti habitacula po/
suere.Diopolis ē quā murus diuidit uicinos antea quosdā ex Indicetis
habēs īquilinos. Qui et si p se suā agerēt rēpublicā:cōmuīa tamē habe/
re mœnia cū Græcis tutelæ gratia uoluerūt. hæc aūt duplicata sunt me/
dio dirimente muro : Tempore īde procedēte ī eadē ciuitatis guberna/
cula cōuenerūt.Quod & in aliis multis euenit: barbaris & Græcis legi/
bus mixtim tēperatis.Præterfluit uero amnis ex Pyrene exoriens:cuius
qdē egressio Emporiensibus portum efficit.Emporienses egregie circa
colligēda lina opus agunt.Interiorē agrum:cū aliaꝝ reꝝ:tum uero spar/
ti feracē habēt.Qui uero inutilior ē ac tenuis iuncū pducit: ut etiā iun/
cariū cāpū appellēt.Plærīq; ultimas Pyrenei mōtis ptes usq; ad Pōpeii
trophea tenēt. Per quæ ex Italia ad interiorē Hispaniā pgētibus iter est
maxime ad Beticā.Hæc uia nūc quidē mari proxima:nūc aūt lōginqua
reddit̄:præsertim ubi spectat occasū.Ducit̄ aūt Taraconē a Pōpeianis
monumētis p iuncariū cāpū & Betterones:& Marathoniū:i.fœniculari/
um:quē a nascētibus late fœniculis:sic latina lingua uocitāt. Dehinc ex
Taracone ad traiectū Iberi amnis p ciuitatē Dertossam:hinc p Saguntū
pducta & urbē Setabin sēsim a mari discedit:& Spartario cāpo: q sicut

& alter Iuncarius: ita & ipse Spartarius appellat᷑: sese applicat. Hic autē & spatiosus & aquarū indigens implicatū sparto iuncū procreat: qđ ad omnis oras: potissimū in Italiā deuehitur. Antea mediū per cāpū atque Egelastas uiā ipsā & longinquā & asperā esse contingebat. Nūc autē ad maritimā facta ē iuncariū rātūmō attingēs capū: ad idēq; pertēdes quo prior illa: ad Clastonē scilicet & Obulconē: ꝑ quas & ad Cordubā & ad Gades uia perducitur: quæ duo amplissima sūt Emporia. Distat autem a Corduba Obulco stađ circiter .xxx. Ab rerū sane scriptoribus traditū est Cæsarē e Roma Obulconē .vii. ac .xx. die peruenisse in castra. Illa ibidē eo tēpore fuerant: quo ad Mundā Martē cōsertutus erat. Tota quæ eo tēpore fuerat a columnis ad Hispaniæ Galliæq; terminos maritima huius generis est. Super hanc uero situs mediterraneus ager: is inq̄ qui inter Pyreneos montes: latusq; septētrionale usq; ad Satyros ē duobus maxime fititur mōtibus. E quibus unus æqualiter a Pyrene distās producit᷑ a Cātabris exoriēs. In nostro aūt finit᷑ pelago Idubeda uocitatus. Reliquus a medio in occasū ꝑmeat: defluxus quidē in austrū & litus a colūnis protēdens. Hic uero nudus ac tenuis ab initio est tumulus: per Spartariū excurrēs cāpū. Applicatur autē syluæ sup Carthaginē & Malacæ regionē: & Orospeda nominatur. Inter Pyreneū & Idubedā Iberus fluuius labit᷑ ab ābobus exæquo disiunctus motitibus & fluētibus hinc amnibus: ac reliquis resertus aquis. Ad Iberū urbs extat. Augustacæsaria uocitata: & Colonia quædā celsa habēs pōtis lapidei transitum. Ora compluribus habitatur gentibus: e quibus nobilissima Iacetana dicitur. Hæc a pyrenes radicibus inchoans ī cāpos usq; latius extēdit᷑: & Ilerdæ ac Ileosce Ilergetarū locis adiungit᷑ non procul ab Ibero. Quibus in oppidis Sertorius pugnas gessit extremas: & in Vasconum urbe Calagurio & maritima Taraconis & Hemeroscopio cum e Celtiberis fuisset eiectus: ubi aduersa captus ualitudine diem suum obiit. Ad Ilerdam uero posterioribus annis Afranius & Petreius Pōpeiani ductores ab diuo Cæsare debellati fuere. Distat Ilerda ab Ibero tēdentibus in occasū stađ .c. & .lx. A Taracone autē ad Austrū circiter stađ .cccc. & .lx. Ad aqlonē uero Isca stađ .d. & .xl. Per hosce mōtes ex Taracone ad postremos ad Oceanū Vascones ad Pōpelonē & Oedasunē uicinā Oceano urbem uia est stađ mille duobus & .cccc. ad Aquitaniæ & Hispaniæ confinia: Iaccetani sunt in quibus ea tempestate sertorius cum Pompeio belligerabat. Postea uero Pompeii filius Sextus aduersus Cæsaris pæfectos. Supra Iacceranos ad Seprētrionem gens incolit Vasconum In qua Pōpelon sita est: ueluti Pompeiopolis: Pyrenes uero ipsius latus ī Hispaniā uergens consitum ē uariis arboribus materiæ multitudine: & quæ semp

uirēs germinet. Alterū autē Galliam spectans: nudum omnio. Media uero loca conualles continēt: quas frequētes cultores habitāt. Quas quā maxima Hispaniæ nationis portio Cerretani tenēt: a quibus mulnsariā Perne conduntur Cātabricis perquāsimiles: prouētū non mediocrē hominibus exhibētes. Vbi uero Indubedā transieris: euestigio Celtiberia frequens dispar occurrit. Magna illius pars inculta & aspera: & fluuialibus mundanonibus uasta: q per hos Anas defertur: & Tagus. & deinceps flumina plurima: quæ in occasū irrūpunt oceanū. originē ex Iberis agris habenna. Quorū Dureias præter Numātiam: orāq Sergūtiam currit. Cæterq Betis ex Orospeda oriēs: per agrū Oretanū fluit ī Beticā. E regione autē Septētrionis Berones Celtiberis proximi: & Cantabris Conscis habitāt: & ipsi e Gallica transmigratione orti. Horū urbs ē uaria: ad Iberi trāsitū sita. Coniuncti sunt & Bardyitis: q nunc Bardyuli uocātur. Ab occasu Astures quidā sūt: & ex Callecis aliqui: atq Vacceis: uettonibusq & Carpetanis. Ab Austro uero Oretani: & ex Bastetanis quicūq Orospedā icolūt: & ex Dittanis. Ad oriētē aurē Iubeda. Cumq Celtiberi ipsi quadrifariā partiti sint. Fortissimi ad ortū ac Meridiē sūt: Vraci ad Carpētanos ptinētes: fontesq Tagi. Eorū nobilissima ciuitas est Numantia: quæ in bello Celtiberico: quod aduersus Ro. populū gessit: uirtutē propriā ostentauit. Quod uicesimum perdurauit ad ānū. Complures enim exercitus cū Imperatoribus ad internitionē detracti. Nouissime aūt Numantini obsidiōe cincti: diuturna patiētia tolerarūt. Paucis dūtaxat exceptis: qui cedētes murū dediderūt. Sunt & Lusones: qui ad ortū spectātes: & ipsi ad Tagi fōtes pertinēt. Oppidū ē Aruacotum Segeda: & Pallāria. Numantia ab Augusta Cæsarea: quā sup Iberq sitam esse diximus: abest ad stad. dccc. Celtiberoq etiam urbes extant. Segobrica: & Bilbilis: circa quas Sertorius & Metellus prœlium cōmiserunt. Polybius uero: cū Vacceorum: & Celtiberorū populos dinumeret: cum aliis ciuitatibus & Sagesamam: & Intercatiam colligit. Posidonius auctor est. M. Marcellū tributum ex Celtiberia exegisse talētum dc. Ex quo coniecturā facere licet: q Celtiberorū natio frequentissima fuerat: & auri atq argenti copia excellēs: tametsi agrum incolentes sterilem. Polybius. ccc. urbes illorum: a Tiberio Graccho subuersas esse: memoriæ prodidit quod ritu Comico: Tib. Gracchi gratia: dictū ē ab eo: qui turres urbis appellat. Vt in triumphalibus pōpis fieri mos ē Quod ab re nequaq dictū esse crediderim. Nam Imperatores & rerum gestaq Scriptores: ut ornatiora efficiāt negotia: ad hoc mennēdi genus efferūt. Cū etiā q urbes Hispanorū supra mille fuisse prædicāt: huc deduci mihi uideatur: ut ingentes uici: oppida nominētur. Haud enim agri illius

Celtiberia

Anas

Vracorū Vrbe Numantia

Lusone Arua... Segeda Pall...

Sagesama Intercatia

Celtiberi

ĩgenium tam multas capere ualet urbes:tum quod sterilis sit:& alienus
a moribus nostris: & ĩmansuetus: Tum quod eorũ uictus:& actiões lõ/
ge a littoribus nostris:ad tale aliquid non edoceat. Nã qui per uicos ha/
bitant:agrestes sunt:cuiusmodi magna ex parte sunt Hispani. Ciuitates
autẽ comitate & masuetudine condiunt incolas. Neq; tamẽ id facile:po/
tissimum cũ ad uicinorũ detrimẽtũ siluæ materiã occasionẽq; suppedi/
tent. Post Celtiberos:ad Austrũ sunt montani:Orospedã habitantes: &
spectãtẽ ad Sucronẽ regionẽ: Sidetani usq; Carthaginẽ:& Bastetani : &
Oretani:ferme usq; Malacã. Iberos autẽ uniuersos: sicut & de Lusitanis
diximus: peltas gestasse constat: & armaturis agiles:propter latrocinia:
iaculo:fũda & gladio utebãtur. Inter pedites equitatũ ĩmiscere cõsueue
rant:equis ad conscẽdẽdos mõtes edoctis: nec minus ad curuanda leui/
ter genua:quotiẽs iussi fuerint:ubi usus exigit. Producit capreas Hispa/
nia:equosq; siluestres affatim. Quibusdã in locis: Lacus incremẽta susci/
piũt. Cygni & eius generis aues plurimæ. Similiter & Otides ãnes pro/
creant & Castoras. Et Castoriũ quidẽ:nõ eã quã Põticũ habet uim. Põ/
tico enim propriũ est:ut uenenosũ sit:ut & aliis pmultis. Cũ Posidonius
dicat:solũ ex ære Cyprio lapidẽ Cadmiã gigni:& Vitreolũ & Spodiũ.
Peculiare uero Hispaniæ esse Posidonius asserit: ut nigræ ibidem sint
Cornices. Cũq; Celtiberorũ equi subalib sint:si ĩexteriorẽ traducantur
Hispaniam:colorẽ permutant. Sunt aũt Parthicorũ similes. Nã & agili/
rate:& currendi dexteritate:reliquos anteire. Radicũ ad tincturã idonea/
rũ copia permaxima Oliua:uite:ficulnea:arboribusq; similibus:Hispa/
nũ ad nos spectans littus abundat. Et exterius frequẽs est. Quibus ocea/
ni pars: Aquilonaris maxime:propter frigus indiget. Reliqua uero am/
plius:propter hominũ incuriam:cũ nulla educatione instituti:sed neces/
sitatis magis:& brutarũ animantiũ affectione: & deprauatis moribus ui/
tã agant. Nisi quispiã ad educationẽ bonã: eos uitã degere existimet:qui
ex lotio:diutius intra cloacas seruato:lauacra sibi cõficiãt. Quiq; sibi su/
isq; uxoribus: intritis purgamẽtis dentes abstergãt:queadmodũ Canta/
bros:confinesq; illis factitare fama est. Humi dormitare: Iberis Gallisq;
cõmune. Callecis deũ nullũ esse qdã aiũt Celtiberi & uicini sui ĩ Boreã
habitantes:cuipiã deo:cuius nomẽ non extat:rotũda luna tẽpore noctur
no ante fores:per omnis domos pernoctãt saltus agitantes. Vettones cũ
primũ Romanoꝝ castra ĩtuentes:quosdã cẽturiões de ãbulationis cau/
sa:deflectere uiã cernerent: ĩsanire hoĩes suspicati sunt. Itaq; eis præce/
dẽtes uiã ad tabernacula cõmõstrabãt:pinde ac:aut fixos p qetẽ manere
aut pugnare:necessariũ arbitrarẽtur. Quis aũt mulieꝝ nõnullaꝝ mũdũ:
ĩter barbaricã nõ ponat formã? de quo mẽtionẽ fecit Artemidorus. Eas

enim monilia ferrea:collo circũdata gestare refert: supra uerticē coruos icuruos habētia:& āte frōtē lōgius icubētes. Hos uero ad coruos uelū: cū uelint attrahūt:ut extetū faciei præbeant umbraculū. Hocq; magnū ducunt ornamētū. Quadā ī pte tympanulū circūducit: ad posterioteſq; i occipite neruos capitiſq; ad auriculas adſtrictū ī altū:latūq; paulatim ſupinatur. Alias ſinciput expilatū enudare:adeo ut āplius q̃ frōs ipſa pateat. Aliquas īpoſitū ad pedis menſurā ī ſublime ſtilū erigere:cui Cælariē circūtexūt. Deinde pileo nigranti exornāt. Multa re uera pſpecta ſermonē de omnibus diuulgāt Hiſpaniæ gētibus: potiſſimū de iacentibus ad Boreā. Nec ſolū de illaȝ fortitudine:ſed etiā crudelitate: & amētia rituū beluaȝ. Matres in bello Cātabrico filios: prius q̃ ī hoſtiū manus capti peruenirēt necauerunt. Puer q̃dā cū parētes ac germani captiui:uinculis adſtricti iacerēt:eos omīs neci tradidit. Ita enim pater iuſſerat:attributo in poteſtatē ferro. Idē fecit mulier quædā de iis:qui ſecū capti fuerāt. Quidā intra uinoſorū cōuiuiū inuitat:ſupra rogū ſeſe coniecit. Hæc cū Gallis Tracibuſq; cōmunia cōueniunt:& gente Scythica. Virorum mulierūq; cōmunis ē uirilitas. Rē ipſæ ruſtica exercent. Puerperæq; uiris miniſteriū exhibēt. Quos illæ earū uice accūbere iubēt. Interagēdūq; ipſe lauāt. Ipſæ ad aliquē fluminis alueū accūbentes:īfātē pānis iuoluūt Poſidonius tradit hoſpitē ſuū Charmoleū eē cōmemoraſſe:uiȝ quēdā genere Maſſiliēſē:uiroſ ac foēinas ī agro Liguſtico:data mercede ad agri foſſionē una cōduxiſſe. Vnā aūt ut pariēdi dolores eā uexare cœperut: nō procul ab ope diſceſſiſſe. Enixāq; confeſtim opus repetiſſe:ne mercedē amitteret. Ipſe uero cū eā difficulter cū doloribus operātē ītueret: cauſæ prius ignarus demū edidicit. Itaq; mercedem exhibens:ipſā abire iuſit. Elatum igit̃ tollēs infantē:fōticuli cuiuſpiā lauit aquula. Et pannis quos habuit inuoluēs:saluū baiulauit ad ediculā. Nec illud Hiſpanis ē proprium:ut duo pariter uno uehant̃ equo. Cæterū interprœliādū alter pedeſter certamē init. Nec illis ē peculiaris ingēs muȝ multitudo. Vnde peſtilētes ſæpenumero ſecuti ſunt morbi. Hoc aduerſus Romanos adueni in Cātabria:ut eſſet qui accepta mercede: mures uenarentur. & quantitate deſignata:ſalutē uix aſſequerēt̃. Eos aūt tum rerum aliaȝ:tū uero tritici deprehenderet iopia:ex Aqtania magno cum labore ac diffi cultate:ppter locoȝ aſperitates frumētabant̃. Hoc etiā de Cātabroȝ diuulgatur amētia.quod nonnulli cū in manus hoſtiū ueniſſent:crucibus deīde ſuffixi:lætitiæ pœna canebant. Huius q̃dē generis mores agreſtis cuiuſdā ferocitatis exēpla ſint. Talia uero cum minus ciuilia ſint:nō tamen beluaȝ uitā referūt. Quēadmodū apud Cātabros:uiros uxoribus dotes tradere:& filias hæredes deſignari:a qbus fratres earum uxoribus

exhibent. Hoc qdē cū nō admodū ciuile sit: muliebrē quandā habet tēperātiā. Hispanū & illud ē: ut de more toxicū apponat: quod ex olere: apio cōsimili cōficiūt: nullū afferēs dolorē: ut si qd afferat īuitis: īpromptu illud habeāt. Illud etiā eorūdē ē: ut sese pro iis: qbus concilient̄ imolēt. & pro eis morti se deuoueant. Quidā igit̄ hanc Regionē duas ī partes diuisā esse tradūt. Sicut & ipsi diximus. Alii uero quinq; ptitam asserūt. Nec certū ī hisce exponi potest: & ꝑpter pmutationes: & locorum ignobilitates. In notissimis enī ptibus & fama celeberrimis: uarietates notitia illustrātur: & agri ptitiones: & uocabulorꝫ trāsformationes & si quid eius generis ē. A multis enī diuulgatū ē: a Græcis maxīe: q ōtiū facūdissimi fuere: uerꝫ quæcūq; & Barbara: & lōginqua & exiguos cōtinētia locos & dissipati sita sūt: de iis cōmētaria: nec tuta nec admodū mlta fuerūt. Adeo ut quotcūq; a Græcis rēota sūt: ignoratiōem ītēdāt. Cæterꝫ Latini qdē Scriptores Græcos ipsos sane imitant̄. At uero nō mltū. Nā q illi memoriæ cōmēdarūt: a Græcis accepta cōuerterūt. Ex seipsis uero nō lōge suæ natiōis studiū dilatauere. Vnde siq ex illis diminutio defectusq; fiat: nō mlta ab aliis supplemēta parāt̄. Alioqn ipsis Græcorꝫ nominibus: claritate plurima excellētibus. Cū igit̄ tractus uniuersus extra Rhodanū terrāq; ītra Gallicos situs artatā: a priscis illis uocitet̄ Iberia: Nostri sæculi homīes ipsius cōfinia Pyreneos mōtes ponūt. Eādēq; Iberiā & Hispaniā noīant: q ītra Iberꝫ cōtiet̄. Vetustiores aūt hos ipsos Igleras appellāt: non mltū pascētes agrꝫ: sicut auctor ē Asclepiades Myrleanus. Romani uero totā eodē mō nomināt Iberiā & Hispaniā. Partē qdē unā exteriorē: Alterā uero īteriorē dictarūt. Alio aūt ī tēpore: alio quoq; pacto: pro reipublicæ magistratibus diuiserūt: cū ꝓuintiæ nūc plebi Senatuiq; designētur. Nūc duci Romano. Betica plebi attribuit̄. Ad quā Prætor mittit̄: q Legatū habet & quæstorē. Eius terminū ad ortū usque Castaonē cōstituerūt. Reliqua Cæsaris ē: qui duos mittit Legatos: Prætoriū: & cōsularē. Prætorius quidē secū legatū habet: q Lusitāis ius dicit uicinis Beticæ. Extēdūturq; usq; ad Amnē Duriā & eius ostiū Hūc enī agrū sic appellāt: proprio in hūc diē nomine. Eo in loco sita est Augusta Emetita reliqua. Hæc aūt ē plurima Iberiæ pars: Prætori subdita ē Cōsulari. Haud īdignū habēti exercitū: tribus īstructū ordinibus: ac legatis tribus. E qbus unus duos secum ducens ordines: tractū trans Duriā seruat uniuersū: ad Arctos: quē antea qdā Lusitanos appellabant. Alii uero nūc Callecos uocāt. His aūt spectātes ad Septētrionē mōtes: ꝓpiq sunt cū Asturibus: & Cātabris. Per Astures sane defluit Melsus āmis: pauloque remotus ē Noega oppidū. Prope aūt ē Oceāi refusio Astures a Cātabris sepās. Dehīc mōtiū sūt radices: usq; ad Pyrenē. Secūdus Legatus

cũ altero adeſt ordine. Tertius autẽ interna cuſtodit. Cõtinet autẽ gẽtes dictas i pacis & mãſuetudinis morẽ. Italicãq; formulã: cũ togatã ſubide ueſtẽ iduãt. Hi autẽ ſũt Celnberi: quiq; utrãq; Ibero ꝓpinquã regionẽ: niſq; ad maritima icolũt. Ipſe uero Imperator i oris maritimis: maxie ad Carthaginẽ: & Tarraconẽ Iuriſdicionẽ agitãs: ducit Hyberna. Aeſtiuis autẽ diebus aliqua ſemp obit: intuẽs quæ emendationis indigeãt. Adſũt & Cæſaris procuratores: Equeſtris ordinis uiri: qui militibus ad uictus ſui diſpenſationẽ pecunias diſtribuunt. E regiõe Hiſpaniæ inſulæ iacẽt. Duæ quidẽ Pityuſæ. Duæ uero Gymneſiæ: quæ Baleares appellantur: quas inter Tarraconis & Sucronis maritimam eſſe ſitas contingit. Sup hanc cõditũ eſt Saguntum. Pityuſæ longius in bello exiſtentes: magis q̃ Gymneſiæ: declinãtur i occaſũ. E quibus una quidem uocatur Ebuſus: urbẽ eiuſdẽ nominis continẽs. Circuitus inſulæ ſtad. cccc. Latitudo inæqualis: uti etiã longitudo. Prope iacet Inſula Ophiuſa: lõge ac minor deſerta. Gymneſiarũ una qdẽ maior: duas habet urbes: Pallamã atq; Potẽtiã. Hæc ad ortũ ſita eſt. Pallama uero ad occaſũ. Inſulæ longitudo ſtad. paulominus. dc. latitudo. cc. Artemidorus autẽ lõgitudinẽ: latitudinẽq; duplicauit. Minor autẽ altera a potẽtia ſtad. circiter. lxx. diſtat. Multo q̃ altera iferior magnitudine minor eſt. Virtute uero ea nihilo iferior. Ferriles enim ambæ: & portuũ bonitate præſtãtes: licet oſtia latẽtes ſub aqs petras frequẽtes habeãt: ut ſubeuntibus attẽtiore cura opus ſit. Locorũ autem uirtus paci deditos efficit incolas: quemadmodum & Ebuſi cultores. Quom autem pauci quidam improbi: aduerſus maris prædones: communis emolumenti gratia conſpiraſſent: crimine uniuerſis iſparſo. Metellus cognomento Balearicus: eos inuaſit. Qui etiam ciuitates mœnibus circũſepſit: eandem ob uirtutem: aliorum inſidiis obnoxii: licet ſtudio pacis intenti: tamen funditores optimi uocitantur: q; ut fama eſt: ex quo Phœnices Inſularum potiti ſunt: egregie exercuerunt. Hi primi mortales laticlauum induiſſe feruntur. Ad pugnas diſcincti erumpunt: manu ſcutum geſtantes: & peruſtum iaculum raro ferratæ cuſpidis haſtam. Ternas circum caput fundas: e iuncis compactas geſtant: quos melancrenas appellant: e quibus funes texuntur. Vnde & Philetas in libro interpretationum: Hitta inquit ueſtis ſordida: ratus limbus inuoluitur: & iunceum ornamentum: perinde ac iuncis circũcinctis: fundas uero aut iunceas: aut ſetis contextas: aut neruis geſtant. uel longioribus habenis: uel breuioribus: uel mediocribus: ad remotiores iactus uel propinquiores uel medios. A puerilibus hoc pacto ad fundas exercebantur annis: ut alioquin ne panis quidem pueris exhiberetur: niſi funda quicq̃ prius attingerent. Q uocirca Metellus propius

Gymneſiæ
Maior. Pallama Potentia.
Minor

Insulas adnauigans:pelles nauiũ tectis prætẽdit: ut aduersus fundarum
iactus tegmina essent. Deinde ex Iberia tria Romanoꝝ milia introduxit
accolas. Præter agri uero feracitatẽ:& illud hisce in locis cõmoditatis ad/
est:ut ullũ noxium animal nõ facile repias. Nã cuniculos nequaq̃ ĩdige/
nas esse asserũt. Q uinimo cũ ex propiqua Insula:q̃dã marem ac fœmi/
nã attulisset:tanta ab initio facta eoꝝ ẽ procreatio:ut ex subterraneis cu/
niculis domicilia subuerterẽtur:& arbores &(ut superius cõmemoraui)
homines ad implorãdã populi Romani opẽ:cõfugere coacti sint. Nunc
autẽ cũ ad tractãdã eorũ uẽationẽ aptissimi facti sint : nulla inualescere
sibi dãna permittũt. Veꝝ possessores magnã ex terræ fructibus utilita/
tẽ assequuntur. Hæ quidẽ intra colũnas: quas Herculeas uocãt existũt.

¶ Iuxta has paruæ duæ adiacẽt insulæ. Q uotũ altera Iunonis nominatur
Insula Quidã sane & has uocauere columnas. ¶ Extra colũnas Gades sũt:
de q̃bus tãtũ solũmodo diximus:ꝙ a Calpe stad̃. dcc. & l. ĩteruallo dis/
iungũtur. Prope autẽ erũpẽtem Betim sitæ sunt:de quibus prolixa dis/
seminaf oratio. Hi etenim sunt uiri:qui & plĩma:& ingentia emittentes
nauigia:nostrũ & exterius mare nauigãt:cũ neq; magnã habitẽt Insulã:
neq; multũ e cõtinẽte fructum legãt:neq; aliaꝝ ubertate fruãtur Insula/
rum:sed magis pelagus inhabitent. Pauci admodũ rẽ domesticã curant.
uł Romæ morã ducũt. Nã incolaꝝ magnitudĩe:nullis extra Romã po/
sitis:gẽs esset ĩferior. Igif accepi ĩ uno ætatis nostræ cẽsu: equestris ordi
nis Gaditanos uiros quingentos esse cẽsos:quot ĩ nulla Italicaꝝ urbium:
præter Patauinos obuenere. Tot autẽ numero cũ sint:Insulã habitãt nõ
lõgiorẽ stad̃. c. cũ latitudo uspiã stad̃. unũ nõ excedat. Oppidũ initio in/
habitabãt sane pusillũ. Balbus uero Gaditanus uir triũphalis:aliud ĩsu/
per illis ædificauit:q̃d Neapolim uocãt. Ex ãbabus deducta ẽ Didyma:
nõ ultra stad̃. xx. cõplexa:nec ea q̃dẽ anguste habitata:quippe cum mo/
dici sint eius cultores. Cum maiore ex parte maritimas nauigatiões om/
nes exerceãt:partim etiã continẽtem incolant:præsertim uicinã quãdam
Insulã:ꝑpter ipsius fertilitatẽ:quã uelut æmulã Didymæ fecere ciuita/
tẽ:tãta ẽ loci delectatio. Pauci in illius cõparatione:& hic habitacula te/
nent : illius etiam naualis grana : quod quidem nauale illis in opposita
continente Balbus extruxit. Ciuitas ad occiduas Insulæ partes iacet. Ipsi
quoq; ĩsulæ proximũ ĩ extremis ẽ Croniũ. Ad alterã ptẽ ad ortũ cõuer/
sũ ẽ Heracliũ:quo ex loco maxime cõtinẽti coniũgif Insula:ad stadii la/
titudinẽ:medio ĩteriacẽte pelago semota. Tẽplũ ab urbe. xii. milia pas/
suũ abesse ferũt:quãtũ certaminũ:tãtũ & miliariorum numeꝝ faciẽtes.
Maius aũt ẽ ferme tãto:quãta ẽ Insulæ lõgitudo. Est aũt Insulæ ab occa/
su ĩ ortũ magnitudinis spatium . Pherecydes autem Gades: Erythiam

cõsistat:aequalia fieri quae accidãt.In tropicis aũt iaequalitatẽ & multitu/dine:& celeritate prorsus existere.Ex reliquis uero ad singula: secundũ appropinquationes proportionẽ effici.Ipse autẽ se dicit:cũ rotunda cir/ca tropicũ aestiuũ Luna:in Herculis tẽplo Gadibus uersaretur dies cõ/plures:ãnuas differentias intelligere nequiuisse. Circa mensis illius aũt coniunctionẽ:magnã i Ilipa annotasse permutationẽ: praeter superioris tẽporis flumínis Betis refusionis.In quibus nec ad medietatẽ ripas irri/gabat.Per id uero tempus:adeo suffusas inundasse aquas:ut eodem in loco milites aquarentur.Ilipa uero a mari stad'.dcc.abest.Finitimosq; pe lago cãpos ad stad'.xxx.altitudinẽ:ex inundatione demersos.Ita ut insu/lae deprehenderentur:& fũdamẽtorũ Herculei tẽpli sublimitas & ipsi/us aggeris:qui ante portũ Gadibus procumbit. Qui ab eo mẽsura quae/situs ut asserit:decem etiam cubitis cohoperiri uix possit. Quod siqs fa/ctas aliquo in tẽpore accessiones duplicatas adiecerit:sic magnitudinem inundationis in cãpis manifestissime exhiberet. Hoc cõmuniter accide/re traditur:per uniuersã circumiacẽtem. Oceano plagã.At nouũ quid/dam de Ibero amne:eiq; peculiare iste cõmemorat:Siquidem eũ inquit nonnullis in locis absq; hymbribus: absq; niuibus inundationibus late spargi:ubi ab Aquilone uenti frequẽtes ingrũãt. Cuius rei causam esse asserit lacũ per quẽ elabitur. Cum illo enim lacus aqua: impellentibus uẽtis extrudit.De arbore quoq; Gadibus existẽte scriptis ꝓdidit: quae ramos humum usq; incuruatos habeat:frõdes saepissime mucronis spe/ciẽ gestantes:quaꝝ ad cubitũ longitudo est Latitudo uero digitoꝝ quat/tuor.Circa nouã Carthagiem arborẽ esse:quae de spina corticẽ emittat: ex quo telae pulcherrimae conficiant'. Huic quidẽ Gaditanae nos i aegy/pto:in ipsa ramorũ curuatura simile perspeximus. Caeterũ fronde dissi/mile:ac infructuosã. Hanc autẽ frũctũ ferre dicit. In Cappadocia quoq; e spinis collecta texunt'.Arbor autẽ nulla spinas affert:e quibus cortex extet.Verum humi serpens herba.Gaditanae uero arbori & illud inatũ esse traditur:quod uno fracto ramo lac effluit. Quod si radicem abscide ris minii humor exudat.De Gadibus hactenus.Cassiterides aũt Insulae decem numero sunt:inter se propinquae:ad Aquilonem iacentes:i pela/gus expositae ab Artabrorũ portu.Earum una deserta est. Reliquas ha/bitãt homines colore fusco:talares induentes tunicas. Cingula pectori/bus gestantes:cum baculis deambulãt. Tragicarũ persimiles furiaꝝ. Victus illis utplurimũ ex armẽtis nomadice:idest ritu pastorali.Stagni ac plũbi metalla:idest occultas sub terra uenas habẽt: ꝓ qbus simul & pellibus tegulas pmutãt:& sales cũ negotiatoribus.Nec mĩus aerea uasa. Hanc negotiãdi uiam soli ãtea Phoenices e Gadibus missi aggrediebãt'.

Cum interim cursum istum cũctos mortales ipsi celarẽt. At enim Romani ut emporia illa noscitarent: quendã consectati sunt nauclerũ: qui per inuidiam sponte limosos in locos illisa naui: eandem in cladẽ sectatores inducens: ab naufragio euasit icolumis. Quo ex facto amissi oneris pretium: publice testiturum accepit. Romani tamen facientes crebro periculum: cursũ illum nauigatione frequenti perdidicere. Postea uero q̃ P. Crassus aduersus eos trãsmittens metalla: paruæ altitudinis effossa cognouit: & mortales ipsos pacis studio: maritimis omnio deditos actionibus: hanc optantibus industriam apperuit: licet amplius hoc ipsum mare sit: q̃ quod inter Brittaniam iteriacet Insulam. De Hispania quidem: & de adiacentibus Insulis hactenus.

P. crassus

Libri quarti hæc sunt Capitula.
Quæ ad Galliam: & Hispaniam pertinent.
Quantum intra se Italiæ alpes continent.
In his & Brittania: & nõnullæ i Oceano Insulæ: quot earũ habitari uideãt.
De Barbarorum plaga.
Quæ gentes ulteriora Istri habitant.

Einceps Transalpina Gallia existit. Cuius forma prius adumbratione quadam descripta est: pariter & magnitudo. Nunc singula dicẽda sũt. Quidã eã tris in partes diuisere. Aquitanos: Balgas: Celtasq; nominatim appellantes. Aquitanos nõ modo lingua: sed etiã corporibus permutatos. Hispanis magis q̃ Gallis similes. Reliquos uero Gallica sane facie. Verum eadem non usquequaq; lingua omnes: Sed plerosq; paululũ uariata. Rerũ publicarũ moderationes: & uiuẽdi formulæ paulisper immutatæ. Aquitanos & Celtas eos appellabant: quos Pyrene monti adiacentes: Cemmenus mons disterminat. Montes itaq; Pyrenæi hanc Galliæ partẽ ab occasu terminare dicuntur mare: utroque ex latere pertingentes: & internum & externũ. Ab ortu Rhenus: qui æquali a Pyrenæis montibus spatio: ad lineã distat. Ab Aquilone & Meridie sic iacet: ut ab Septẽtrionalibus promõtoriis Pyrenes ichoãs Oceanus ambiat: usq; ad Rheni eruptiones. E regione autẽ Massiliense: ac Narbonense pelagus. Subinde alpes: ab ora incipientes Ligustica: usq; ad Rheni fontes. Cemmenus uero mons in Pyrenen: medios per campos recta pducitur: & in medio desinit prope Lugdunũ: ad stad'. millia duo prolixus. Aquitanos igitur nũcupabant: qui ad Septentrionalem Pyrenes partẽ: & Cemmeniam habitant: usq; ad Oceanũ & intra Garumnã fluuium.

Aquitani & Celtæ

At Celtas qui ad alteram pertinēt plagā:ad Massiliæ:ac Narbonis ma/
re:q rupes Alpiū: aliqua ex parte attingūt. Belgas uero nominabāt reli
quos Oceāo cōfities:usq; ad ostia Rheni:& nōnullos Rheni:& Alpium
uicinos īcolas. Sic nanq; & Diuus Cæsar in cōmētariis scriptū reliquit.
At.n. Cæsar Augustus quadrifariā ptinēs:Celtes qdē Narbonēsis pro/
uinciæ definiūt. Aquitanos uero:quos & ille sane extollens:insuper de/
cē adiecit gētes:ex iis quæ inter Garumnā:& Ligitin fluuiū colunt. Reli
quā dupliciter partiūt:unā quidē Lugduno applicans: usq; ad superio/
rē Rheni plagā. Alterā uero Belgis. Quæcūq; igitur secūdū naturæ p/
tes distincta sunt:orbis descriptori dicēda sūt: & quæ secundū gentium
habitationes:quicquid mentiōe dignū est. Quæcūq; uero principes rei/
publicæ tēporibus obsequentes:uariis modis instituunt:sūmatim cōme
morasse satis est. Diligentia uero cæteris concedenda. Hæc igitur plaga:
omni ex parte fluuiis spargit. Cū alii ex Alpibus: Alii ex Cēmēo:& Py/
renæ deferātur. Nōnulli etiā ī Oceanū: Aliqui ī nostrū pelagus erūpant.
Loca uero per quæ diffluūt: utplurimū cāpestria sunt: tumulisq; prædi
ta:fluentisq; nauigabilibus cōmoda. Sic aūt naturæ bonitate:inuicē se/
se āmes habēt:ut ab utroq; in utrūq; mare facile sarcine deportētur:pu/
sillo terræstris itineris spatio:cū plurimū p āmes: aut aduersos subuehāt
aut secūdos deuehāt. Eā ad rē nonnihil excellit Rhodanus. Nā multis
ex locis aquæ in illū cōfluunt:ueluti dictū est. Isq; nostro adiūgit mari:
qd externo melius est:felicissimos quoq; p agros huius regiōis diffluēs.
Narbonensis enim ora:eosdem quos & Italia fructus producit. Quod si
proficiscaris ad arctos:mōtēq; Cēmenum:olíueta ficiq; deficiūt. Alia ue
ro procreantur. Vlterius uero progrediēs:nō facile uitē:uuas ad matu/
ritatē conficere perspicies. Alia uniuersa frumēta:miliū: glādē: ubertim
gigtnit:& omnis generis pecora. Nulla ipsius pars inculta iacet: excepto
dūtaxat si quid paludes:ac siluæ coli prohibeant. Atq longe magis ho/
minū frequētia:q̄ cura incolit:aut diligentia. Et enim mulieres quidem
fœcunditate:& educandi studio optime. Viri autē bellorū magis:q̄ agri
colēdi studiosi. Hac autē ætate terrarū cultionē: depositis armis cogūtur
amplecti. Ista quidē de tota exteriore Gallia:cōmunia dicimus. De qua/
drifaria uero sic facta diuisione:singulas repetentes partes:in figuræ mo
dū differamus:& de Narbonēsi prio. Huius forma distātibus quodāmo
do inter se ad Pyrenē lineis:ab occasu describitur. Ab Septētrione aūt
ad Cēmenū. Ex reliquis autē:aliā sane ad Austrū mare cōficit: quod in/
ter Pyrenē:Massiliāq; iacet. Ab oriēte uero partim Alpes & interuallū:
quod īter Alpes p rectā ītercipitur:& radices Cēmeni:ad Rhodanū us/
que ptinētes. A qbus ad prædictā Alpiū rectā:directus efficit angulus.

Ad Australe autem latus:ad dictã figurã deinceps maritima iacet: quã tenent Massilienses:& Sallyi usq; in Ligures.Italiã uersus:& flumẽ Varũ.Hic facile ẽ ut antea diximus:primus Narbonẽsis ore finis & Italiæ. Aestiuo quidẽ tẽpore:sane perexiguus: Hyeme uero ad stad᷑.usq; .vii. latius expãdit᷑. Hic igit᷑ littus usq; ad Pyreneæ Veneris tẽplũ extẽdit᷑. Hic est & huius prouintiæ:& Hispaniensis terminus. Quidã uero hũc tractũ:in quo Põpeii Trophoea sunt:Hispaniæ & Galliæ cõfinia declarãt. Hoc ex loco usq; Narbonem.lxiii.miliaria sũt. At hinc Nemausum .lxxxviii. E Nemausoq; per Vgernũ:atq; Tarasconẽ: ad calidas aquas: quas Sextias nominant:prope Massiliã:sunt milia.ii.&.l. Hinc uero ad Antipolin:& Varũ flumẽ.mil.lxxii. Vt simul mil.fiant.cc.lxxvii. Quidã sane ab Aphrodisio:idest uenerio:usq; ad Varũ stad᷑. esse milia.ii.& .dc.scripserũt. Aliqui uero.cc.adiecerũt. Haud enim de interuallis concordãt. Per uiã autẽ alterã per Vocõtios:& Cottium:usq; Gernũ:& Tarasconẽ:cõmunis est transitus ab Nemanso. Hinc ad Vocontioꝝ fines: ad initiũ conscẽdendarũ Alpium:per Druẽtiã: & Cabbalionẽ: miliaria. lxiii. Rursus hinc ad alteros Vocõtiorum fines:ad Cottiũ mil.c.uno minus. Ad uicũ Epebrodunũ. Inde totidẽ per Brigãtu uicum:& ex Cingomago:& transitionẽ Alpiũ:ad Ocelũ:ubi terra Cottii finem habet:& ab Cingomago iã Italia nominat᷑. Hinc autẽ ad Ocelũ mil.sũt. xxvii. Phocẽsium uero ædificium ẽ Massilia:petroso i loco sita. Cui quidem portus subiacet. Saxũ uidelicet i Theatri forma:ad Austrũ spectans. Vrbs uniuersa pulcherrimis circũcincta mœnibus:magnitudie eximia. In cuius arcæ Ephesiũ:& Apollinis Delphinii tẽplũ cõditũ est. Hoc quidem nomini Ionico omni cõmune est. Ephesium autẽ Ephesiæ Dianæ ædes sacra est:Nã cũ Phocenses a natali solo discederẽt:sermonẽ excidisse traditur nauigatiõis prĩcipi atq; duci:ut ab diana Ephesia cursus initiũ auspicarẽtur. Igitur Ephesũ appulsos percõtari: quonammodo ex dea imperatũ assequerẽt᷑. Porro Aristarchæ matronæ admodũ honoratæ:deã i somnis astitisse iperãtẽ ut accepto quodã a sacris simulacro:una cũ Phocẽsibus nauigationẽ Aristarcha subiret. Eo autẽ confecto:ut primũ Colonia cursũ expleuit:& Phanũ ædificatum esse:& Aristarchã eximia ueneratiõe habitã: Tẽpliq; sacerdotẽ designatã. Subĩde i ciuitatibus p colonias deductis:deã hãc ubiq; honorẽ i primis assequutã: Et eundẽ diuinæ statuæ ordinẽ: & reliqua eodẽ ritu seruari:quæ i ipsa Metropoli cõsueuere. Cæterũ Massiliẽses rẽ urbanã p Optimates:& Aristocratiã regẽtes:oẽs legũ æqtate supant:cõsiliũ.dc.ex uiris istituẽtes:q quo ad uita supsit:id honoris genus habent. Quos Timuthos.i.honorificos appellãt. Quĩdecim uero Senati sũt prĩcipes: qbus quæ ad manus prompta

obueniunt:moderati ac regere datū est.Rursū ex hisce quindecim: tres sūt præsides: quibus plurimū potestatis attribuitur. Verū ex his nemo Timuchus creatur:qui liberos nō habet.Neue de ciuiū sanguine:tertiā p generationē ortus sit.Eoꝝ leges Ionico de more:sūt publice ꝑpositæ: Ipsoꝝ ager oliuetis ac uineis natura cultus:ferēdis aūt frumētis:ob aspe ritatem sane tenuior ac sterilis: Ea propter mari magis q̄ telluri fiduciā habētes:nauigationē pro eorū ingenio delegerūt. Postmodū tamē uiro/ rū fortitudine ualētes:quosdā uicinoꝝ cāpos occuparūt:eodē sane robo/ re quo & urbes cōdiderūt:nonnullas inter Hispanos:quibus & Dianæ Ephesiæ sacra:more patrio tradiderūt: ut & græcanicis ritibus immola rēt.Amnis Rhodani cursus non parū cōmoditatis Barbaris affert acco/ lis.Est & Taurēnium:& Olbia:& Antipolis:& Nicea:ad Sallyoꝝ gētem pertinēs:& ad Ligures Alpiū incolas.Iis adsunt naualia:& armamētaria. Superiori uero tēpore: magna nauium facultas & armoꝝ. Instrumenta quoq; tum ad nauigādi usū:tū obsidēdis urbibus idonea.Quibus & ad/ uersus Barbaros:obsistere ualuerūt: & Romani populi amicitiā conciliā/ arūt.Qui cū illis permultū uules existerēt: magnum ex ipsis susceperūt incremētū. Sextius potissimū redactis ī potestatem Sallyis: non longe a Massilia:sui nominis ædificauit oppidū.Suæq; appellationis aquas dixit calidas:quarū partē in frigidas permutatā esse ferūt.Ibi Romanoꝝ præ/ sidiū collocās:Barbaros ex eis repressit littoribus:quæ ex Massilia ducūt in Italiā:cū eos penitus cohibēdi:Massiliēsibus uires deessent. Nec ipse plus ualeret:q̄ quātū per portuosa loca ex mari : aduersus Barbaros per stad'.xii. īcursaret.Per Thraconē uero stad'.viii.Relictā autē ab iis regi/ onē:Massiliensibus attribuit.Cōplures in oppido suspensæ ostendunt exuuiæ:quas ab illis rapuerūt:q omni tēpore maria crudeliter uexantes: bellis naualibus superati fuerāt. Prioribus qdē ānis: cū cæteris ī rebus: tū uero ex Romani populi amicitia:eximia felicitate florebāt:de qua p/ multa quis capesseret indicia.Romani Auētinæ Dianæ simulacrū eodē modo disponentes:apud Massiliēses collocauerūt.In Pōpeiana uero ad/ uersus Cæsarē seditione:cū uictæ parti sese addixissent: magnā suæ feli/ citatis iacturā fecere.Tamē penes illos:non pauca pristinæ beatitudinis uestigia relinquūtur.Maxime circa machinatū fabricā :apparatus naua/ les.Cū autē confines iuxta Barbari mitiorē quot ānis uictū accipiāt. Et ab rerū bellicarū cogitatione:ad ciuiles iā īstitutiones:terrarūq; cultum: propter Romanorū uictoriā sese conuertāt:nec iis ipsis tantū circa præ/ dicta studiū amplius obuenit.Inditio sūt res ipsæ:ut hoc tēpore cōstitu/ tæ sūt. Nā ꝑrimores urbis ad eloquentiæ:& philosophādi artes uertūt. Adeo ut cū ciuitas ipsa paulo āte Barbaris discendi refugio remitteret:

& Gallos Græcis familiares cōparasset doctrina ingēs Massiliæ:etiā cō-
tractus græca oratione scriberent͛. Hac sane tēpestate nobilissimos Ro-
manos:pro Attica peregrinatione eo ad capessendas disciplinas aduēta-
re suasit:q bonarū artiū cupiditate capiātur. Hos igitur Galli uidētes si-
mul in pace degētes:ad tales uiuendi ritus:eorū ocia pronis disposuerūt
animis.Idq; nō modo per uiros singulos:sed etiā per cōmuīa cōmoda.
Nā & priuatim:& publice sapiētes suscipiūt præceptores mercede col-
lata:ut de medicis mos ē.Frugalis autē uictus:atq; modestie. Massilien-
siū:nō minimū quispiā illud signū poneret: Dos enī illis amplissima cē-
tū aurei sūt. Ad uestē quinq;. Ad mundū aureū quinq;. Amplius uero
nullo pacto licet. Cæsar autē:& succedētes porro secūdū illū Imperato-
res:aduersus patrata in bello delicta:modestius sese habuere:ātiquæ me
mores amiciciæ. Suoq; iure uiuendi potestatē seruauere:quam ab urbis
conditæ primordio ciuitas habuerat. Adeo ut missis ī prouintiā Prætori
bus:non ciuitas ipsa: nō subditi parere necessū habeant. Hæc quidē de
Massilia. Iuxta mōtana Sallyorū regio ē:ab occasu ad septētrionē āpli-
us uergens: & paulatim absistens a mari. Maritima īclinat ad occasum:
modicū a Massiliēsiū urbe progressa:circa stad͛. c.ad promōtoriū ingēs
admodū:usq; ad quasdā lapidū excisiones idest latomias. Hic ī sinū cur-
uari īcipit:& Gallicū sinū efficere ad Aphrodisiū hoc ē ueneris promō-
toriū Pytenes. Sūt qui Massiliēse nūcupāt. Est uero sinus duplex. In ea-
dē enim circūscriptione mōs excurrit Sigius:duos disterminās sinus:&
Blasconē prope sitā assumēs Insulā. His e sinibus:maior quidē proprie
Gallicus iterū appellat͛:ī quē Rhodani ostiū euomit͛. Minor autem ad
Narbonē spectās:usq; ad Pyrenen est. Narbo nāq; āplissimū eius regio
nis Emporiū:supra exitū Atacis flūinis: Narbonēseq; lacū iacet. Rhoda
no autē adiacet oppidum: Emporiūq; nō paruū Arelate. Hæc ipsa pari
& īter se interuallo Emporia distāt:& a memoratis promōtoriis. Narbo
qdē ab Aphrodisio: Arelate uero ab Massilia. Vtriq; autē circa Narbo-
nē labūt͛ ānes alii. Nōnulli de Cēmeniis mōtibus. Pleriq; aūt a Pyrenæ
is habentes oppida: in quæ non longa est aduersis fluuiis nauigatio:par
uis quibusdā nauiculis. E Pyrene qdē Rhusceno:& Ilibirris ānes exeūt.
E qbus uterq; eiusdē nominis urbē habet. Iuxta Rhuscenonē lacus ē:&
ager quē alluit: exiguus supra mare refertus salinis. Habet & effossiles
Cestrias pisces. Nā si qs duos aut tris fodiat pedes:& ī limosā aquā fusci
nā demiserit piscē eximiæ magnitudinis fixū penetrat. Limo autē instar
anguillarū alit͛. Hæc qdē flumina e Pyrenæo monte inter Narbonē:&
Aphrodisium ex utraq; Narbonis parte:ac etiā ex Cēmeno mōte ferūt͛
ī mare:quo ex mōte & Atax orit͛ & Obris & Rhauraris. Sup altero qdē

ciuitas admodũ munita: apud Narbonẽ sita est Blittera. Sup altero autẽ Agatha: a Massiliensibus ædificata. Maritima quã dixi regio: unũ illud de effossilibus mirãdũ habet piscibus. Alterũ longe fere mirabilius qđ dicã. Nã in medio Massiliæ: & Rhodani ubi erũpit spatio cãpus e: a mari centena distãs stadia. Tãta enim ipsius diametros existit: cũ forma cõstet circuli. Ab eo uero quod accidit petrosus appellat: lapidibus q manus impleant plenissimus. Sub quibus gramen exorit: a quo pecoribus pabuli suppeditat ubertas. In medio saliæ scatent aquæ: Salisq; uis magna. Vniuersa circũadiacens ora: uentis exposita ẽ. Egregie autẽ campũ hunc Melãboriũ: uẽtus uehemẽs terribilis & uiolẽtissimus procellis infestat. Quædã igit saxa distrahi uersariq; tradũt. Et mortales e curribus fractos euolui: ipsosq; uẽtorũ uiolẽtia: & uestibus & armis nudari. Dicit igit Aristoteles: lapides a terræmotibus: quos Brastos idest ebulliẽtes appellat: eiectos in plana: & ad curua loca prolapsos fuisse. Posidonius uero lacũ cũ existẽtẽ fluctuatione cõgelatũ fuisse inquit: quapropter i plurimis dispartitũ esse lapides: sicuti fluuiatilẽ glareã: littoreosque lapillos: leues quidem: & magnitudine pares. Causãq; reddit uterq;: & uerisimilis ãbor est sermo. Ita enim aggregatos esse lapides: nõ p seipsos cõsistere necesse ẽ: uel ex humiditate cõpactos igentibus e saxis p tot fragmẽta discretos extitisse. Eschylus uero: difficilẽ redditu ratione perdiscẽs: uel ab alio suscipiens: i fabulæ locũ exposuit. Prometheus nãq; i expotiẽdis Herculi uiis: quæ ad Hesperidas e Caucaso ducũt: apud illũ sic loquit. Ad forte Ligurũ & timoris inscũ aduẽtabis exercitũ: Vbi apte scio: nullo de prœlio: aut Clypeo lamẽta emittere iu trãseundo. Nã ut tela te destituãt: i fatorũ lege datũ ẽ. Ibi ne lapidẽ qdẽ ullũ e terra captandũ habebis: cũ totus mollis locus existat. Spectãs uero te opis egẽtẽ Iuppiter miserebit: & nebulam itẽdens: & rotũdarũ hymbrẽ petrarũ isundẽs solum iundabit. Quarũ ope congressus: facile Ligusticũ uastabis exercitum. Posidonius igit peride ac ipsos Liguribus imecisse: & accumulasse lapides: melius esset q̃ Herculẽ tot indiguisse lapidibus dixit: tãta uero illorum multitudo innumerabili turbæ necessaria fuit. Vnde qui fabulã conscripsit: q̃ qui fabulã abnegat: uerisimiliora dixisse uisus ẽ. Verũ cũ poeta reliqua fatorũ lege data esse dixerit: de rei causa indagãtẽ: lamentari nõ permittit. Nã i ipsis de prouidentia & fato sermonibus: talia rerũ humanarũ & natura factarũ pmulta cõperies: ut de ipsis dicere liceat: hoc q illud: lõge præstãtius factũ ẽ. Sicut hymbribus abũdare Aegyptũ. Sed terrã Ethiopiã nõ irrigare. Parin quoq; dũ in Spartam nauigat: adisse naufragium. Verũ cum Helenã rapuisset: uiolati iuris nõ luisse supplicia: cũ tãtã Græcorũ: & Barbarorũ cladẽ ediderit: qđ i Iouem retulit Euripides.

k iii

Pater inquit Iuppiter Troianis quidem mala: Græcie uero cladem ífer/
ri cupiẽs: hæc sane decreuit. De Rhodani fluminis ostiis Polybius Ti/
mæũ increpat. Eũ nõ quinq;: sed duo habere dicẽs ostia. Artemidorus
aũt tria íquit. Timæus uero postea obtusa cernẽs ostia accedẽte: & accu
mulato limo: ingressuq; difficiles: nouã ícidit fossã: qua maximã amnis
ptẽ excipiẽs: Massiliensibus uictoriã attribuit: eo ex bello: qđ aduersus
Ambrones: & Toygenos gerebat. Ex quo ímensas opes cõparũt: dũ ab
euntibus & redeũtibus p fluuiũ: uectigalia exigunt. Nunc tamẽ intrãdi
manet íportunitas: propter fluminis ípetũ: aggeratũq; limũ: & locorum
humilitatẽ: Vnde ne propíquãtes qdẽ: latentem sub aqua terrã despici/
ant. Quãobrẽ Massiliẽses: ut quauis ratione locũ hospitalẽ efficerẽt: pro
signis turres altas ædificauerũt. Itaq; & ibidẽ Dianæ Ephesiæ tẽplũ con/
diderũt: sũpto loco quẽ fluminis ostia efficiunt Insulã. Supra Rhodani
uero eruptiones: lacus maris iacet. Lacũ autẽ ostiũ appellant. Ostrea sane
cõtinet ínumerabilia qdẽ: & alioquin aspectu pulchra hũc pleriq; ostiis
ãnumerãt Rhodãi præsertimq; ii q illũ septẽ cõstare ostiis asserũt. Neq;
hoc neq; illud recte dicẽtes. Mõs nãq; medius ẽ: q ab ãne lacũ arceat. A
Pyrene igit iuxta Massiliã: maritima regio talis: & tanta quædã est. Alia
uero ad Varũ fluuiũ Liguresq; uicinas urbes Massiliensiũ habet Turo/
entiũ: & Olbiã: & Antipolin: & Niceã: & nauale Cæsaris Augusti: quod
forũ Iulii uocant. Hoc autẽ inter Olbiã: & Antipolin cõstructũ ẽ; distãs
a Massilia stad. vi. milibus. Cæterũ uarus Antipolis: & Niceæ medius ẽ.
Hinc qdẽ. xx. stad. Inde uero. lx. distãs. Adeo ut Nicea: secũdum huius
tẽporis terminũ designatũ ad Italiã pertineat: licet in massiliẽsiũ iure sit.
Massiliẽses enĩ hæc aduersus: ístãtes Barbaros: ædificarũt oppida: liberũ
esse mare cupiẽtes: cũ í eorũ potestate prouintia foret: quæ ualida & mõ/
tana ẽ. Qua quidẽ Massiliã spectat: latitudinẽ cãpestriũ locorũ mediocrẽ
reliqt: uersus Oriẽtem uero euntibus præruptã omnino ad mare uiam:
uixq; pmeabilẽ habet. Prima quidẽ Sallyes occupãt: ultima uero Italiæ
coniuncti Ligures: de qbus deinceps habẽdus est sermo. Impræsẽtia aũt
tantũ adiiciã: quod cum Antipolis in Narbonensibus iaceat partibus: &
Nicea í Italicis. Nicea quidẽ in Massiliensium iure pmanet. Et prouin/
tiæ nimirũ existit. Antipolis uero inter Italicas annumerat: cũ Massiliẽ/
sibus iudicio contẽdẽs: ab eorũ mãdatis libera facta est. hisce locorum
angustiis: cum Massiliensibus inchoatis: Insulæ Stoechades incumbũt.
Tres quidem digna satis amplitudine. Sed duæ perexiguæ: eas exercẽt
Massilienses opere rustico. Quo in loco & impositum antiquitus præsi/
dium contra piratarum impetum habebant: ob egregiam portuum fa/
cultatem. Post Stoechades Planasia: & Lero sunt: colonias habentes. In

Lerone Phanum est Leronis. E regione Antipolis hæc ipsa iacet. Sunt & aliæ perexiles Insulæ: haud memoratu dignæ: partim ante Massiliã: partim ad reliquum iam dictũ littus. Portus unus ad nauium statione: magnitudinis eximiæ. Mediocres uero reliqui ex iis unus est: quẽ a Liguribus Oxybiis: Oxybium cognomento nuncupant. Hæc quidem de marinma regione. Supra illam uero loca ipsa talẽ habent descriptionem: & ad circũiacentis montes: & ad flumina præcipue Rhodanum. Is enĩ amplissimus: cõpluribusq; intro fluẽtibus auctus aquis: lõgissimã aduerso flumine nauigationẽ habet. De his igitur deinceps disserendũ ẽ. A Massilia itaq; initio capto: & ducto per medium agrũ inter Alpes: & Rhodanũ cursu: usq; ad Druentiã amnẽ: per stadia quingenta Sallyes incolũt. Vbi nauigio traieceris: ad oppidum Caballionem: tota deinceps regio Quorũ est: usq; ad Isaris & Rhodani coitiones: hoc in loco Cemmenus Rhodano applicatur. Hucusq; a Druentia lõgitudo stad̃. quingentorũ est. His in locis & campestria: & montana superne Sallyes habitant. Super Quaros: Vocotii: & Tricorii: & Iconii: & Medylli: mansiões habẽt. At inter Druentiam: & Isarem: alii quinq; fluunt amnes ex Alpibus in Rhodanũ. Duo quidẽ Quarorũ: & uarorũ oppida circũfluunt: cõmunibus in Rhodanũ cursibus irrũpẽtes. Tertius uero Sulgas: ad urbẽ undalũ Rhodano cõmiscetur: ubi Cn. Enobarbus ingenti prœlio: cõplura Gallorũ milia uertit in fugã. Sũt medio ĩ spatio urbes Auenio: Arausio: & Aeria. Quæ sic appellata est: teste Artemidoro: quia in sublimi sit ædificata cacumine. Reliqua tota est planicies: fertileq; ministrat pabulum. Transitus uero Aeriæ ad Durionẽ: nemorosas locorum habet ãgustias. Quo in loco Isar & Rhodanus ad Cẽmenũ mõtẽ cõfluũt: ubi. Q. Fabius maximus Aemilianus. xxx. uix militũ milibus: ducenta Gallorum milia ad internitionẽ dedit. Et de lapide candido ibidẽ Tropheũ erexit. Ac tẽpla duo: Marti quidẽ unũ: Herculi uero alterũ. Ab Isare uero ad Allobrogũ Metropolin: Viennã: Rhodano adiacentem stad̃. sũt. ccc. atque. xx. Prope Viennã sitũ supra est Lugdunũ: ex quo Arar una: Rhodanusq; miscentur. Ad ipsũ autẽ: pedestri per Allobroges itinere: stad̃. sunt circiter. cc. Cæterũ sursũ nauigantibus: paulo plura sũt. Allobroges quidem superioribus annis militãdi studio: multis mortalium milibus tenebantur. Hac autẽ ætate: Rei rusticæ dediti: campos & Alpinas ualles arãt. Reliqui sane uicatim ætatẽ agũt. Clarissimi uero Viennam: prius quidẽ uicum habitantes: Gentis tamẽ Metropolin appellatã: in ciuitatis formã appararũt. Sita ẽ ad Rhodanũ: qui super Alpes tantus tãq; ĩpetuosus fertur: ut p magnũ egressus lacũ: ad multa stadia: manifestum ostẽdat cursũ. Ad planos deĩde Allobrogũ. & Engosiauorum descẽdẽs

agros:penes Lugdunēſem Engoſiauorū urbē: Ararim īfluit. Vez Arar
quidē ex Alpibus labitur. Sequanos:& Eduos:& Lincaſios diſcernēs:&
Dubin poſtmodū aſſumēs. Iidem e mōtibus nauigabilem delatum:ui/
ctorq; nomie ſactus: ex ambobuſq; Arar effectus:Rhodano cōmiſcet.
Rurius autem ſuperās Rhodāus Viēnam defertur. Tribus his fluuiis
euenit ut initio i Aquilonem: de hic i occidētem deferātur. Iamq; i unū
tādem Amnem cōfluēs:i Auſtrum iterum curuatus excurrit:quoad e/
rumpat:aliis acceptis fluminibus. Et hic reliquum i mare curſū perſicit.
Ipſa igitur iter Alpes:& Rhodatiū talis eſt regio. Vlteriores fluuii ptes
uolce:quos Arecomiſcos appellāt maximū icolūt ſpatium:quorum por
tus & nauium receptaculum Narbo dicitur. Iuſtius ſiquidem & reliquæ
Galliæ diceretur:cum per tam multos āños tāto excellat Emporio. Vol/
ce igit̃ uicini ſūt Rhodano:cōtra Sallyes:i altera manētes ulteriore ripa:
ſimul & Cataros. Obtinet autem Catarorū nomē. Sic enim cūctos eius
loci icolas appellāt Barbaros. Qui tamē nequaq̄ āplius Barbari ſūt. Sed
utplurimū i Romanorū ritū trāſmutātur: lingua & uiuēdi cōſuetudie.
Pleriq; etiam rerū publicarū iſtitutiōe. Aliæ etiā circū Arecomiſcos ad/
iacēt gētes:parue ſane atq; ignobiles:uſq; i Pyrenæū mōtē. Arecomiſco
rū uero Metropolis Nemauſus extat. Alienigena quidem plebe:& mer
catorum numero:lōge Narbone iferior. Cæterum regēdæ ciuitatis for/
ma ſuperior. Quatuor enī & uigiti eiuſdē natiōis uicos habet ſubditos:
uirorum fortitudie excellētiſſimis : Illi tributa cōferētes: & Latii ius ha/
bētes. Adeo ut qui Aedilitatis: Queſturæq; dignitatem aſſecuti ſūt Ro/
mani:Nemauſi adſint. Quāobrē huic natiōi nullū:cū uenietibus e Ro/
ma Prætoribus: negotiū ē. Situ aūt hoc oppidū ē i uia:qua ex Hiſpania
itur i Italiā. Per æſtatē qdē ad permeādū facili : Cæterū hyberno tēpore:
ac uerno coenoſa. flūminibuſq; demerſa. Quædā igit̃ fluēta nauigiis trai/
ciūtur: nōnulla pōtibus:partim ligneis partim lapideis. Haſce aūt aqua
rum difficultates torrētes efficiunt:uſq; ad æſtatem: ex Alpibus decur/
rētes:quom niues calore liquūtur. Viæ prædictæ pars compendioſa:ſta
tim per Vocōtios perducit ad Alpes ut diximus. Altera per Maſſilien/
ſe littus atque Liguſticum. Ea prolixior quidem eſt. Cæterum faciliores
in italiam habet aſcenſus:cum ibi iam humiliores facti ſint montes. Ab/
eſt autem a Rhodano Nemauſus centena circiter ſtad. Quo in tractu
ulteriore Taruſco exiguū extat oppidulū. A Narbōe uero .dcc. &.xx.
diſtat: prope montem Cemmenum: Auſtrale latus accipiētem:uſq; ad
promontoria. Et alii quidem dicti Tectoſages:de uolcis habitāt. De re/
liquis quidem poſtea dicemus. Tectoſages(ſic enim appellantur) Pyre/
næis propinqui ſunt montibus. Paululum etiam Cemmenum attingūt

ex Aquilonis latere: Auriferamque colũt terrã Potẽtia uero & hominũ
robore: quõdã ualuisse uidet̃. Adeo ut ĩcidẽte seditiõe: magnũ e suis nu
merũ domo eiecerit: ad eorũ uero fortũas cõmunicãdas: alii aliis ex gen
tibus cõuenere: e qbus ĩi sũt: q finitimam Cappadociæ: & Paphlagoniæ
Phrygiã occupauerũt. Huius aũt rei argumẽtũ habẽus: qd̃ hac etia ætas/
te Tectosages appellant̃. Nã cũ ternæ gẽtes existãt: una qdẽ circa urbẽ
Angytã habitãs: Tectosagũ dicit̃. Reliquæ duæ sũt: Trocini scilicet ac
Toelistobosgii. Hos aũt e Celticis digressos fuisse: significat iũcta cum
Tectosagibus cognatio. Quibus aute ex locis cõcitati fuerit: explicare
non possumus. Nũc enim Trocinos: aut Toelistobosgios ullos: uspiam
habitare nequaq̃ intelleximus: nec intra Alpes: nec extra nec ipsis in al/
pibus. Eos autem loca deseruisse: propter crebras hominum expulsiões
credendum est. Sicuti multis aliis obuenit: ut Brenno qui Delphos ĩcur
sauit: Quem Prausum quidam appellant. At enim neq; Prausos ipsos:
quas terras prius habitarit dicere possumus. Ipsos quoque Tectosages
in expeditionis societatẽ: cõtra Delphos uenisse memorant. Thesauros
etiam penes illos ab Imperatore Ro. Scipione: repertos in urbe Tolos/
sa: deprehensos ex eis esse pecuniis: partem memoriæ traditur. Homi/
nes autem ipsos: & ex domesticis fortunis adiecisse: quibus consecratis
deũ propitium sibi conciliarent: eas autem quia Scipio attigisse ausus
fuerat: tot aduersis casibus: eiectum e patria: uitam subuertisse creditũ:
perinde ac sacrilegio contaminatum: & turpiter interiisse: & ĩ bonorum
successionẽ relictos filios: iter scorta obscoene ea abligurisse: & turpiter
interiisse: sicuti testis est Timagenes. Quæ a Posidonio tradita sunt:
uerisimiliora dixerim Repertas Tolosse pecunias circiter .xv. milium
Talentum fuisse. E quibus partem in secretis templi sedibus deposi/
tam. Partem in consecratis lacubus: nullos apparatus habentem. Sed
aurum atque argentum inelaboratum. Templum autem Delphicum
iam per id tempus exinanitum fuisse: talibus ornamẽtis a Phocensibus
ante spoliatum. Quo tempore sacrum commissum est bellum. Quod
siquid relictum fuerat: per multos dispartitum extitisse. Nec ĩcolumes
domum remeasse crediderim: tam miserabiliter digressos: postq̃ e Del/
phis discessere: & ĩ diuersa dispersos: & seditiõe discordes abiisse. Cæte/
rũ & hoc ipso: & aliis permultis ita asserentibus: cum regio late auro exu
beret: & homĩes supstitiosi tenuẽ uitã agãt: e Gallia passim thesauros ha
buit. Maxime uero lacus ipsi tutos a prædonibus locos exhibebant: ad
quos auri & argẽti põdera dimiserãt. Igit̃ Romãi locoꝝ potiti: lacus pu/
blice uenũ dederãt. Pleriq; dehĩc ẽptores fabrefactas ex argento molas
inuenerũt. Erat autẽ Tolosse magnæ sanctitatis tẽplum: quod finitimi

eximia admodum ueneratiōe colebant. Quāobrē offerētibus plurimis:
preciosis muneribus abundabat:& attingere ea audente nullo. Sita uero
Tolossa est ad angustissimū terræ limitē: hoc est Isthmū: qui a Narbo/
nensi mari submouet oceanū tribus stađ.milibus minorē: Posidonio te/
ste. Rursū præ omnibus annotatu dignū est: quod etiā in superioribus
diximus: regionis confessionē ad fluuios & mare exterius: similiter & in
terius. Insistēs enim aliqs nō minimā hāc partē inueniret uirtutis locoꝝ.
Dico utiqꝫ uitæ facultates amplecti: cū uniuersoꝝ ocio: ad oēs & cōmu/
nes utilitares refici: ac præcipue rēpestate: cū uacationē ab armis agentes
attētissima cura agrorū culturæ inuigilant:& ciuiles uitæ ritus īstituūt.
Adeo ut in talibus ipsius prouidētiæ opus restari; quis posse uideať. Nō
quidā fortuito: sed cū ratione quadā locis institutis. Rhodanus igiť per/
multā habet nauigationē aduersā : & magnis oneribus: & ad multas re/
gionis partes: qa qui in eū intrāt fluuii nauigabiles: cū onustis quoqꝫ sūt
nauibus. Accipit & Ararin & Dubin: intrātē ī hunc amnē. Inde usqꝫ ad
Sequanā fluuiū uadať. Hinc iā defertur ī Oceanū; & Lexobios:& Hy/
adetos: Ab his in Brittaniā minor q̃ diurnus est cursus. Cū autē Rhoda/
nus sit præceps:& uix aduersa nauigeť aqua: nonnulla hinc onera plau/
stris pedestri trāsportāť itinere: quæ ad Aruernos flumēqꝫ Ligetin ferē/
da sunt: licet iis quadā ex parte propior sit Rhodanus. Verū cū uia per
cāporū planiciem haud multo supra stađ.dccc. pādať: ne aduersa naui/
gatione utantur: facilior terræ meatus adigit. Hoc ex loco Liger uberius
excipit: e Cēmenis montibus in Oceanū effluens. A Narbone autem p
Atacē paululū sursū fit nauigatio. Longius uero terræstre ad Garūnam
usqꝫ fluuiū iter agitur:& hoc stađ.dccc. Garūna autē excurrit ī Oceanū.

Hæc quidē de iis: qui Narbonēsem regionē colūt cōmemoramus: quos
antea Celtas nominabāt. Ab eis uniuersos a Græcis: Gallos: Celtas appel
latos opinor: ob eorū claritatē. Seu Massiliensibus ad hoc: ob eoꝝ uicini/
am assumentibus. Deinceps de Aquitanis:& de attributis illis gentibus
Gallicis numero quatuordecim: dicēdū est quæ īter Garūnā & Ligerin
habitāt. Ex quibus nōnullæ Rhodani amnis assumūt regionē: cāposqꝫ
Narbonēses. Vt enim simpliciter dicā; Aquitani a natione Gallica: cor/
poris habitu & līgua differūt: magis Hispanis similes. Discernūtur autē
Garunna flumine: inter hūc & Pyrenen montē habitantes. Aquitanicæ
uero gentes plures q̃.xx. sunt: exiles quidē & ignobiles. Ex iis quædam
Oceano uicinæ : Aliæ ad mediterranea & Cemmenorum montium ex/
trema: usqꝫ ad Tectosages porrigūť. Quādo qdē pusilla tātula hæc erat
portio. Quicqd īter Garunnā Ligerinqꝫ cōtineť: adiectū ē. Hi nāqꝫ flu/
uii pibus a Pyrenæ distātes īteruallis q̃si diductis:& pariter distantibus

inuicem lineis: duo conficiunt loca. Aliis finita lateribus: Oceano scilicet montibusq; Cēmentis. Duobus autē stad. milibus utriusq; fluminis est nauigatio. Garumnas aūt tribus āplificatus amnibus: per Bituriges quos Ioscos nominatit: & Santones: Gallicā utrāq; gentē effluit. Nāq; hi Bitu/riges: sola inter Aquitanos gens alienigena consistit: nequaq̄ illis confœ/derata. Habet autē Burdigalliā emporiū: cuidā marino incūbens lacui: quē fluminis eruptiones faciunt. Liger uero inter Pictones: & Vamuitas excurrit. Super hunc prius fluuiū Emporiū aderat Corbilo: de qua Po/lybius mētionē fecit: cū Pytheæ fabulamētorū memoriā faceret. Quod cōgrediētibus quidē Scipioni Massiliensibus: nemo rē ullā memoratu dignā: cū a Scipione interrogaret referre potuit: neq; de Brittania: neq; de Narbone: neq; de Corbilone: quæ omniū eo ĩ tractu urbiū celeber/rimæ fuerāt. Tāta sane Pytheas mētiri ausus ē. Vrbs ē Santonū Medi/olanū: ad Oceanū uergēs. Inter Aquitanas maxĩa ex pte arenosa: & agro tenui. Ex milio alimoniā captās. Reliqs quoq; fructibus sterilis. Hoc ĩ lo/co aūt sinus est: ĩ Narbonēsi littore Isthmū efficiēs: & sinū Gallicū: eodē quo ille cognomie. Sinū hunc habēt Tarbelli: apud quos effodiēdi au/ri sūmū ĩter omnis studiū ē. E scorbibus enĩ paululū defossis: ad manus mēsurā: crustæ auri repiunt; paruæ ĩterdū purgatiōis ĩdigētes. In reliqs autē frustra & glebulæ: haud magnū habētes opificū. Interior aūt: & mō/tana tellus ē lōge præstātior. Nā ad Pyrenen Cōuenorū Synclydo ē ubi oppidū Lugdunum: & Onesiorū aquæ calidæ ad potādum optimæ. Bo/na ē etiā Plausciorū aqua. Inter Garunnā uero & Ligerin adiacēt gentes quædā Aquitanis: Elui qdē ab Rhodano ĩchoātes. Post quos Vellai ali/quādo Aruernis cōmixti. Nūc sibi ipsis adstricti. Dehinc Aruerni & Le/mothrices: & Petrocorii. Post hos autē Nitiobriges: & Cadurci: & Bitu/riges: q Cubi nuncupāt. Ad oceanū uero spectātes Sātoni sūt & Picto/nes. Hi qdē (ut diximus) Garūne accolæ: Alii autē Ligeris: Rhuteni aūt & Gabales: Narbonēsi terræ pximi. In Petrocoriis igr: & Cubis Bitu/rigibus: Ferrariæ ĩ oppidis sunt fabricæ. In Cadurcis uero Linificinæ. In Rhutenis autē argētariæ uigēt artes: nec nō & Gabaliensibus. Eis uero & plerisq; Aquitanorū Romani ius latii tribuerunt: sicut & Auscis & Conuenis. Aruerni super Ligeri siti Metropolin Nemosū super amne positum habent. Hic penes Cmenabon: quod Carnuntum Emporium est: labitur ad mediam nauigationem habitatum. Fluitque ĩ Oceanum. Pristini uero roboris Aruerni ĩgens exhibent indicium: quod frequen/tia aduersus Romanos bella gesserunt: Antea quidem milibus bella/torum ducentis. Deinde duplicatis. Tot enim contra diuū Cæsarē mi/libus cum Vercingetorige prœlium cōmiserunt. Cum prius aduersus

maximū Aemilianū: & Domitiū Enobarbū: etiā.cc.hominum milibus confluxissent. Contra Cæsarē quidē circa Gergouiā: Aruernorū urbem: in excelso monte sitā: collatū est proelium. Postea Vercingetorix occurrit: & pugna ad Allesiā: Mandibulæ gentis oppidū: Aruernis finitimæ: hoc etiā in sublimi locatū ē tumulo: cingentibus mōtibus & fluuiis duobus. Vbi redacto in potestatē Imperatore finitū est bellum. Aduersus maximū Aemilianū autē conflictatum est: ubi coitus ē Isaris & Rhodani. Vbi Cēmeni etiā montes Rhodano propius accedunt. At uero in Domitium adhuc ad inferiora: ubi Sulga: Rhodanusq; cōmiscētur. Cæterū usq; Narbonē finesq; Massiliæ: Aruernorū propagabat Imperiū. Subiugatisq; itē usq; ad Pyrenæos mōtes gentibus: ad Oceanum: atq; Rhenū. Bitito qui cū maximo: & Domitio belligerauit: pater fuit Luetius: qui tātis opibus & lautitia: excelluisse celebratus ē: ut cum aliquādo familiaribus facultatū ostētationē faceret: curru uectus per cāpū: nūmos aureos & argenteos: huc & illuc dispergēret: quos sectātes illi colligerēt.

Vienne ¶ Post Aquitanicā uero partē ac Narbonensem: alia deinceps ē: ab Ligere fluuio ac Rhodāo: usq; ad Rhenū. Eo delatus a fōte ad Lugdunū: Rhodanus Ligeri coniungit. Huius autē regionis partes supernæ ad Rheni ac Rhodani fontes: usq; ad mediū ferme cāpo. Lugdunēsiū ditioni additæ sūt. Reliqua uero & quæ ad Oceanū uergūt: alteri addunt particulæ: quā incolunt Belgæ. Nos autē singula cōmuni magis expositione declarabimus. Lugdunū igit i colle cōditū: ubi Arar amnis Rhodano cōmiscet: Romāo tenet Imperio. Amplori quoq; supra reliquas: excepta Narbone: ciuitatis floret uirorū ordine. Nā & usui magno est illis Emporiū. Monetā argēteā atq; aureā: eo i loco Romani signant duces. Templū etiā ab uniuersis Gallis cōmuni designatū impensa: & Augusto Cæsari dicatū: ante hanc urbē ædificatum ē: ubi fluuiorū ē coitio. Adest & ara dignitatis eximiæ gentiū.lx.numero: inscriptū habens titulū. Earūq; singularū statua una. Alia subinde ingens locata est ara. Hanc urbē gēti Segosianorū præsidere constat. Quæ in Rhodani: & Dubidis fluuiorū medio iacet. Reliquæ dehinc gētes: uergentes ad Rhenū: partim a Dubidæ: partim ab Arare discernūtur. Hi nāq; (ut superius dictū ē) amnes ab Alpibus delati: deinde unū i alueū confluētes: delabunt i Rhodanū: Alter ē fluuius: similiter in alpibus ortum habēs: Sequana nomie. Effluit autē in Oceanū: parallela separatus a Rheno distātia: per eisdē appellationis gētē. Ab oriēte quidē Rheno ppinqor. Ab occasu uero Arari. Quo ex loco præstantissima suillarum carnium salsamentaria Romam deportantur. Inter Dubidem atque Ararin Eduorum gens ihabitat: oppidū penes Ararin Cabyllinū habentiū. Arcēq; Bibractē. Cæteræ Edui

Romanis sese consanguinitate cõiunctos asserũt. Primiq̃ eius regionis
homines in eorũ amiciciã:societatẽq̃ conuenerũt. Trans Ararin domi/
cilia tenẽt Sequani:& Romãis & Eduis dudũ aduersãtes. Germanis eni
sæpius adhærebãt. Eorũq̃ ĩ Italiam ĩpetus inuitabãt. Roburq̃ nõ medi/
ocre ostentabãt. Adeo ut illis cõmuniter quidẽ ĩmixti eorũ uires ampli/
ficarẽt. Desistentes autẽ diminuerẽt. Aduersus Eduos:& hæ sane causæ:
& fluminis contẽtio inimicicias auxit: q̃ gẽtem utrãq̃ dirimit: quæ sibi
propriũ uendicat Ararin. Sibiq̃ uectigalia pertinere certat. Hac uero tẽ
pestate cũcta Romano subiacẽt Imperio. Rheno aũt uicina omniũ pri/
mi colũt Eluatii:qbus fluminis origo uicina ẽ:ĩ Diaduella mõte:hic Al/
piũ pars ẽ. A quo Aduas fluuius in cõtrariũ fluit:ad interiorẽ Galliam:
Lacũ ĩplẽs Lariũ. Cui proximũ conditũ est Comũ. Dehinc in Padũ con/
fluit:de quibus postea dicemus. Rhenus quoq̃ magnas in paludes:La/
cũq̃ magnũ effundit̃:quẽ Cereti:& Vindoligi propius attingunt. Alpi
norũ pleriq̃:& Transalpinorꝫ nõnulli. Huius loci longitudinẽ stad̃ sex
miliũ esse Asinius asserit. Quod nõ ita est:sed recto cursu pauloplus di
midio est. At enim mille propter anfractus addita satis haberẽt. Nam &
celerrimis est. Quo circa nec pontibus iungi licet:& a montibus desluẽs
supinus:reliquũ cursũ p plana agit. Quonã igit̃ pacto pmanere potest:
celer atq̃ uiolẽtus:si supinæ illius eleuationi longos multos ãfractus ad/
iunxerimus? Ei autẽ duo tradit ostia:eos accusãs q̃ plura dicant. Istæ qdẽ
simul & Sequana aliqd profecto:non tamẽ tantũdẽ telluris ãbiũt. Vter
que aũt ĩ septẽtrionẽ ab Austro labit̃. Ipsisq̃ occurrit Brittania:Rheno
qdẽ propius:Adeo ut Cãtium eius Insulæ orientale ꝓmontorium aspe
ctet. Lõgius autẽ paulisper Sequana. Hoc sane ĩ loco diuus Cæsar Brit/
taniã ad nauigaturus ĩsulã:classẽ ædificauit. Sequanæ spaciũ quod naui
gationi patet:ad onera capienda:ex quo Arar ĩgredit̃:paulo minus est q̃
Ligeris atq̃ Garunnæ. A Lugduno autẽ usq̃ ad Sequanã: spaciũ est mil
le stad̃. Ab ingressu Rhodani uero usq̃ Lugdunũ:minus q̃ bis tãtũ in/
terest. Eluetios magnã auri uim possidere tradit̃. Qui cũ Cimbrorum
opes cernant:nihilominus ad latrocinãdũ studia conuerterũt. E quibus
cũ tres nationes existerent:duæ p militiã deletæ sunt. E reliqs tamen lo/
cis:quãta progenitorũ fuerit multitudo:bellũ aduersus diuũ Cæsarẽ ge/
stũ maxime declarauit. In quo circiter hominũ.cccc.milia interierũt. Re
liquos ad milia.viii.saluos emisit:ne Germanis finitimis desertũ agrũ si/
neret. Post Eluetios Sequani : & mediomatrici : Rhenum incolunt. In
quibus Tribocchi natione Germani : relicto natali solo:Rhenoque tra
iecto sedes posuerunt. In Sequanis uero mons est Oeurasius : Eluetios
Sequanosq̃ discernẽs. Sup Eluetios:& Sequanos:& Edui:& Ligões:in

occasũ uergẽtes:habitãt. Sup Mediomatricos Leuci:& quædã Lingonũ
portio. Inter Ligerin & Sequanã fluuiũ trãs Rhodanũ:atq; Ararin gẽtes
ad Septẽtrionẽ adiacẽt Allobrogibus:& Lugduni incolis uicini . Horũ
illustrissimi sunt Aruerni & Carnuti. Per utrosq; delatus Liger amnis:i
Oceanũ effluit. A Galliæ fluminibus:ad Insulã Brittãiã uicenũ ac:tercẽ
tũ stadiorũ. Nã qui per maris reflexũ a uespera refunduntur: postridiæ
octauã ad horã ad insulã applicãt. Post Mediomatricos aũt atq; Triboc
chos: Triusgri Rheno adiacẽt:apud quos Romani Imperatores:contra
Germanos belligerãtes:hac tẽpestate põtẽ ædificãt. Loca hæc trãs Rhe/
nũ incolebãt Vibii:qnos ad iteriorẽ Rheni ripã traduxit Agrippa: nec
iuitos q dẽ. Cõtigui Triusgris sũt Neruii:& hii quoq; natio Germanica
Nouissimi ad uttãq; fluminis ripã habitãt Menapii:his per paludes:&
nemora domus sunt. Nõ procere quidẽ materiæ:sed densæ & dumosæ.
Secũdũ istos Sugãbri Germani cõsistũt. Huic fluuiatili regioni toti su/
pereminẽt Germani alteri:quos Sueuos appellãt: q potentia & hominũ
frequẽtia:reliquos antecellũt. A quibus eiecti in iteriorẽ nũc Rheni par
tẽ confugerũt. Alii quoq; per alia loca: potẽtatu ualentes manẽt:bellorũ
incẽdia excipiẽtes; sẽper:cũ primi i perniciẽ tracti sint. Ex Treuiris aũt:
& Neruiis: Senones:& Rheni sua i occasũ habent domicilia. Insuper &
Atrebati:& Ieburones. Cæterorum Menapiis ad mare proximi sũt Morini:
& Belloaci:& Ambiani:& Suessiones:& Caleti:usq; ad Sequanæ amnis
exitũ. Morinorum ager:& Atrebatorum: & Ieburonũ:& Menapiorum est pgsi/
milis. Silua enim ẽ sane pcerarũ arborũ: permagna quidem uerũ haud
magnitudine tanta:quãtã rerũ scriptores tradidere:stad' milibus quater
nis. Eã uero Arduẽnam uocitãt. At contra bellorum impetus:spinosos
dumorũ ramos iuicem texentes: irruptiones occludunt: nõnullis i locis
etiã uallos defigentes:in iteriora sese ipsi excipiunt: pfunda passim iha/
bitãtes nemora:per paludes quasdã paruas tenẽt insulas. Abũdantibus
itaq; hymbribus:tutissima habebãt receptacula. Arescẽtibus uero locis:i
ditionẽ facile redigebãtur. Cæterũ his amnis oẽs intra Rhenũ incolẽtes
per pacis ociũ Romano obediunt Imperio. Circa Sequanã fluuiũ sũt &
Paresii:q i ipso fluuio Insulã habẽt:urbẽq; Lucotociã:& Meldi:& Lexo/
uii:Oceano uicini. Sup omnis aũt eius tractus incolas: Rheni dignitate
præcellũt. Ipsorum Metropolis Duricortora:frequẽtissimã habẽt ciuitatẽ:
Romanos accipiẽtes ductores. Post iam dictos populos:reliqua Belgarum
est natio ad Oceanũ. E quibus Veneti sunt:qui aduersus Cæsarem na/
uali certamine cõtenderunt. Ii enim emporio freti:parati erant Cæsaris
cursũ in Brittaniam interrũpere:quos haud difficulter supauit: nõ utiq;
rostratis usis nauibus. Eorum nãq; naues lignorum crassitudine erãt cõfectæ

Morini Belloaci. Ambiani Suessiones Caleti

Arduenna silua

Sed uentorum impetu in se delatas Romani milites excipiebāt:falcatis hastis Carbasa diuellentes. Obuentorum enim uiolentiā:ex aliuis cōsuta erāt. Pro rudentibus quoq; cathenas intēderāt.Lata uero faciunt tabulata.Proras pupesq; celsas e querna materia. Cuius abūdās illis ē copia: Id autē propter maris æstuaria.Quocirca tabularū iūcturas strictim nō conserūt.Sed rarius hiātes dimittunt:quas īde Algis constipāt:ne ligna caloribus iterremulcādū apiant. Sūt eni Algæ natura hūidiores Quercus aūt arida:ōni carēs piguedie. Hos ego Venetos esse opinor:a qbus ueneti sinū colētes Adriancū: in coloniā deducti fūt.Reliq eni fere oēs in Italia Galli:e transalpina Gallia commigrarūt:sicuti Boii & Senones. Venetos propter nominis similitudinē:Paphalagonas esse dictāt.Hæc autē nō affirmauerim.De huius enim generis rebus ipsa satis ē coiectura.Sis mii īde sunt:quos Pytheas Timios nominat. Hi procūbēs admodū in Oceanū promōtoriū habitant.Nō tantum tamē: quantū & ille & illius sequuti fidem tradidere.Quæ locū aūt inter Sequanā.& Ligerim gentes tenēt:eæ partim Sequanis:partim Atuernis propinquæ sunt.Vniuersa uero natio:quā hæc ætas Gallicā:uel Gallaticā nominat:martis studio:& animorū ardet impetu:conferendæ pugnæ alacritate impigra.Alioquin simplex:& nulla morū malignitate degens.Ea propter si quis eos irritet: adunati pugnas pariter ineūt.Aperti quidē:nihilq; præmeditati. Vnde cōtra se militare uolētibus:māsueti atq; tractabiles fiūt. Nā quo ī tēpore: & quo ī loco:quaq; ex occasiōe:quispiā illos lacessierit: eos ī discrimē paratos habuit:præter uim & audaciā:nullū ad prœlia ferētes adminentū.At eni psuasiōe adducti:utilitati facile cedūt:unde ad studia & disciplinas animos applicāt.Ex corporū autē magnitudine: ipsa uis inest. Ex gētiū uero multitudine:in unū ex facili frequētes conueniūt: simplicitate atq; rigore attracti:propinquis maxie condolentes:quos p iniuriā uiolatos uiderīt.Hoc uero tēpore cūcti pacē agitāt:subiecti & ad Romanorū edicta uiuentes:a quibus ī potestatē redacti sunt. Cæterū antiqs ex tēporibus:hæc de Gallis accepimus:ex permanētibus adhuc cōsimū Germanorū legibus.Natura eni & ciuibus īstitutis: ii psimiles & cognatione inter se coniuncti:uicinū colūt agrū:quem Rhenus amnis separat:paria maxima ex parte cūcta ferētem.Sed Germania magis ad Arcton exponitur.Si Australes ad australes partes:& Septentrionales ad septentrionales iudicaueris.Quamobrem eorum facilius desolatiōes cōngit euenire:cum gregatim inferantur: & totus simul exercitus: & uniuersis potius excitetur habitaculis:cum ab aliis ualidioribus eiciantur. Hos Romani minori negotio : q̄ Hispanos subiugarunt . His enim antea bellū inferre incipi entes:nouissime finierunt.Illos autē medio ī tēpore cūctos

debellauere penitus:qui intra Rhenum:Pyrenæosq; montes iacent. Nã
qui gregatim totis copus irruebant:gregatim simul debellabantur. His
pani uero prœlia partiti:uires uti depositum seruabant. Alii alio tempo/
re aliisq; in partibus: latrocinandi more belligerãtes. Sunt igitur omnes
Galli na bellaces
natura bellaces:equitatu q̃ peditatu longe præstantiores. Ab hisce Ro/
manis optimus adest equitatus. Sempq; spectantes in Boream:atq; Oce/
ano propiores: conserẽdis pugnis audaciores. E quibus summos Belgas
asserunt esse:pergentes quindecim diuisos:intra Rhenũ ac Ligerin uer/
gentes:in Oceanũ domos habẽtes. Solos tamen aduersus Cimbrorum:
& Teutonũ ĩpetũ Germanorũ obsistere nequeũtes. Belgarũ fortissimos
Belloacos esse dicũt. Post istos Vessiones. Quam uero numerosa mor/
talium frequẽtia sit:uel eo patet ĩdicio. Ex Belgis enim q ferre arma pri/
us poterãt. ccc. milia censeri dicebant᷑. Dicta ẽ & Eluetiorũ:& Aruerno/
rũ & Sotiorũ multitudo. E quibus ingens mortaliũ uis apparet. Et mu/
lierũ uirtus ad procreãdos:educãdosq; filios. Sagis uestiũtur: Comasq;
nutriunt. Prolixis utuntur fœminalibus. Pro tunicis uero:scissos gerunt
cum manicis amictus:uix pudenda natesq; uelantes. Lana quidem aspe
lena .i. hirsutu sagula
ra:cæterũ oblongis uillis. Vnde & hirsuta texunt sagula:quæ lene uocã/
tur. Verũtamen Romani in spectantibus ad Septẽtrionẽ regionibus:
greges urbanæ admodũ lanæ in pelle nutriunt. Armatura pro corporũ
proceritate æqualis. Gladius longus a dextro dependens latere: Clipeus
longus: Hastæ ad proportionẽ:& Meris peltæ genus est idest iaculi. Ar/
cubus etiã pleriq; utuntur:& fundis: Est & illis Sparo similis fustis. Quẽ
non e salarica:sed e manu iaculantur:cũ telo certiorẽ infligat ictũ. Quo
in aucupiis potissimũ utuntur. Hanc etiam in ætatẽ uulgo humi cubãt.
Cenitantes in stramẽtis assidẽt. Plurima cũ lacte illis æsca : Carnibusq;
multifariam:præsertim suillis:& recentibus & salitis. Sues autem ĩ agris
uersantur:& proceritate & robore & celeritate præstantes. Adeo ut ĩsu/
eto cuipiam accedenti:non minus q̃ luporũ periculũ ingruat. Domicilia
& pluteis & cratibus:ad testudinẽ habent : Et quidẽ permagna : multis
impositis lacunaribus. Tã copiosi illis:& ouium & porcorũ greges sũt:
ut hinc & sagorum & salsamẽtorũ abundantia:non solũ Romæ: sed etiã
pluribus Italiæ pribus suppedite᷑. Plurimas ciuitatũ primores guber/
nãt: Ducẽ unũ primis tẽporibus:ad ãnũ deligẽtes. Sicut & ĩ bello:unus
a multitudine designaba᷑ Imperator. Nũc uero utplurimũ Romanorũ
edictis parẽt. Illud in eorũ conciliis peculiare obuenit. Siquis alio cõcio/
nante:uel tumultue᷑:uel obstrepat:minister stricto occurit ense:& mi/
nitabundus silentium imperat. Qui si non desierit:secundo ac tertio idẽ
factitat. Deniq; tantũ abscindit e Sagulo:ut quod residuũ est ; reddatur

inutile. Aliis quoq; permultis est commune Barbaris: ut uirorũ ac mulierum: contraria nostris permutẽt opera. Apud omnes tres passim nationes: eximio in honore sunt Bardi: Vaties: Druide. Bardi quidem laudatiõibus rebusq; poeticis student. Vaties autem sacrificiorũ naturaliumque causarũ curæ dediti. Druide præter causarũ naturalium studia: moralẽ disciplinã exercent. Iustissimi autẽ omniũ opinione: cũ sint priuata & publica iudicia eorũ fidei mandãtur: adeo ut rẽ etiã bellicã ãtea iudicarẽt. Ita ut Martẽ collaturi: illis iubẽtibus desisterẽt. Capitis quoq; iudicia horũ sententiæ pmittebant. Cũq; horũ est abundãtia: & agri fertilitatẽ fore existimant. Immortales animas & mũdũ: & hii & alii esse asserunt. Ignẽ & aquam aliquando superaturos. Simplicitati atq; animositati: multũ inesse imprudẽtiæ simul: & supbiæ & ornamẽtorũ studiũ. Et enĩ aurea illis sunt gestamina. Collo quidẽ torques: Manibus autẽ & lacertis: Armille dignitatis homines: tinctas gestãt uestes: & auro pictas. Qua ex leuitate uictores quidẽ: ĩtolerabiles sũt. Victi autem stupidi uident. Amẽtiæ quoq; Barbarici mores adsũt. Et quod Borealibus plurimũ gẽtibus accidit: suaptæ nationis ignoratio. E prœlio decedentes ceruicibus equorũ: hostiũ capita suspendũt. Eaq; domũ delata: ut sint spectaculo uestibus affigũt. Posidonius autẽ scriptũ reliquit: cũ hæc primũ multis spectaret in locis: ob rerũ insolẽtiã obriguisse. Postmodũ ex assuetudĩe: æquo tulisse animo. Illustriũ autẽ uirorũ capita cedrinis condientes odoribus: peregrinis ostentatit: Nec tantidẽ auri redimi dignabant. Ab hisce uero rerũ obscœnitatibus: fœdisq; sacrificiorũ & diuinationũ ritibus: mori nostro contrariis. Romani prorsus eos auerterunt. Nã hominẽ diuinationi destinatũ in tergo ferientes: ex ipso ĩpatientiæ afflictandiq; modo: uaticiniũ capiebãt. Immolabãt autem Druidis nequaq̃ absentibus. Alia quoq; humanorũ sacrificiorũ genera tradũt. Quoldã enĩ sagittis cõfigebãt: Et ĩtra sacras ædes patibulo suffigebãt. Magnãq; e fœno chorto itatuã apparãtes: Eiq; lignũ iniectãtes: pecoraq; & uarias ĩmittẽtes bæluas: atq; homines holocaustũ faciebãt. In Oceano autẽ Insulã paruã nõ lõge in pelago ĩ exitu Ligeris amnis præiacẽtẽ esse inqt. Eã ĩhabitare Sãnitarũ mulieres: Bacchi numine afflatas: Ipsas quidẽ deũ istũ propitiãtes: & festis ritibus & aliis sacrorũ formis exorãtes. Virũ nullũ Insulã ĩscẽdere. Cæterũ mulieres ipsas traiiciẽtes uiris cõmisceri. Rursusq; reuerti. Annui moris esse: ut tẽplũ eodẽ die detegãt: denuoq; tegãt: ãte solis occasũ: unaquaq; pondus afferẽte. Cuius uero pondus exciderit: eã ab reliquis dilacerari. Particulas autem baiulantes: nõ ante cessare: q̃ rabies ipsa cessauerit. Sẽper autẽ euenire: ut aliqua id passura cadat. Multo aũt fabulosius id: qđ Artemidorus asserit qdẽ: de coruis accidẽs ẽ. Portũ enĩ quẽdã

Bardi
Vaties
Druide

in Oceani littoribus esse scribit: quē duorū coruorū uulgo nomināt. In eo quidē duos apparere coruos: dextris albicantes alis. Q ui igit ulla de controuersantur: illuc accedere: in sublimi loco posita tabella utrūq; se orsū in ipsa lagana collocare. Ipsas dehinc aduolantes alites: partim com/ mãducare partim dissipare. Cuius autē lagana dissipētur: illū uictorem euadere. Hæc quidē fabulosius mēmorat. De cerere uero atq; Proserpi/ na: uerisimiliora dicit. Insulā Brittaniæ proximā ī qua similia Samothra/ cibus Cæreri: & Proserpinæ sacrificia fiunt. Huic etiā fides ē adhibēda. Arborē in Gallia nasci: fico simillimā: fructū corno similē gignere: unde pharethræ fabricant. Eā si incidas: loetalē succū effundere: ad iungēdas sagittas utilē. Illud etiā diuulgatū est: Gallos oēs contennōis auidos esse. Penes eos dedecus non esse putat: cū adolescētes uigentibus ānis mini/ me parcūt. Ephorus tā late Galliæ magnitudinē excedere tradit: ut quā nuuc uocamus Iberiam plurima illius spatia Gallis: usq; Gades attribu at. Homines ipsos Græci nominis amatores declarat. Multa de illis pe/ culiariter asserit: quæ huius tēpestatis hominibus: haud sane respondēt. Hoc etiā illorū est ppriū ut laboribus agitētur: cū macilēti sint: uētresq; minime propēdeāt. Quisqs itē iuuenis Zonæ mēsurā excedat multari. Hæc quidē de Transalpina Gallia. Brittaniæ forma: triangula est. Eius latus ubi ad longitudinē maximū est. Galliæ e regiōe opponit: neq; mi/ nus neq; productius. Est eni stad. circiter. iiii. miliū &. ccc. aut. cccc. Latus utrūq; & Gallicū: ab Rheni eruptione: usq; ad Arctica Pyrenæi montis: excurrētia saxa ad Aqtaniā: & Cāii & Rheni ostiis oppositi. Quod qdē orietē maxime solē prospectās Brittaniæ signū: usq; ad extremas Insulæ rupes: in occasū contra Aquitaniā: monteq; Pyrenæū est. Hæc quidē a Pyrenæis montibus ad Rhenū minima distātia ē. Q uādo qdē maxima dicta est stad. v. miliū. At acclinationē quādā esse a parallela flummi lo/ catione credēdū est: ex utraq; ad mōtē pte iflexiōe quādā facta ad extre ma in Oceanū uergētia. Quattuor uero quibus ex cōtinēti assidue i in/ sulā utūtur: iteruallā sūt: quæ ab egressibus amniū extant. Rheni uideli/ cet ac Sequanæ: Ligerisq; & Garūnæ. Illis autē q uicina loca tenēt: ascē/ suris ex cōfinibus Menapiorū Morinis: nō aūt ab eius ostio enauigatio ē. Quibus quidē Itiū uicinū ē: quo nauali usus est diuus Cæsar: cū in in/ sulā cursū soluit. Intēdētibus aūt iā tenebris ascēdēs: postridie eius diei: horā circiter quartā: applicuit stad. ccc. ac. xx. cursū consiciens. Frumēta uero deprehendit per rura. Maxima plane pars insulæ campis cōstat & arbustis. Sunt etiā nonnulli per agrū tumuli. Tellus frugifera: pecore abundans: auro: argento: & ferro. Hæc ex ipsa efferuntur Insula. Pelles quoq; atq; mancipia. Canes etiam ad uenādū aptissimi. Galli his quidē

indigenis ad belligerãdũ plurimũ utunť. Virorum quidẽ ſtatura: ſupra
Gallos procera. Sed nõ adeo flauẽte coma. Corpora uero laxiora. Quod
autẽ proceritatis indicium ẽ. Vidimus nos Romæ puberes longiſſimi
corporis indigenis ſemipede celſiores: lingua balbutientes. In cæteris nõ
pulchris admodũ lineamẽtis ĩ cõſiſtẽdo. Moribuſq; partim Gallis ſimi
les: partim ſimpliciores magiſq; Barbaris. Quidã igiť lactis abundantes
conficiendi caſei: p imperitiã prorſus ſũt ignari. Colẽdorũ hortorũ & ru/
ris operũ ĩperiti. Potẽtatus habent inter ſe. Et iſtar Gallorũ quorũdã in
gerendis bellis ĩmanes utplurimũ. Eorũ urbes ſũt nemora. Latiſſimos. n.
Cyrcos: deiectis obſtruũt arboribus. Vbi constructis Tuguriis: & ipſi
pariter & armenta ſtabulãtur. Nec multũ quidẽ ad tẽpus. Hymbriferũ
aerẽ magis q̃ niualẽ eſſe cõſtat. Per ſerenitates autẽ nebula late obtinet:
Adeo ut die tota: tribus tãtũ aut quattuor horis circa meridiẽ ipſũ Solẽ
aſpiciãt. Hoc idẽ Morinis & Maſſipiis: eorũq; finitimis contingit. Diuũ
Cæſarẽ bis in Brittaniã tranſiſſe constar. Vnde re nulla quidẽ magnifi/
ce geſta: e ueſtigio reuenit. Nec lõgius ĩtrogreſſus Inſulã: cum ĩter Bar/
baros in Gallia militeſq; ſuos ortæ ſeditiones eſſent. Acceſſit etiã magna
claſſis amiſſio: uehementibus aquarum ĩundatiõibus: & decremẽtis ro/
tunda Luna. Duabus aũt uictoriis cõtra Brittanos re benegeſta: cũ duos
tãtũ militũ ordines traiecisſet: acceptis obſidibus: magnũ ſeruorũ nume/
rũ: ĩgẽtẽq; prædã reportauit. Hoc tamẽ tẽpore: q̃dã eius loci prĩcipes le/
gatiõibus & obſeruãtiis: Augusti Cæſaris amiciciã cõparãtes: In Capito/
lio dona deis obtulerũt: & uniuerſã fere Inſulã Romãis ꝓpriã: familiarẽ
que ĩſtruxerũt. Vectigalia grauia tolerãt: ſiue hic res ĩ Galliã importẽt:
ſiue illic exportẽt. Hæc aũt ſũt eburnea uaſa: forfices: monilia. Et ex ele/
ctro: & uitrea ſupelles. Et alia huius generis mercimõia. Adeo ut ad Inſu
læ cuſtodiã: nullo iã opus ſit præſidio. Nõ enĩ plus ordĩe uno militũ: uel
eq̃tatu aliquo ĩdiget. Adeo ut ab ipſis tributa redigãtur. Aeq̃liter enĩ ẽ
ĩpoſitũ uectigal. Vniuerſa uero ĩpenſa: collectis ĩde pecuniis: pars exer/
citui cõſtituitur. Tributorũ nãq; ſolutionẽ ĩpoſitorũ cõminui neceſſe ẽ.
Simul & periculis occurrẽdũ ẽ nõnullis: ſi adacta ſit uiolẽtia. Sunt & a/
liæ circa Brittaniã Inſulæ quædã paruæ quidẽ. Cæterũ ei annexa magna
ẽ Ibernia: ad Septẽtrionẽ expoſita prolixa. Sed ampliſſimã latitudinem
habẽs: de qua nihil dicere manifeſtũ habemus: hoc dũtaxat excepto: q̃d
lõge magis q̃ Brittani: ſilueſtres illius ſũt ĩcolæ. Andropophagi. i. homi/
nũ carne ueſcẽtes. Mãduconeſq; magni. Defũctos etiã parentes eſſe: in
eximia honeſtatis parte ponũt. Nec minus alienis ĩ propatulo uxoribus
ĩmiſceri. Matribus etiã atq; ſororibus. Horũ etiã quæ cõmemoramus:
dignos fide teſtes: nõ ſane habemus. Atq̃ cõmãducãdorũ morẽ hominũ

Scythaꝝ esse tradit. In obsidiõalibus quoq; necessitatibus: idẽ factitasse Galli & Hispani: aliiq; cõplures dicũtur. De Thyle itẽ obscura ẽ historia: ꝓpter eius i ultima loca remotionẽ: hãc siquidẽ sup omĩs fama uulgatas: magis atq; magis ad Septẽtrionẽ expositã locãt. Cæteꝝ ea quæ de hac ipsa deq; uicinis illis locis Pyteas scripta reliq; figmẽta esse: per celeberrimas regiones: nobisq; notissimas: cõstat. Pluria. n. (ut superius diximus) mẽtitus ẽ. Itaq; & de remotioribus magis mẽtitus apparet. Verũtamẽ iis: quæ ad cæli ratiõnẽ: & Mathematicã speculationem attinẽt: satis cõmode usus uidet. De rebus potissimum frigidæ zonæ propinquis. de fructibus. deq; animalibus mãsuetis. partim omnimodã sterelitatẽ: partim raritatẽ exponẽs. Milio reliqsq; caulibus: & fructibus: atq; radicibus ali. Apud aliquos frumẽta nasci. Melq; ꝓduci. & hic potũ sumere. Triticũ autẽ: quia soles puros nõ habẽt: itra laxas domos: cõgestis eo spicis triturare. Areas cũ sole careãt: & pluuiæ fundẽt: reddi prorsus inutiles.

Postq̃ de Transalpina Gallia: deq; tenẽtibus eã regionẽ gẽtibus: scriptũ ẽ: de ipsis iã Alpibus: Deq; eaꝝ habitatoribus: deide de uniuersa dicẽdũ est Italia. Eundẽ igitur in describẽdo seruãt ordinẽ: quẽ ipsa locoꝝ natura suppeditat. Alpes ꝓfecto ipsæ: non q̃dẽ a Monoechi portu (ut pleriq; referũt) sed iisdẽ ex locis a q̃bus Apẽnini mõtes incipiũt. Ad genuã Ligusticũ Emporiũ: & Sabatia Vada nuncupata: quæ paludes sũt. Apẽninus q̃dẽ a Genua, Alpes uero a Sabatis ĩcitũ capiũt. Inter Genuã uero & Sabatios ducẽta ac sexagita stad̃ iterfũt. Inde post. ccc. & .lxx. stad̃: Albigaunus ẽ oppidũ: cuius incolæ Ligures Ingauni appellãtur. Ex hoc loco ad Monoechi portũ stad̃. cccc. & .lxxx. Quo i medio urbs ingens est Albiõ Intemeliũ: cuius habitatores Intemelii uocanť. Ab hisce nominibus idicium ponunt: quod a Sabatiis Alpes primordium habent. Alpia enĩ prioribus sæculis: uocabatur Alpia. Quemadmodum & Alpionia. Namque hoc tẽpore in Iapodes mõs excelsus harum ultima attingẽs: & Alpes ipsas Albium nominant: perinde ac eousq; extendantur Alpes. Cũ igitur Ligures: partim Ingauni: parti Intemelii sĩt: Fotũ coloniæ ad mare deductæ: una q̃dẽ Albiũ Intemeliũ: q̃si Alpiũ: Altera uero diuisi magis Albingaunum uocantur. Hisce duabus nationibus Ligurum: quas ante dixi: Polybius unam Oxybiorum: & alteram Deceitorũ adiungit. Hoc littus uniuersum a Monoechi portu: usq; Thusciam continuũ omnino sine portubus est: exceptis paruis quibusdam stationibus ad iactãdas Anchoras minus ineptis. Imminent immanes rupes atq; præcipites: quæ iuxta mare angustos relinquunt transitus. Qui Liguriam habitant: ut plurimum ex pecore uictum agitant: lacte or deaceaq; potione: maritimis ex locis: ac montanis pastum quæritantes. Materiã uero ædificãdis

naribus frequētissimā: hinc montes habēt:arboresq; maximas:adeo ut ī
quibusdā crassitudinis diameter octonis inueniatur pedibus. Plurima
etiā ad uarios usus: & fabricanda mortaria. Nec uero ad cōficiendas mē/
sas deteriora. Quæ omnia ad Emporiū Genuā comportātur. Pecora itē
Pellesq; & mella. Contra uero oleū & uinū Italicū exportāt. Quod qdē
illis modicū:ac picatū & austeꝝ est. Hinc equi & muli nascūtur:quos gy
genios uocitāt. Hinc Ligusticæ runicæ:hinc sagula. Abundat etiā apud
eos Ligurtiū:qđ electrū qdā appellāt. Non multi admodū equo militāt.
Pedites uero:in tumultuariis præsertim pugnis optimi. Ereis aūt urētes
parmis:cōiecturā dedere:sese origine græcos esse. ¶Monoechus prætera
portus statio quædā ē:nō magnarū non multaꝝ capax nauiū. Templū
habēs Herculis:cognomēto Monoechi:quoniā is ī eo habitet solus. ¶Por
ro Massiliensis ānauigatio: ipso ex nomīe hucusq; uidetr extēdi. Ab an/
tipoli uero:pauloplus stađ.cc.abest. ¶Hoc ex loco Massiliā usq;:& paulo
ulterius gens Sallyorū incūbētes tenet Alpes: & nonnullas ipsius litto/
ris rupes:cū Græcis promiscuæ. Prisci aūt Græci Sallyos ipsos Ligures
uocār. Regionēq; Ligusticā:quā Massilienses habitāt. Posteri uero Gal/
li:Ligures uocauerūt planiciē ipsā usq; Luerionē atq; Rhodanū. Ex qua
ipsi incolæ:nō modo peditatū:ueꝝ etiam equitatū mittere solebāt:in de/
nas diuisi partes. Priores hos ex transalpinis Gallis in potestatē redegere
Romani contra istos:contraq; Ligures bellū diuturnū protrahentes: cū
ipsis transitū ī Hispaniā occludere conarentr:q per littus habēdus esset.
Nā terra mariq;:frequētissima illorū fuere latrocinia. Tātoq; ualebāt ro
bore:ut uix adductis etiā magnis exercitibus:tutū trāseūtibus iter extite
rit. Octogesimū uero cū eis belligerātes ad ānū:difficulter effecerunt:ut
publice pmeātibus:uia ad stađ.xii.latitudinē laxaretr. Tamē postea fra/
ctis uniuersis:ipsi terrore incusso:gubernādi formulas imposuere. ¶Post
Sallyes tenent Albiēses:& Albieci:& Vocūtii:mōtana ī Septētrionem
uergētia. Vocūtioꝝ regio ad Allobrogas usq; protēditur. Ii profundas:
in mōtanis ualles habēt:memorabiles quidē:neq; ulla ex parte uallibus
quas tenēt illi deteriores. Allobroges itaq; sub Prætoribus ī Narbonēsē
proficiscentibus agrum instruuntur. Vocuntii autē:uti Volcas dixius:
ad Nemausū iure suo instructi tenētur. Cæteꝝ qui iter Varū: & Genuā
īcolūt Ligures. Idem in Italicorum numero sunt:ad mare pertinētes. Ad
montanos autem quidam præfectus equitum sicut & ad reliquos omni
no Barbaros mittitur. Post Vocutitios Siconii sunt: & Tricorii deinde
Medualli:excelsos habentes uertices. Eorum igitur rectissimum in sub/
lime cacumen stađ centum ascensum habete traditur. Rursum hic ad
Italiæ terminos: descensum patere aiunt. Supra uero nonnullis in locis

admodũ cauis: lacus est ingẽs; & fontes duo: non multũ inter se distãtes. Ex altero amnis effũdit Datuennius nomine: p cõfragosa sese in Rhoda nũ loca præcipitãs. Cõtraria uero de parte Durias: sese imiscet Pado: p Salassos: itra Alpes illabẽs Galliæ Ex altero lõge humilior ipse Padus: p hos locos edit: multus ac celer. Progressus autẽ maior: molliorq; efficit. Nã multis ex ãnibus icremẽtũ excipit: potissimũ quõ ad plana fuerit: & latius extẽdit. Diffusus igit circũflectit: & cursũ segnẽ reddit. Iãq; ãplis simus: Adriaticũ irrũpit pelagus: cunctos Europæ fluuios: præter Istrũ: magnitudine exuperans. Adiacent Medulli: maxime ubi Rhodanus: & Isar cõfluunt. Ad alterã uero uergentẽ i Italiã partẽ: ex montibus dictis: Thaurini: gens Ligustica: Reliq; Ligures tenẽt. Hotũ ager ẽ: quẽ Ide onni: & Cottii dicũt. Post istos & Padũ Salassi sũt. Super quos quidẽ in cacumine Ceutrones: & Catoriges: & Varagri: & Nãtuate: Lacusq; Pele mena. Per quẽ Rhodanus effert: & fluminis ipsius fontes. Nõ lõge aũt ab istis sũt Rheni fontes: & mõs Ad ualla: ex quo in Septẽtrionẽ Rhe nus excurrit. Et diuersa ex parte Adua: in lacũ Lariũ: iuxta Comũ itrãs. Supra Comũ ad Alpiũ radicẽ: Rheti iacẽt: & Vẽnones: ad oriẽtẽ uersi. Alia ex pte Lepõtii: & Tridẽtini: & Stõi: & alii cõplres populi parui: Italiã tenẽtes: q superioribus ãnis iopes latrocinabãtur. Hac aũt ætate: aut dele let sũt: aut mansuetiores facti penitus: ut cũ ãtea transcẽsus p eorũ mõ tes pauci & difficiles essẽt: Nũc multis ex locis p eos mortales: & tuti & trãsitu faciles: propter eorũ apparatũ habeantur. Augustus eni Cæsar: ad latronũ delẽdas isidias: magnũ q̃tũ licuit: uiarũ apparatũ apposuit. Non eni ppter uastissima petrarũ igenniũ præcipitia: ubiq; naturã uiolare fas fuerat: cũ hinc quidẽ supra uias iminerẽt: hinc autẽ ruerẽt. Adeo ut per parua ab igrediẽtibus euitari discrimina nequeãt: incũbẽtibus i tã pro fundas fauces casibus. Ibi uero aliquas ad ptes: adeo limes angustus est: ut & uiatoribus & iumentis: præsertim isuetis: uertiginẽ oculorũ afferat: Sinu aũt idigene tuto gestẽtur. His igitur nulla præstare licet remedia: neq; glacialibus crustis: quæ supernæ & qdẽ lubricæ illabẽtes: uniuersã occupãt semitã: & in subiacẽtes extrudũt ualles. Frequẽs enim sup glaci em glacies: iuicẽ icumbit igruẽtibus maxime niuibus: anteq̃ insupficie omnino solibus dissoluãtur. Salassorũ quidẽ regio magna est: profundã utrinq; uallẽ: agrũq; claudẽtibus rupibus. Eorũ etiã pars i supiora extẽ ditur cacumina. Illis itaq; qui ex Italia supra mõtes positi sũt: una p uallẽ iã memoratã uia ẽ. Inde bifariã diuiditur. Vna quidẽ p Poeninũ (sic eni dicitur) ducit per Alpiũ summitates: iumentis inaccessibilis. Altera per Ceutrones prolixior. Tellus Salassorum aurifodinas habet. Quas Salas si cum olim potentia ualerent possidebant. Sicut & igrediẽdi dominiũ

obtinebant. Magnam quidē illis opē ad effossiones ærarias. aurūq; dilu/
endū Duria fluuius afferebat. Quocirca multis in locis aquæ ductus pri/
entes cōmunē alueū exinanibāt. Quod cū ipsis ad auri uenādi cōquisi/
tionē cōduceret: reliquos sua colētes arua: rigationibus destitutos cōtri/
stabāt. Cū fluuius tantis suppeditare terris potū nequiret: quia supdextrū
haberet alueū. Eā ob causā assidua iuicē prœlia gens utraq; conserebat.
Potitis inde rerū Romanis: Salassi quidē & aurificium simul: & agrum
amiserūt. Vero monriū iura tenētes: adhuc aquā publicanis: & aurifodias
capessētibus uenūdabāt. Aduersus istos uero: ꝓpter publicoꝝ uectiga/
liū auariciā: assiduæ disceptationes gerebātur. Hoc pacto Romanis: qui
prætores aut locoꝝ præfecti mittebātur: occasiones sēper abūde præsta/
bātur: quibus bella susciperēt. Postremo ad hæc usq; tēpora nunc ipu/
gnati: nūc soluto bello Romanis conciliati: potētes tamē erant. Et multis
damnis ab ipsis latrocinantibus affecti sunt: q per eoꝝ mōtes traiecerūt.
Quippe a quibus Decimus Brutus: & Mutina fugiēs: data uiritim Dra/
chma: sese redemerit. Messalla quoq;: cum iuxta illos hyemaret: ꝑ rapris
ad cōburēdū lignis: itēq; ad hastilia Tironibus exercēdis ulmis: preciū
pendere coactus ē. Hi quoq; mortales quandoq; Cæsaris pecunias diri/
puerūt. Factisq; semitis: aut iūctis pōte fluuiis: præcipites exercitibus ru
pes cōmoditatē apponebāt. Posterius Cæsar Augustus eos fūditus dele
uit: & uniuersos sub corona uenūdedit: ad Eporediā: Romanorū coloni/
am deportatos. Quā ideo inhabitādā curauerūt: ut Salassis præsidiū es/
set. Paulisper aūt obsistere ibidē potuere. Quoad extincta eorū natio ē.
Cæterorū quidē corporū milia sex & trigita cēsa sūt. Qui autē ferre ar/
ma poterāt: octo milia ipleuere. Terrētius Varro Impator cunctos illos
acie uictos: sub hasta uēdidit. Tribus Romanoꝝ milibus Cæsar Augu
stus missis: urbē Augustā habitādā tradidit. Quo in loco Varro Castra
iā habuerat. Nūc autē finitima regio: usq; ad sūma mōtiū cacumina pa/
cata uiuit. Vniuersa deinceps mōtana pars: in Oriētē & in Austrū uer/
gens: a Rhetis Vindelicisq; tenet: Boiis Eluetiisq; confinibus. Nā eorū
cāpis iminēt. Cæteꝝ Rheti ad Italiā usq; pertinent: quæ supra Veronā
& Comū est. Vinū Rheticum iter Italica: egregie cōmēdata: nō sane in
ferius: i mōtanis illoꝝ radicibus nascit. Ipsi autem ad ea usque loca: quæ
Rhenus secat extendunt. Huius autē nationis sunt Lepōtii: & Camuli:
atq; Vindelici: & Norici: & mōtana exteriora tenent maiori ex pte cum
Breucis: & Tēnanis: hoꝝ iā Illyricoꝝ. Isti finitimas Italiæ ptes omni tē/
pore: & Eluetioꝝ: & Sequanoꝝ: & Boiorū: & Germanoū incursabant. Et
enim ferocissimi iter Vindelicos Licattii: & Clautenatii: & Vēnones cē/
sebātur. Rhetoꝝ autē Rhucantii: & Cotuantii. Estiones uero: & Brigātii

ad Vindelicos pertinent. Eorũ oppidum est Bicātiũ:& Candobunũ:& Licantioꝝ:ueluti arx quædā Damasia. De horum ipsorũ sæuicia Latronum in Italos:tale quiddā memoriæ proditur. Cum uicum aut urbem quandam in ditionem traxerint:non modo puberes: uerum etiā infātes mares trucidant:nec in hisce conquiescũt: uerũ etiam pregnātes mactāt mulieres:quascũq; illoꝝ uates marem cōcepisse dicerent. Post istos propiores sinum Adriaticum ad aquileiam nonnulli Norici:Carniq; tenēt. In Noricis & Taurisci sunt. Horum omniũ ipudētissimas incursationes repressit Tiberius & eius frater Drusus æstate una. Vnde annus agitur tertius & tricesimus:ex quo quieti ordinatim tributa pendunt. Per tota Alpium ipsarũ montana:quidam terraꝝ extant tumuli:qui cōmode coli ualeant:uallesq; bene cōditæ. Maiorē tamē partem:præsertim ad uertices:ubi latrones consistebant incultā & infructuosam fuisse constat. Idque tũ propter illorũ artes:tum propter telluris asperitatem. Ex uictus igitur:& rerum cæterarum inopia:illis interdũ parcebant hominibus:q cāpos habitabāt: ut q eis cibũ suppeditarēt haberent. E cōtra illi resinā: Picē: Tedā:Ceram: Caseũ Mel retribuebant:quorum quidem eis copia superat. Super Carnos uero Apenninus mons incumbit: lacum habens:in amnē Isarā confluentem Qui rapto secum Atage altero flumie effertur in Adriaticũ sinum. Eodem autem ex lacu fluuius alter in Istrũ labitur:quem Atesinum uocant. Ister enim ab hisce montibus in multa diuisus capita sumit originem. Excelsa enim Alpium capita cōtinua hactenus extenduntur:& unius mōtis faciem exhibuerũt. Remissa ide & inclinata:plures in partes & plures i uertices attolluntur. Primum ē horum trans Rhenum & Lacum:in oriētem uergēs:mediocriter sublime dorsum. Quo in loco Istri fontes iuxta Sueuos:& Hercyniam siluā sũt. Alia sunt cacumina in Illyricum atq; Adriaticũ sinũ cōuersa. E quibus est iam dictus mons Apenninus:& Tullũ:& Phlygadia:quibus subiacent Vindelici A quibus Dura Clanisq; & alii complures:per ualles excurrentes fluuii in Istri alueum intrant. Porro Iapides circa hos habitāt locos. Gens Illyricis Gallisq; commixta. Et penes istos est sublimitas. Iapides igitur uiroꝝ florentes robore antea: & utroq; ex montis latere domicilia habētes:ab Augusto tādē Cæsare: sũmo cũ labore debellati sũt: cũ latelatrociniis inualescerent. Ipsoꝝ aũt oppida Metulũ:Arupeni:Monetiũ:Vēdũ. Post hos urbs Segestica: i plano sita. Iuxta illā Rhēus ipse præterlabit:i Istrũ influēs. Vrbs ipsa aduersus Dacarũ bellũ opportune sita est. Ocra uero humillima prorsus Alpiũ pars ē:ubi Carnis adiungit. Qua ex Agleia onera plaustris:ad Pāportũ (sic enī appellāt) deuehuntur:stadꝫ nō ultra.cccc.iter ē. Inde p fluuios ad Istrũ usq; uectāt. Locaq;

huic uicina. Pãportus enĩ ãnis ex Illyriis nauigabilis defert. Intrat autẽ Saũ: ut facile ĩ Segestanã orã: & Pãnomã: & Tauriscos delabat. At uero ĩ Saũ irrũpit Ogdolapis ad urbẽ: ãbo sane nauigabiles: ex Alpibus fluẽtes. Habent autẽ alpes equos agrestes: & boues: Utq; memoriæ tradidit Polybius peculiaris formæ bæluã gignũt: habitu qdẽ ad cerui staturã: collo dũtaxat excepto & uillis: ĩ quibus apro persimilis est: Geritq; sub mẽto carnis globũ: ad palmi magnitudinẽ capillosũ: crassitudinẽ ꝑ equini pulli cauda habẽtẽ. Ubi uero ex Italia supra cõscenderis: uia ĩ exteriorẽ Galliã: & ad septẽtriones est: Quæ ꝑ Salassos ducit Lugdunũ. Ea uero Bifariã est. Altera qdem prolixior plaustro permeabilis ꝑ Ceutrões. Altera uero recta: & ãgusta: cõpendiariaq; per Poeninũ. Cæterũ Lugdunũ in medio: istar arcis: situ ẽ. Cũ ibi amnes cõfluant: & ptibus omnibus propinquũ sit. Ea propter Agrippa hoc ex loco ptitus ẽ uias. unã quæ ꝑ Cẽmenos mõtes: usq; ad Antones: & Aqtaniã. Aliã ad Rhenũ. Tertiã ad Oceanũ: & Balloacos: & Amianos. Quarta ducit ĩ agrum Narbonẽsẽ. Littusq; Massiliẽse. Omissa aũt sinistra ĩ pte Lugduno: terrisq; ĩ ipso imminẽtibus Poenino fursus ẽ conuersio: cũ Rhodanũ traieceris: lacũue Lemãnũ ĩ Eluetiorũ campos. Hincq; transitus est ad Sequanos: ꝑ Iuram montem: & ad Lingones. Perq; hos ad utrũq;: & ad Rhenum: & ad Oceanum biuium scinditur. Polybius scriptum reliquit: suis tẽporibus aurifodinas in Tauriscis Noricis: Maximeq; penes Aquileiam inuentas: adeo natura optimas: ut cum a superficie terræ: duos ad pedes solum detraxeris: fossile confestim aurũ inuenias. Fossam autem non ultra pedes xv. esse. Aurum ipsum per se partim putum esse: ad fabæ aut lupini magnitudinem. Octaua tantum parte decocta. Partim uero maioris indigere digestionis. Valdeq; utilissime. Adiutantibus autem Barbaros Italis: bimestri tempore: e uestigio auri preciũ tertia parte carius uenisse: totã per Italiam. Quod quidem ubi Taurisci senserũt: eiectis adiutoribus: soli uenũdedere Hac uero tempestate: uniuersas aurifodinas in Romanorum esse potestate. Cæterum hoc in tractu: sicut & in Hispania: fluuii aurea ferunt grana: ultra fossile: haud tamen tantum Hic idem uir: cum de Alpium magnitudine: & sublimitate differeret: maximos Græciæ montes comparar. Taygetum. Lyceum. Parnassum. Olympum. Pelion. Ossam. Thraciæ uero Emũ Rhodopen. Dunacem Quorum singulos inquit diei unius itinere: expeditis facile uiatoribus ascendi posse: & uno circuiri die. Alpes autem: ne die quinto quidem ascendi psse. Longitudo autem est stad. milibus duobus &. cc. quod ad campos attinet. Transitiones uero tantum quattuor nominat. Unã quidem per Ligures, Tyrrheno mari ꝓximã. Aliam deide ꝑ Taurios: qua trãsmisit

Annibal. Tertiã deinde per Salaſſos. Quartã p Rhetos. Oẽs præruptas
atq; præcipites. Lacus cũ alios permultos ĩ mõtibus eſſe: Tum uero tris
ingentes exponit. Ex quibus Benacus ſtadi . quingentũ longitudinẽ ha/
bet. Latitudinem uero. xxx. De quo Mincius amnis effluit. Subĩde alter
Verbãus lõgitudinis qdem ſtad̃. cccc. Latitudo uero ãguſtior q̃ prioris.
Emittitq; fluuiũ aduã. Tercius ẽ Larius: Lõgitudinis fere ſtad̃. ccc. Lati/
tudinis. xxx. Amnẽ eiicit Ticinũ ſane grãdẽ. Oẽs autem ĩ Padũ ĩfluũt.
Hæc quidẽ de mõtibus Alpinis dicẽda tantum habemus. Ex radicibus
autem Alpium iam incipit Italia.

Quinto uolumini hæc inſunt. Quæ ab Alpium radicibus ad
Italiam pertinent: uſq; ad fretum Siculum: Sinumq; Taren/
tinum: ac Poſidoniatem: atq; Pæſtanum appellant. In his hæ
regiones ſunt. Venetia. Liguria. Picenum. Lucania. Thuſcia
Roma. Campania. Apulia. Sequitur liber quintus Capitulũ
primum. De Italia in uniuerſo.

Oſt ĩfimas Alpiũ radices: eius quã hac ætate Italiã uocãt:
initiũ eſt. Nãq; maiores Italiã quæ ab Siculo freto: uſq; in
ſinũ Tarẽtinũ & Poſidoniatẽ progreſſa eſt: Oenotriã ap/
pellabãt. Nomẽ aũt obtinẽs uſq; ad Alpiũ radices ꝓceſ/
ſit. Aſſũpſit etiã ab ora Liguſtica: Vari fluminis confinia
mariſq; ꝓximi a Thuſciæ finibus: Iſtriæq; uſq; Polam.
Opinari uero cuipiã licet priſcos Italoꝝ felicitate florẽtes: ĩ cõmunionẽ
deuocaſſe finitimos. Hũc ĩ modũ auctis deĩde uiribus: ĩ Romanoꝝ Im/
periũ ꝑueniſſe. Tãdẽ uero q̃doq; ex quo Romani ĩ regni ſocietatẽ: & in
ciuitatẽ Italos uocauere: decretũ ẽ & Gallis Ciſalpinis: & Venetis idẽ ho
noris ĩptire. Vniuerſoſq; Italos Romanoſq; uocare. Permĩtas ĩſup colo/
nias prim prioribus ãnis: prim poſterioribus emittere. Quibus meliores
alias nõ facile dixerim. Vna igit̃ forma Italiã õnẽ geometrica ratiõe cõ/
plecti: haud ĩ ꝓcliui ẽ. Atq extremitates illius ĩ Auſtrũ. & Hibernos or/
tus excurrentes: triãgulas eſſe cõmemorãt. Eius uerticẽ ad Euripũ Sicu/
lũ ꝓduci. Baſin aũt Alpes habere. Cõcedere uero latus alteꝝ ĩ freto fini/
ti Siculo: & Tyrrhẽo allui pelago. Cæteꝝ formã rectis deſcriptã lineis:
ꝓprie triãgulã appellãt. Hic aũt Baſes: & Latera rotũda ſũt. Quod ſi cõ/
cedẽdũ eẽ dixerim: lineæ circularis formã eẽ ponẽdũ ẽ: Baſin inq̃ & Late
ra. Concedatur & Lateris huius obliquitas: quæ uergit in ortũ. Reliqua
mius apte dixerunt: cũ latus unũ a ſinu Adriatico uſq; ĩ fretũ præſuppo
nant. Latus autem abſq; angulo lineam appellamus. Abſq; angulo uero

est:cū partes aut ĩuicē nō uergūt:aut nō multum. Verum ab Arimino
ad Iapygiā extremitatē:& ab Siculo freto ipso: ad extremitatē eādē:per/
multū inclinant̄.Eūdē ĩ modū se habere arbitror & sinus Adriatici La/
tus:& Iapygiæ.Cū.n.ĩuicē cōcidāt ad Arimini & Rhauēnæ locos:āgulū
efficiūt.Sin aūt nequaq̄ āgulū efficiūt Circūferētiā saltē efficiūt non exi
lē. Qua ꝓpter si hoc unū Latus existit:haud sane recta ē e sinu ad Iapygi
am nauigatio.Reliquū uero his ex locis ad fretū latus alteꝝ describit:ne
hoc qdē rectū. Sic q̄drāgulā potius:q̄ triāgulā figurā esse diceres.Cæte/
rū nullo pacto triāgulā:nisi uelis abuti. Veꝝ cōfiteri præstat:qđ figura/
rū quæ geometrica ratiōe mēsurari nequeāt:non facile circūscribi tradi/
tio potest.Particulatim uero hūc ĩ modū dicere possūus:qđ ĩferior Alpi
um ps curua & sinuosa ē cōcauitates in Italiā uersas hñs.Ipsius aūt sinus
ptes mediæ ad Salassos existūt . Extrēitates uero cōuersionē habēt.Hic
qdē usq; ad sinus Adriatici ultĩas oras.Hic uero ad maritimā Ligurū re
gionē:usq; ad Genuā Ligusticū ēporiū:ubi rupes Apēnini Alpibus co/
pulāt̄.Cōtiuo aūt subiacet nō mediocris qdē cāpus: latitudīe ac lōgitu/
dīe sane p stađ.c.duūq; miliū.Latus eius ĩ meridīē spectās:& Venetorū
littore claudit̄:& montibus Apēninis:Ariminū & Anconē puēiētibus.
Ii enī a Liguria ĩchoātes:ĩ Thusciā irrūpūt:āgusta dimittētes littora.De
hic ubi paulatim mediterraneam ĩ regionē secesserit:cū ad Pisanū cōsi
stat agꝝ:ĩ ortū: Adriaticū sinū cōuertunt̄:usq; ad Arimini & Ancōis lo/
ca p lineā rectā:Venetoꝝ sese littoribus applicātes. Cisalpīa igit̄ Gallia
hisce termīs ĩcludit̄.Littoris qdē lōgitudo ad. ccc.stađ:& milia sex ipsis
cū mōtibus. Latitudo uero paulo minus stađ mille.Reliq̄ Italia āgusta
qdē & oblōga:ĩ duos excurrit uertices.Hic quidē ĩ Siculū fretū . Hinc
autē ad Iapygiā. Vtrīq; uero strigit̄:& ab Adriatico sinu:& a Tyrreno
mari.Est aūt Adriatici sinus forma ipsi Italiæ perq̄similis magnitudīe.
Quā Apēnini mōtes termināt:& utrūq; mare:usq; ad Iapygiā. Terrāq;
sinu Tarētio:& Posidoniate circūdatā.Maxīa.n.utriusq; latitudo stađ ē
circiter mille ac.ccc.Lōgitudo uero nō mľto mīus sex milibus. Reliqu/
um ē q̄tū Brutii:& pleriq; Lucanorū obtinēt. Polybius refert maritimā
ipsā ex Iapygia usq; ĩ fretū:itīere qdē pedestri: stađ tribus milibus esse:
& Siculo pelago allui.Cursu uero maritīo q̄ngentis stađ mīus.Montes
aūt Apēnini:ubi Arimini & Anconis loca attigerūt: Iapygiæ latitudinē
a mari ad mare terminare.Rursus deflexionē accipiētes:totā ĩ lōgū regi
onē secare.Iā usq; ĩ Picētes & Lucanos:nō mľtū ab Adriatico sinu dista/
re.Cū uero Lucāis ꝓpīquāt:ad alteꝝ mare ĩclinātur. Dehic uero p Luca
nos & Brutios:excurrūt ad Leucopetrā agri Rhegini terminantes.Hæc
igitur de uniuersa huius ætatis Italia:talē ĩ formā dicta sūt. Denuo autē

ſingula ſuſcipientes:dicere pticulatim conabimur. Atite omia de ſubiecta Alpibus regione dicemus. Eſt autẽ felix admodũ cãpus: & fructuoſis collibus uarius. Hũc mediũ fere Padus diuidit. Eaq; regio: hĩc Ciſpadana: hĩc Trãſpadana dicit᷑. Ciſpadana qdẽ mõtibus adiacet atq; Liguriæ. Reliqua uero Tranſpadana ẽ. Ea uero loca tum Ligurũ: tũ Gallorũ gentes inhabitãt: tũ ĩ mõtibus: tũ ĩ cãpis cõmoratiũ. Hinc Gallorꝝ: hinc Venetorꝝ. Galli quidẽ hi Tranſalpinis cognati & conſãguinei ſunt. Cæterũ de Venetis duplex ẽ ſermo: Quidã enĩ eos a Gallis eiuſdẽ appellatiõis: Oceani accolis colonos eſſe: memoriæ prodiderũt. Nõnulli e Venetis: q poſt bellũ Troianũ: cũ Antenore ſalutẽ aſſecuti: curſum huc e Paphlagonia tenuere: deſcẽdiſſe affirmãt: hoc uſi teſtimonio: ſua in alendis eqs ĩduſtria: quæ hoc omnino tẽpore defecit. Antea uero ſũmo apđ illos ĩ honore fuerat: ab illorꝝ imitatiõe: q ad creãdos ex eq̃bus mulos ſtudium agitabãt. Cuius rei meminit Homerus. Mularũ genus e Venetis quæ robore præſtent.

Dionyſius quoq; Siciliæ Tyrãnus hinc alẽdorꝝ ſemẽ equorꝝ conſtituit: quos ad equeſtre certamẽ tollebat. Adeo ut p Græcos equine prolis Venete nobilitas maneret: & ad lõga tẽpora ꝓpago ipſa famã uendicaret. ¶Tota itaq; regio fluminibus atq; paludibus maxie Venetia referta eſt. Huic adeſt & maris cõditio. Nã ſolæ ptes iſtæ ex noſtro fere mari ſimiles Oceano caſus habẽt: & pares illi creſcendi & decreſcẽdi uices gerũt. Vnde maior cãpi ps marinis aquis plena ſtagnat: foſſiſq; & aggeribus ſicut Aegyptus ĩferior: diductis irrigat᷑ riuis: ac ptim exiccat᷑: & ruſticorũ cultu fructuoſa eſt: ptim nauigationibus commoda. Vrbium uero pleræq; inſularꝝ mõ cingunt᷑. Aliæ quadã ex pte alluũt᷑. ¶Quæ ſupra ſtagna mediterraneæ iacẽt: mirificã ex fluuiis nauigandi cõmoditatẽ ſurſũ habẽt. Ex q̃bus ĩprimis Padus ẽ. Maxĩus enĩ ſæpenũero hymbribus creſcit ac niuibus. Is m̃ltas diffuſus ĩ ptes: ĩ eruptiõibus occultũ efficit oſtiũ: haud ĩgreſſu facil᷑. At pitia mortaliũ uł difficillĩa ſupat. Priſcis igit᷑ ut dixi tẽporibus plurĩæ Gallorꝝ gẽtes fluuiũ ĩcolebãt. E q̃bus ãpliſſimi fuerãt Boii: Inſubres: & q olim cũ Geſatis Senões Romana per ĩpetũ potiti ſũt urbe. Hos Romani poſterioribus ãnis ſũditus deletos perdiderunt. Boios uero e finibus eiecerũt. Inde migrãtes circũiacẽtes Iſtro locos cum Tauriſcis habitatũt: bellũ aſſidue cõtra Dacos gerẽtes: donec ea gẽs ſũditus extĩcta ẽ. Agrũ uero q ad Illyriũ ptinet: paſcẽdis ouibus idoneũ: uicinis reliquerunt. Inſubres hac etiã ætate ſũt. Qui Mediolanũ Metropolin habuere. Ea quidem pridem uicus erat. Omnes enim uicatim habitabant. Hac uero tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas eſt: quodammodo Alpibus finitima. Et ꝓpinqua Verona ẽ: ampliſſima

& hæc ciuitas. His iferiores Brixia:ac Mantua: & Regium & Comum. Hæc mediocris erat colonia. Cæterū Pōpeius Strabo: Pōpeii magni pa/ter colonos ī eā restituit. Quā īcūbētes Rheti uastauerāt. Inde. C. Scipio tria hominū milia insup adiecit. Postmodū Diuus Cæsar quinq; Inqli/norū milia ad inhabitādū deduxit. E quibus quīgenti illustrissimi fuere græci. Hos etiā ciuitate donatos: ī habitatorū numero descripsit. Haud tamē ibidē domiciliū habuere. Sed oppido nomē relinquētes: & Nouū comū appellātes. Nouocomēses oppidāos uocauere. Huic finitimus lo/co Larius lacus est. Quē Adua fluuius auget. Inde amnē Padū īgrediēs. Fōtē uero in Adua mōte habet: ubi & Rhenus. Hæc supra paludes lō/ge habitata sūt. Patauiū aūt propīquū ē: Cūctas eius regionis urbes ex/cellēs. Nup quidē in ea cēsi sūt qngenti equestris ordinis uiri. Antiquis autē annis. c. & xx. militū milia misisse constat. Quā uero ciuitas ipsa & uirorū probitate: & artiū bonitate floruerit magnitudo: cū aliarū rerum maximo apparatu Romā missarū: tū uero pānorū & uestimentorū om/nifariā mercatura declarat. A mari sursū habet nauigationē: fluuio p pa/ludes delato. cc. & l. a magno portu stad' Portus aūt ipse: eodē quo fluui us nomine: uocatur Medoacus. Intra paludes urbs maxima Rhauenna posita ē. Tota ligneis cōpacta ædificiis: aquis diffusa: pontibusq; ac lem/bis pagrata. Cū a mari fiūt inūdatiões: nō mediocrē accipit maris ptē a/deo ut uniuersa coenositas: hic fluctu marino: hic fluminibus alluētibus tetrū mediceť odorem. Hoc pacto igiť saluberrius cōpiť locus. Vnde gladiatoribus educādis: ac exercitatiōe erudiēdis: hūc idoneū magistri locū designauerūt. Inter cætera eius loci mirabilia illď ē: qď palustribus ī locis aer inoxius ē. Quēadmodū ad Alexādriā Aegypti paludis uitiū æ/state ꝓpulsať. ppter ānis incremētū: simř etiā euanescēte coeno. Quid qď uitibus euēit qdmirabile: Eas palus creat: celeriter pficit: & multū fru/ctū edit. Annis uero qttuor aut qnq; corrūpūť. Altinū quoq; i palude ē: simile Rhauennæ situ hñs. Quo iteruallo Butriū Rhauēnæ castellū ē & Spina. Hoc qdē tēpore uiculus. At quōdā græca ciuitas: & qdē celebris In delphis Spinēsiū thesaurus cōmōstrať. Aliaq; de ipsis memoriæ mā/data sūt: apud quos maris erat Imperiū. Eā (ut tradiť) ūda maris alluerat. Nūc locus. lxxxx. a mari stad' distans: ī mediterranea iacet. Rhauenna a Tessalis cōdita phibeť. Cū autē Thuscorū iniurias ferre neqrēt: umbros quosdā ultro assūpserūt: q & hoc tēpore urbē inhabitāt. Ipsi uero domū rediere: Hæc aūt maiori ex pte paludibus ita cōtinēť: ut iūdanões habe/ant. Epiterpum: Ordia: Adria: & Iucetia: & alia huius generis oppidu/la. Quæ cum minus a paludibus uexentur: modicis sursum nauigati/onibus mari uicina sunt: Adriam quidem inclitam ciuitatem fuisse:

memoriæ proditū ē. A cuius nomie:modica trāſpoſitione ſupra: & ſinus appellatus ē Adriaticus. Aquileia ſinui proxima a Romanis condita ē: icūbētibus ipoſita Barbaris. Ad eā flumine aduerſo onerariis nauigatur nauibus:per Natiſonē fluuiū plus ſtad'.lx. Gentes ad Iſtrum Illyrice ad ipſū ſubuehūtur. Emporiū. Cōuectāt autē res hi ſane maritimas:uinum ligneis doliis:quæ paluſtris iponūt oleū præterea. Illi aūt mancipia:pecora:pelles. Extra Venetiæ quidē fines Aquileia eſt. Flumie uero ab Alpibus deſcēdēte diſterminat':per qd' ſurſū nauigat' ſtad' mille &.cc.ad urbē uſq; Noreiā. Vbi. Cn. Carbo:collatis aduerſus Cibros ſignis:re infecta diſceſſit. Locus aūt ē ad putgādum auri natura idoneus. Nec minus ad ferri fabricas. In ipſoq; ſinu Diomedis ē teplū: opus ſane memorabile:& Timauus portus:& Lucus miro decore. Septem adſunt fluuiatilis aquæ fontes:mare mox irrūpētes:lato & profūdo ſane fluuio. Reliquos uno dūtaxat excepto: ſalſas habere aquas. Polybius auctor ē:locūq; ipſū maris fontē:& matrē ab indigenis uocari. Timauus(ut ait Poſidonius) e mōtibus delatus:decidit in pſūdum. Deīde inſta terrā abſorptus ſtad' circiter.c.&.xxx.erūpit in mare. De Diomedis autē potētatu:hoc i mari: & Diomedeæ teſtātur Inſulæ & quæ in Daunia gēte: & circa equeſtre agros memoriæ pdita ſūt: de quibus quoad hiſtoriæ utile futurū ē:ſcriptis apiemus. Reliqua uero pmulta fabulis uulgata:uel f'cta aliū in modū abſunt. Sicuti quæ ad Phæthōtē & Sorores Heliades:i populos cōuerſas arbores:circa amnē Heridianū:qui nullibi terrarū exiſtit:cū uicinus pado dicat'. Itēq; ferētes electra Inſulas: ante Amnem Padū iacētes. In quibus & Meleagrides ſint. Horū enī nihil in locis ipſis extat. In Venetis ſane quidā Diomedi inſignes exiſtunt honores. Nam candidus illi imolat' equus: Duo præterea luci monſtrātur:alter Iunoni Argiuæ:alter Dianæ Etoliæ dicati. Inſup fabulātur: In hiſce lucis feras ita māſueſcere: ut cerui lupis aggregētur. Aduētātūq; hominū eas manus demulcētes pati. Quod ſi quas canes inſectētur:ubi huc confugerint:ab inſectatione ceſſare. Fama uero ē:celebrē admodū fuiſſe quēpiā:qui in faciendis uadimoniis:ſtudio nō mediocri teneret': qua ex re:& hominū iocis carperetur. Is igit' in uenatores fert' icidiſſe:q irretitū haberēt Lupū. Et illis per iocū rogitātibus:uellet ne p ſpo uadē ſe cōſtituere:' ut illata ab eo dāna pſolueret. Sic e retibus bæluā dimiſſuros. Fideiubere ſeſe cōfeſſus ē. Emiſſū deīde Lupū: p magnū eq; armētū agitātē:nullo notatū cauterio ad fideiuſſoris ſtabulū adduxiſſe. Eū recepta gratia:eq;bus lupi notā iuſſiſſe & īde lupiferas nemiaſſe:uelocitate magis q̄ pulchritudīe præſtantes. Cuius ſucceſſores & ſignū & nomē: eqrū generi ſeruaſſe. Vtq; ſolis eis ſtirps ipſa legitiæ pdutaretur:fœminā nullā aliēate cōſueſſe. Eqnā hic

præcipuæ celebritatis ꝓgeniē extitisse. Hac uero tēpestate (ut diximus) omis huiusmodi rei defecit exercitatio. Post Timauū: Istroꝝ usq; Polā: littus ē: quæ Italiæ adiacet. In medioq; Tergeste castellū ē ab Aquileia c.lxxx. distās stadiis. Cæterū Pola in sinu: portus formā habente sita est. Paruas quidē uerū fructuosas & portuosas: præ se ferēte Insulas. Priscū autē ē id Colchorū ædificiū: q aduersus Medeā imissi fuerāt. Ii uotorū ipotes: & fugæ desperatiōe solliciti: Græcoꝝ quidē lingua exulum: Colchoꝝ uero sermōe Polā appellauere locū: uti Callimachus cōmemorat. Regionē igit̄ transpadanā incolunt Veneti & alii usq; Polā. Super Venetos Carni & Genomani & Medoaci & Symbri: e quibus nomini Romano hostes extiterūt aliqui. Veꝝ Genomani: Venetiq; fotia iunxerunt arma: & ante Annibalis expeditionē: quo tēpore Boios & Insubres bello ꝓsequebātur: & annis posterioribus. Cispadanā uero obtinēt plagā uniuersam alii: q̄tā mōtes Apēnini: ad Alpes circūdāt: usq; Genuā & Sabatios. Plurimū autē Boii & Ligures & Senones & Gesate possidebant. At eiectis inde Boiis: deletisq; Gesatis atq; Senonibus: Ligurū natio restat: & Romanorū coloniæ. Romanis autē & Vmbrorū imixta gēs ē: & aliquibus in locis Thusci. Vtraq; enī horū gens: prius q̄ Romanoꝝ āplissi caret Imperium: inuicē de prioris loci dignitate decertabant. Et mediū inter utrosq; Tiberim fluuiū i seipsos facile traiiciebāt. Quod sicubi ullas bellorū incursiones alteri in alteros gerebant: reliquis certamen erat: ne eadē ad loca egredientes desisterēt. Igitur Thuscis aduersus incolas Padi Barbaros exercitū emittētibus: ac re benegesta: cū non lōge quidē post per quādā molliciē rursus fusi effugissēt: Alteri aduersus eiectores exercitū ductitarūt. Postea de locoꝝ Imperio per successionē quandam propugnantes: multas colonias partim Thuscoꝝ partim Vmbroꝝ effecerūt. Plures tamē Vmbrorū. Nā ii propiores erāt. Rem inde Romani suscipiētes: missis passim coloniis: & priora coloniaꝝ genera cōseruarūt: & nūc uniuersi Romani sūt. Nec minus autē Vmbri quidā dicunt̄ & Thusci. Quēadmodū Veneti: Ligures & Insubres. Cis Padū uero: circūq; Padū celeberrimæ sūt ciuitates: Placētia & Cremona: media i regione propinqssimæ. Inter has & Ariminū sūt Parma: Mutina: Bononia. Prope Rhauēnā in hatū medio exigua quædā iacēt oppida: p quæ iter est Romā: Acara: Rhegiū: Lepidū: Nacri: Cāpi: ubi quotānis forū conficitur. Cliterna: Forū Corneliū: Fauētia: Cesena: Isapi fluuio propinqua: & Rhubiconi. Hæc proxima sunt Arimino. Est autem Ariminū Vmbrorum colonia: sicut & Rhauenna. Verum utraque Romanos accepit iglinos. Habet aūt Ariminū portū: & eiusdē nominis Amnē. E Placētia Ariminū stad̄ sūt mille &.ccc. Supra Placētiā uero ad Cottute cōfinia:

Clastidium
Darthon·

intra miliaria sex;&.xxx.urbs Ticinũ est:& simili uocabulo prætersluẽs
Amnis Padũ igrediẽs. Habet & tractus ille Clastidiũ: atq; Darthonẽ &
aquæ distãti pusillũ in trãsitu. Recta uero ad Ocelũ uia præter Padũ:ad
Duriã flumẽ ẽ magna ex parte limosa:cõplurimis alios habens fluuios,
Quorũ Druẽtia miliaria circiter.lx.labẽs. Hinc Alpes iam:& ager Galli/
cus. Ad mõtes autẽ Lunæ incũbẽtes urbs ẽ Luca:ubi pleriq; uicatĩ habi/
tant. Regio tamẽ probitate uirorũ floret. Et robur militare hinc magnũ
educit. Et equitũ multitudo: ex quibus Senatus militares capit ordines.
Est aũt Dartho ciuitas insignis:& mẽtiõe digna: medio inter Placẽtiã &
Genuã itinere iacẽs ab utraq;.cccc.distãs stad. Hac in uia ẽ Custodia &
Iellia. Ex Placentia uero Ariminũ distãtia dicta ẽ. Sed Rhauennam per
Padũ nauigatio ẽ diez duoz nochũq; totidẽ. Magna intra Padũ ps pa/
ludibus obtinebat: p quas Annibal magnis difficultatibus iter fecit in
Thusciã. Cæterũ Scaurus deductis ex Pado usq; in Parmensium agz
fossis:nauigatiõibus cõmodis paludes ipsas exiccauit e cãpis. Per Placẽti
na siqdẽ arua Trebia Padũ isluẽs:aliiq; itẽ cõplures ãte fluuii:ultra mo
dũ plenius stagnãt. Hic ille Scaurus ẽ:qui per Pisas & Lunã usq; Saba/
tos uiã strauit Aemiliã:& hinc per Darthonẽ. Alia uero ẽ Aemilia: quæ
per Flaminiã excipit. Eodẽ enim in consulatu. M. Lepidus:&. C. Flami/
nius collegæ fuerũt. Victores autẽ Liguz strauere. Hic quidẽ Flaminiã
e Roma per Thusciam & Vmbriã:usq; Ariminũ:alter reliquã porro
usq; Bononiam;& ex ea in Aquileiã:prope Alpiũ radices:ducto per gy/
rũ circa paludes opere. Huius regionis terminus monstratus est, Quam
Cisalpinam nũcupamus Galliã. Ad reliquã Italiam & montes Apẽnini
Thusciæ iminẽtes: & Esis amnis: & postremo Rubicon:utriq; Adriati/
cũ intrantes pelagus. Horũ uirtutẽ locoz:tũ ipsa hominũ probitas testa/
tur:tum oppidorũ magnitudo:tum uero diuitiarũ amplitudo. Quibus
omnibus huius regionis habitatores Romani:cæteris antecellunt Italis.
Nãq; telluris istius cultura imodicos ac diuersos inducit fructus. Et Ne/
mora tantũ habent glandiũ: ut educãdis hinc porcorũ gregibus: maxia
ex parte Romanus alatur populus. Egregie uero ferendo milio:ob fera/
cium aquarũ abundantiã frugifera est. Quod fami remedium est proxi/
ximum. Cõtra tẽpestates enim uniuersas: aerisq; malignitatẽ resistit. Et
nullo deficere potest in tẽpore:licet frugũ cæterarũ sterilitas inualescat.
Quid de pice:q̃ admirãda productio? Quãta uero uini sit ubertas: ua/
sa ipsa pronũtiãt. E lignis nãq; fabricata:domiciliorũ magnitudinẽ exce
dunt. Suppeditat enim ingens illa pacis copia:
Loci autẽ Murinenses & Scutãnæ adiacẽtes fluuio: mollia & longe aliis
omnibus præstantiora ferunt uellera, Ligures autem & Insubres aspera

E quibus magna Italiæ pars domesticis indumenta conficit. Mediocria
uero parauini: E qbus preciosi tapetes: & Gausapa texuntur. Et hoc stra/
gulæ uestis genus utrinq; uillos eminentes habẽs: uel una tantũ e sup/
ficie Hisce in locis: nõ eadẽ nũc quæ olim metallo℞ studia & cura: forte
quia in maius ex transalpinis Gallis & Hispanis: lucra proueniunt. Sup/
ioribus uero ãnis opera dabat': cũ Vercellæ aurifodinam haberent: & in
Ictumulorũ uico: & alio huic uicino. Vterq; uero Placentiæ finitimus ẽ.
Hæc qdẽ prima Italiæ particula. Hactenus circuitus dictus ẽ. Secunda
exponatur Liguria: in ipsis Apẽninis mõnbus: inter Galliã sic enĩ uocat'
hoc tẽpore: atq; Etruriã sita: nihil descriptione dignũ habens: nisi quod
uicatim uitã agutit: terrã arantes asperrimã: fangãtesq; ligonibus. Immo
uero saxa incidẽtes: ut Posidonius ĩquit. Tertii sũt hisce cõtinẽtes Thu
sci: cãpos usq; ad ãnẽ Tiberim possidẽtes. Quos ad solis ortũ: maxĩe flu
uius alluit: donec pelagus intret. Parte aũt ex altera: Tyrtheno atq; Sar/
donico mari sũt cõfines. Ex Apẽninis aũt mõnbus Tiberis effluit. Plu/
ribus uero auget' amnibus. Partimq; per ipsã excurrit Etruriã. Deiceps
autẽ ipsã disterminans: primũ quidẽ ab ea diuidit Vmbriã: postea uero
Sabinos & Latinos: Romæ ad littus usq; finimmos. Adiacẽt autẽ modo
quodã ipsi fluuio: & Thuscis ĩ lõgitudine & latitudine: ĩter se pares. Ad
Apenninũ uero Adriatico uicinũ pelago sese habẽt: primi qdẽ Vmbri:
post eos Sabini. Postremi latiũ habitãtes: cũ oẽs a flumine initium capi
ant. Latinus igit' tractus inter ostiæ littus & Sinuessam urbẽ & Sabiniã
iacet. Est autẽ Ostia urbis Romanæ nauale Quo Tiberis erũpit: eã præ
terlabẽs. Extẽdit' autẽ ĩ longũ: usq; in Cãpanũ ag℞ & Samnitũ mõtes.
Sabinia uero ĩter Latinos: Vmbrosq; iacet. Extendit' & ipsa ad Sãnitũ
mõtes. Propĩqor Apẽnino ad Vestĩos. Pelignos: & Marsos. Cæte℞ ĩ Sa
biniæ ac Thusciæ medio Vmbri iacẽt. Mõtesq; trãsgressi: usq; Arimi/
nũ Rhauennãq; procedũt. Thusco℞ finis sub ipsis est motibus: qui ex
Liguria in Adriaticũ sinũ eos quaquauersum includũt. A proprio autẽ
mari capiunt initiũ: atq; Tiberi. Ab his igit' ipsis sũpto primordio: quæ/
cũq; Singillatim percurramus. Tyrthenos itaq; Romani Etruscos ap/
pellant atq; Thuscos. Græci uero hoc eos nomine nominarũt a Tyrrhe
no Atys filio: q ex Lydia colonos hanc in regionẽ: sicut traditur dimisit.
Atys enim ex prognans Herculis: & Omphales unus: cũ sterilitate ac fa
me populũ emittere cogeret'. E duobus filiis sorte iacta: Lydũ quidem
regni successorẽ renuit. Tyrrheno autẽ maiorẽ applicans populũ: foras
abire iussit. Hanc ille tandẽ ĩgressus orã: de suo uocauit nomĩe Tyrrhe/
niã. Cũq; ædificandis urbibus Tarconem præfecisset: a quo Tarquinii
cognomẽ accepit. Ciuitates. xii. condidit. Hũc ab ĩeunte puericia ĩdolis

gratia: canescẽtẽ fuisse fabulãtur. Tãta iã tũ i eo efflorescebat sapiẽtia. Ea igitur tẽpestate: cum uno sub duce instructi essent: magna ipsorum erat potentia. Postremis inde tẽporibus cõcordẽ illũ regẽdi statum dis/solutũ fuisse: quis nõ suspicet? Et ciuitates ipsas diuulsas: sic finitimorũ uiribus cessisse. Haud enĩ tãtã agrorũ beatitudinẽ omittẽtes: maritimas latrocinãdo artes inuasissent: alius ad alia conuersi maria. Quandoq̃dẽ si concorditer conspirassẽt: nõ modo icursãtes propulsare hostes satis ualu/issent: Sed etiam ultro inferre impetus: & lõginquas expeditiões factita/re. Post urbẽ Romã uero conditã: Demaratus aduentat: frequẽtẽ e Co/rintho adducẽs populũ. Qui a Tarquiniensibus acceptus: ex indigena uxore Lucumonẽ procreat. Is dehinc Anco Marco Regi Romano: ami/cicia deuictus: adeptus est Imperium. Et mutato nomie. L. Tarquinius Priscus uocatus ẽ. Hic igit & pater ptius Thusciã magnis isigniuerunt ornamẽtis. Ille qdẽ artificũ facultate & copia q hominẽ domo subsecu/ti sũt. Hic aũt præstitis a Romana ciuitate opportũitatibus. Namq; me/moriæ proditũ ẽ: ut triũphalia ornamẽta; isigniaq; cõsularia: & simplici/ter magistratuũ decora i Romanã urbẽ a Tarqniis trãslata sũt: & uirgæ & secures & tubæ & sacrorũ faciẽdorũ ritus: ut auguria & musica: quam Romani ad res publicas usurpãt. Huius filius Tarqnius secũdus exti/tit. cognomẽto supbus. Qui regũ extremus: eiectus ẽ e regno. Quẽ Clu/sii Rex Porsena: ea Thusca erat ciuitas: armis reducere cõatus ẽ. Quod ibi efficete fas nõ fuit; pace facta i amiciciam populi Romani: sũmis re/ceptus honoribus: donisq; magnificẽtissimis abscessit. Hæc quidem de Thuscorũ claritate. Quid isup Ceretanorũ gesta? Nã & capta urbe Ro/ma redeũtes Gallos i Sabinis aggressi: bello armisq; fuderũt ac debella/rũt: & quæ illi ab libẽtibus acceperãt spolia Romanis: ab inuitis ipsi inti/puerũt. Præterea eos q ad se capta Roma cõfugerãt: saluos protexerũt. Simul & æternũ: ac i extinctũ ignẽ; Sacerdotesq; Vestales. Romani igi/tur ꝓpter malignos reipub. Gubernatores nõ satis illis gratiæ memoriã tenuisse uidet. Nã data ciuitate minime illos inter ciues scriptos retule/re: Alios qnimmo qbus ius ipsũ æquabile cõmunicatũ nõ erat: ad Ce/retanorũ exterminabãt tabulas. Hæc autẽ ciuitas magna iter Græcos glo/ria: cũ hominũ fortitudie: tũ uero Iusticia claruit. Nã cũ potentissima es/set: ab latrociniis prorsus abstinuit. In Pythii Apollinis tẽplo Agillinorũ nominato: positus ẽ Thesaurus. Nã quæ nũc Cere dicit: quõdã nomia/bat Agilla. Eaq; a Pelasgis e Thessalia profectis cõdita fert. Cæterũ Ly/dis quos mutato uocabulo Tyrrhenos noiabant: aduersus Agillinos bel/ligerãtibus: murũ subiẽs qdã urbis nomẽ pcõtabat. Cui e muro Thes/salus qdã ꝓ responso: Salutẽ renũtiãs Chere. i. salue iqt. Thusci bonum

hoc accipientes omen:captā urbē Submutato uocauere nomine. Verū tā splēdida:tāq; gloriosa quōdā ciuitas: Vixdū hac ætate urbis uestigia seruat. Vicina sane magis fulgent balnea: meliorū probitate hominum: quæ uulgo Ceretana uocātur:propter eos q ad ea: curandæ ualitudinis gratia proficiscūtur. Eniuero Pelasgos gētē uetustissimā:p uniuersā græciā:præsertim Eolicā: Thessaliæ excelluisse:cūcti ferme confitētur. Eos originē ab Arcadibus ducētes:uitā militarem delegisse: auctor ē Ephorus. Ad quā uitæ istitutionē:cū permultos cōuertissēt:idē omnibus uocabulū ipsisse. Vnde & apud Græcos & apud alios:quoscūq; adisse cōtigit:igētē cōsecuti sunt gloriā. Nā & Homero teste Crete coloni fuere. Vlyxes enim Penelopen alloquēs:alia inqt aliorū pmixta lingua ē. Sunt Achæi. Sūt Cretēses magnanimi Sunt Cydones trifariā genus Doricū: diuiq; Pelasgi. Argos quoq; Pelasgicū: Thessalia dicit. Inter eruptiones Penæi:& Thermopylas:usq; ad mōtanū Pidi tractū. Q uoniā & istorū locorū Pelasgi existunt. Iouē Dodoneū quoq; ipse poeta Pelasgicū nominat. Rex o Iuppiter Dodoneæ Pelasgicæ. Pleriq; & gētes Epiroticas appellauere Pelasgicas:tāq̃ illuc usq; extātes. Heroū quoq; nominibus posteriores permultos Pelasgos nūcupātes:ab illis frequētia gētibus īdide re uocabula. Nā & Lesbon appellauere Pelasgiā. Et habitātibus Troadē Cilicibus:finitimos Pelasgos nuncupauit Homerus.

Egit Hippothous sæuos per Tela pelasgos.

Q ui Larissæ habitant lætas nimis ubere glebas.

Ephoro autē auctor initio fuit Hesiodus gētē hāc ex Arcadia originem duxisse. Q ui diuino e Lycaone gnatos extitisse ait. Q uē olim Pelasgus pcreauit. Aeschylus aūt ī Ancillis:siue Danaidibus:eorū genus ex argis Mycenarū extitisse prodidit. Pelopōnesū etiā Pelasgiā uocitatā fuisse:testis ē Ephorus Euripidesq; ī Archelao Danaū illū filiarū quinquagita genitorē Argos uenietē:Inachi urbē inhabitasse cōmemorat. Quiq; antea Pelasgi nominarētur:ut Danai dehinc uocarēt:lege græca sāxisse. Anticlides quoq; scriptū reliquit:Primos eos Lemnū:Imbrūq; codidisse. Eorūq; nōnullos cū Tyrrheno Atydis filio: in Italiam comites ānauigasse. Regū quoq; scriptores Atticarū de Pelasgis tradidere. Athenis fuisse Pelasgos. Qui cū istar auiū:quo fors uocaret:huc atq; illuc errabūdi cōmearēt:p Pelasgis pelargi:i. Ciconiæ uocarēt ab Atheniēsibus. Cæterum Thusciæ longitudinē maximā:a Luna usq; Ostiā: p litus stadi milibus duobus:& qngētis esse dicit. Latitudinē p mōtana mius dimidio. E Luna uero pisas:ultra stad. cccc. esse. Hinc Volaterras:stad. cc. lxxx. Rursus hinc populoniā stad. cc. lxx. E populonia ad Cōsā ferme. dccc. Alii dc. dicūt. Polybius uero nō oīa mille. cccc. xxx. īquit. Horū Luna qdem:

ciuitas & portus ē. Græci aūt & portū & urbē Selenes: idest Lunæ appel lanr. Vrbs qdē haud sane magna. Maximus uero & pulcherrimus portus ē: m̄ltos itra se portus āplectens: magnæ ꝓfunditatis uniuersos: usq adeo ut omniū: q maris teneāt Imperiū: facile fieret receptaculū: tā late parētis pelagi m̄ltos p ānos. Celsis uero mōtibus portus ipse circūcludi tur: q prospectū lōge pelagi præbeāt. Nā & Sardiniæ: & magna littoris utriusq pars cernit. Tāta uero cādidi: & uarii lapidis lucidissimi ac talis effossio ē: ut unico integræ saxo tabulæ: atq colūnæ præbeant. Vt q insi gnia Romanæ ciuitatis opa: urbiūq reliquarū: maxīa ex pte his ex locis copiā habeāt. Nā cū mari uicina incūbat effossio: facile lapides euehunt: quos e pelago subuehēdos: Tiberis excipit. Aedificiis quoq materiā: La quearia. f. directa: & ꝓcera Thuscia abūde suppeditat. Quā confestim e montibus fluuius deducit. Inter Lunam & Pisas: Macre tractus est: quo Thusciæ atq Liguriæ termino: plerīq scriptores usi sūt. Pisæ ab iis con/ ditæ sūt Pisanis: q e Peloponeso cū Nestore aduersus Iliū militarūt. Re naugātes aūt errore disiecti: Hi qdē Metapōtū: Alii uero Pisanū tenu/ erūt agrū. Cūcti Pylii uocati. Duos aūt iter āmes sitæ sunt: i ipsorum cōgres sione: Arni. f. atq Esaris: quorum alter ex Arretio multus delabit: nō tamē itegre: sed trifariā diuisus. Alius ex Apenino. Cōfluētibus aūt illis unū i alueū: adeo mutuo tollūt altius ipetu: ut q i āborum ripis extēt: iuicē ispi/ cere sese nequeant. Quo fit ut e mari aduersis nauigari flūminibus neces/ sario nō possint. Spatiū aūt aduersæ nauigatiōis stadiā: ē circiter. xx. Tra ditū ē i fabulis: tū primū hi āmes e mōtibus ferri coeperūt: Cū ab idigēis uetarētur: ne i unū cōfluentes agros demergerent: Pollicitos esse regio/ nē minime demersuros: fidēq seruasse. Ciuitas autē ipsa felix quōdam fuisse uidet. Hoc autē tēpore: non sane ignobilis: aut obscura ē: propter frugū copiā: saxorū opera: naualē materiā: qua priscis annis ad maritima utebātur discrimīa. Et eni iter Etruscos belli gloria excellebāt. Irritabāt eos Improbi uicini Ligures: lateri sēper ihærētes. Nūc uero plus i ædifi/ cādis Romæ domibus: uillarūq magnificētiis cōsumit: qbus regiæ ri/ tu persarū apparātur. Volaterranus ager mari alluit. Hoc aūt mō ædi/ ficatū ē oppidum. In profunda ualle sublimis & præceps undiq collis extat. Cuius in uertice planicies ē: in qua sita ipsius sūt urbis mœnia. Ad quā stad. xv. ascensus ē. E cuius basi rupes rota ardua atq difficilis est. Hic e Tyrrhenis plerīq constiterūt. Et ex proscriptis a Sylla: q quattu/ or militū cōplenter ordines biennio: per obsidionē pressi: rādē p iducias discedētes: locū illū reliquerūt. At Populonia i sublimi locata promōto rio: i mare prærupto: Cherōnesi faciē habet. Isdē tēporibus & ipsa obsi/ dionē accipiens: Oppidulū ipsum totum: præter sacras ædes desertū: &

domos modicas. Vero nauale ipsũ frequentiores habet incolas: ad ipsius montis radicẽ exiguũ portũ habẽs: & nauigiorum domicilia. Quocirca sola hæc Thuscis ex urbibus: ãtiqtus ad mare fundata mihi uidet᷑. Cuius rei causa ẽ: qa tractus regionis eius ĩportuosus ẽ. Eã ob rẽ cõditores urbium maritimas fugitabãt oras. Vel ãte illas tuta iacebãt ꝓpugnacula: ne illi ĩcursãtibus prædonũ nauigiis ĩ prõptu iacerẽt: exuuiæq; illorum fierẽt. Sub uertice quoq; Thyrno: ãnotãriũ specula ẽ. Ex urbe autẽ ꝓcul: egre tamẽ Sardinia cernit᷑. Propius uero Corisca: quæ a Sardinia. lx. stad᷑ procul ẽ. Littoriq; ꝓpinqor ẽ Ethalia: quæ. ccc. abest stad᷑. Quãtũ etiã distat a Corisca. Hic autẽ cõmodissimus ad soluẽdũ ĩ mare: ĩ tris iã dictas Insulas locus ẽ. Has & ipsi uidius: cũ Populoniã cõscẽderemus nauigaturi: ubi nõnullas adhuc effossiões restare ꝑspeximus. Ferrũ quoq; laborari uidius: qđ ex ipsa deuehebat᷑ Ethalia. Quod si ĩ eius Insulæ fornacibus cõcoqtur: ĩ massã cõpigi nõ potest. Mox igit᷑ ab effossoribus defert᷑ ĩcõtinẽtẽ. Hoc admiratiõe dignũ habet Insula: ut exhausta effossionibus loca: tẽporibus rursus repleta cernãt᷑. Sicut de Rhodi Platamõibus: & de Pari insulæ marmore ꝓditũ ẽ. Idẽ apđ Indos de Sale Clitarchus assent. Nõ ergo recte dixit Eratosthenes: q e continẽte neq; Corsicã: neq; Sardiniã cerni posse ait. Neq; Artemidorus: q eas lõge ĩ pelago: utrãq; mille ac. cc. abesse stađ ĩqt. Quoniã siqbus aliis: ne nobis sane spectabiles extitissẽt: quæ tã procul abessẽt: ut manifeste cernerẽtur: & præsertim Corsica. Extat aũt ĩ Ethalia portus nomine Argous: ab Argo naui dictus ut ꝓhibẽt. Nã cũ Medea Circẽ uisere cõcupisset Iasonem: illius domicilia quæritasse ferũt. Permanere adhuc etiã q̃sdã minutiarum abrasarum uarietates: quas Argonautæ fecerãt: & ĩ unũ cõpactæ: calculi sũt in ripa. Huiusmodi uero fabulamẽtorum fictiones: eorum quæ a nobis narrãt᷑ ĩdicia sũt: ut Homerus ipse nõ omia p se finxerit. Sed cũ taliũ uulgatos rumores audiret: iis lõgas addebat distãnas: locorũq; digressiones: Sicut Vlyxem in Oceanũ exisse fecit. Similiter & Iasonẽ: cũ huic & illi errores obuenerit. Velut & Menelao. De Ethalia qdẽ tãtũ dixerim. Corsica uero quã græci Cirnũ appellãt: maligne colit᷑: Aspera & plurimis ĩ ꝑtibus prorsus inaccessibilis. Adeo ut q eius mõtes habitãt: ex latrocitiis uitã degẽtes: superẽt ipsas ĩmanitate bæluas. Cũ ergo Romãi Imperatores ĩ eos irruãt: ipsorũq; castella irrũpãt: magnũq; seruorũ gregẽ captũ aduehãt: Romæ cernere est simul & mirari: q̃ agrestis uideat᷑ effigies: q̃q; bestiarum appareat diritas faciesq; truculẽtæ. Aut enim uitam tolerare non possunt: aut ꝑ socordiã: & ignauiã insensari dominos cõterunt. Itaq; licet pro eis paulũ exponant precii: tamẽ pœnitẽtia torquẽtur. Habitabilia tamẽ nõnulla sũt castella: Blesini: Carax: Eniconiæ: Vapanes. locorum scriptores Insulæ

huius longitudinem asserunt miliaria.c.&.lx. esse.latitudinē uero.lxx. Sardiniæ autē lōgitudo.cc.&.xx.latitudo.lxxxxviii.Secūdum alios ambitus Corsicæ:circiter tria milia &.cc.stad̄. Sardiniæ aūt quattuor milia est.Eius pars nō modica est aspera:minimeqꝫ trāquilla. Magna quoque pars agrū habet rebus omnibus felicē:præcipue tritico.Plerasqꝫ uero urbes cōtinet.Ex quibus digniores sūt Calaris & Sulchi.Locoꝝ quoqꝫ uirtuti malignitas quædā obstat.Insula enī æstiuo tēpore morbosa ē:ī locis maxime fœcūdis.Hæc autē ipsa mōtani populātur incolæ. Et quidē frequēter:qui Diagesbei uocātur.Cū antea Iolenses nominarētur. Memoriæ enim proditū ē:Iolaū plerosqꝫ adducētē Herculis filios huc applicuisse.Et cū Insulæ accolis Barbaris cohabitasse: q̄ natione Thusci erant. Pœni postmodū e Carthagine delati:Impiū obtinuerūt: cūqꝫ iis aduersū Romanos bellū gerebāt.His aūt deletis:reꝝ omniū potiti sūt Romani.Mōtanorū uero q̄terni sūt populi:Parati:Sossinati: Balari: Aconites:

ger seminarius

Spelūcasqꝫ īhabitāt.Neqꝫ agri q̄ppiā habēt semiarii.Et quē habēt:tamē segniter serūt.Sed alios accurate colētes spoliāt:prim īdigēas: ptim trās æquora nauibus inuadentes.Præsertim Pisanos.Missi eo prætores quādā cohibēt.Alia fessi omittunt. Cū pestilētibus in locis exercitū assidue nutrire:minime cōducat.Reliquū ē autē illis Imperatoribus:ut exercitū ducēnt artibus q̄buspiā.Et quidē Barbarorū morē obseruantes. Nā ii post latrocinādū:dies cōplurimos prædenundinas celebrāt. Tūc īcursāt:multosqꝫ mortales in manus retrahūt.Has in Insulas nascuntur arietes:q̄ pro lana pilū caprinū procreāt:quos Musmones uocitāt.Eorū sese pellibus:thoracis modo muniunt.Pelta utunt̄ & pugione. A media īter Populoniā & Pisas regione satis cernūtur insulæ.Oblōgæ autē sūt:pariterqꝫ a seipsis distantes.Hæ tres in Austrū Africamqꝫ conuersæ.Ethalia multo cæteris minor ē.Ex Africa uero in Sardiniā:ubi propius ē:distantiā miliariū.ccc.esse:locoꝝ descriptores prodidere.Post Populoniā Cossæ:paulo supra mare oppidū extat.In sinu tumulus sublimis est:īn quo ædificatū est oppidū:sub quo Herculis portus iacet.Et lacus ex mari salsus ꝓpīquus. Ad sinusqꝫ ipsius ultima Thynnoꝝ prospectus ē. Thynnus enim nō modo glandes:uerꝫ etiam purpuras prosequitur prope terrā.Ab exteriore pelago:usqꝫ in Siciliā inchoans.A Cossis Ostiā nauigātibus exiguæ occurrūt urbes.Grauisce:Pyrgi:Halliū:Fregena.Ad Grauiscas.ccc.sunt stad̄.Inter hæc locus est quem Regis uillam uocāt.Hāc Maleori Pelasgi regiam fuisse:scriptis mandatum est.Quem cum finitimis Pelasgis in his locis magna excellentem potētia: inde digressum: Athenas petiisse.Ex hac natione sunt etiam ii:qui Angyalam habitauere.A Grauiscis uero ad Pyrgos paulominus.c.& octoginta stad̄.A stad̄

inde.xxx. Ceretanorū ē Emporium. Habetq; Lucinæ tēplum:a pelasgis cōstructū:quōdam opulentissimū.Ipsū autem Siciliæ Tyrannus Dionysius depeculatus est:ī cursu ad Corsicā. A Pyrgis Ostiam.cc.lx.stad. In medio est Hallium & Fregena. Et de Tyrrheni quidē maris littore hæc dicēda uisa sūt.Cæterū ī mediterranea:præter iā dictas urbes extāt. Arretiū: Perusia: Vulsinii: Sutriū.Viterius oppidula cōplura.Blerate: Ferētenū: Falerii:Faliscū:Nepita:Statōia. Aliaq; cōplura. Nōnulla ab ītio quidem consistebant. Alia uel Romanorū sunt coloniæ: uel depressa:sicut sæpius finitimi expugnati sunt:ut fidene. Aliqui sane Falerios ī Thusciæ regione:minime locandos esse aiunt. Sed Faliscos per se gētē. Quidā etiā Faliscos proprii sermonis ciuitatem posuere. Aliqui Oeaci Synfaliscū appellāt:in uia Flaminia iacentem: iter Ocheculū & Romā. Sub monte autē Soracte urbs est Feronia. Quo nomine & dea quædā nuncupatur. Quā finitimi miro dignātur honore. Quo ī loco ipsius tēplū ē:mirificū sacri genus habens. Nā qui eius numine afflātur:nudis pedibus prunas:& copiosū iambulāt sub hac dæmone:nulla læsione cinerē. Eo ingēs mortaliū multitudo conuenit:& celebritatis ipsius : quæ quotānis celebratur gratia: pariter & spectaculi qd' dico. In mediterranea uero: maxime ad montana extat Arretiū : mille ac.cc.a Roma distās stad. Clusiū uero dccc.prope est:& Perusia. Ad agri beatitudinē accedūt & lacus magni & pmulti. Qui & nauigationibus patēt:& permītis mēsis nutriunt opsonia:& palustres auiculas. Nō modicū etiā cremiū. Papyrusq; & Ulua copiosa:Romā per fluuios cōuectatur:qui usq; in Tiberim e lacubus effluunt. Eqbus ē Ciminius:& circa Volsinios & Clusiū & prope Romā:admodū ad mare Sabata .Longissime autē terra Pasumenna Arretio uicina:per quā ex Gallia in Thusciam exercitus incutlāt. Qua usus est Annibal:cū duæ paterent uiæ. Hæc scilicet & Arimini p Vmbriā: Meliorq; Arimino. Ibi.n.satis humiles mōres fiunt. Cæterū cū hic ipse transitos statiōe teneretur accurratius: asperiorem diligere coactus ē. Et tamen compos euasit:superato magnas per pugnas Flaminio. Thuscia quoq; ubi Romæ propiquior est: ubertatem calidarum habet aquatum. Nec minus abundāt q̄ Gaiæ quæ reliquas omnis nobilitate præcellunt. Thuscia applicatur:ex pte orientis Vmbria. Quæ ab Apennino incipit.& ultra etiam usq; ad sinum Adriaticum. Hi enim a Rhauenna inchoantes:propiora deinceps tenent. Sarsinam: Ariminum:Senam:Camarinum. Ibi & Esis fluuius est:& mons Cingunus & Sentinum. Amnisque Metaurus:& Fanum fortunæ. In hisce nāque locis priores fuere Italiæ termini:atq; Galliæ:ad quādam maris eius partē. Licet Imperatores sæpenumero trāsposuerit. Antea qdē Esin flumen terminū faciebāt.

Rursus rhubiconē fluuiū. Esis inter Anconē labit̄ & Senegalliam. At Rhubicon inter Atiminū & Rhauennā. Vterq; in Adriaticū excurrit pelagus. Nūc uniuersa usq; Alpes Italia demōstrata ē. Hos igitur omit/ ramus terminos. Redeamus uero ad Vmbriā. Quā usq; rhauēnā extē di consentiunt omnes. Hinc enim usq; Ariminū .ccc. esse asserūt. Ex A/ rimino enim iter Romā per flaminiā uiā faciēti per Vmbriā: usq; Ocri culos & Tiberim: stad̄ .l. &.ccc. supra mille. Hæc quidē lōgitudo ē. Cæ/ terū lantudo impar. Intra montes uero Apenninos hæ sunt urbes digni tate præcellētes. Ad ipsā quidē uiā flaminiā Ocriculi: Tiberi propinq; Laroloni: Narnia: per quā Naramnis labitur: Tiberim influēs paulo su/ per Ocriculo exiguis nauigabilis nauigiis. Dehinc Carsuli & Meuania: præter quā labit̄ Teneas: & hic ipse paruulis Scaphis collectos ex agro fructus deuehit in Tiberim. Sunt & aliæ Vicanæ habitationes: potius uiæ gratia: q̄ ullo ciuili coetu congregatæ. Fo℞ Flaminii: Nuceria: ubi ua sa lignea fabricātur. Forū Sēpronii: ex Ocriculis autē Ariminū permeā ti: uia dextera inter amna occurrit: & Spoletum & Esium & in ipsis mō/ tibus Picentinorum confinibus: ad montana Camertes. Altera ex parte Ameria & Tuderclara ciuitas: & Hspellum & Iturum. Prope hoc sane montis excessus est. Vniuersa regio fertilissima est. Montana aliquanto magis: quæ siligine potius q̄ tritico: mortalibus uictū suppeditat. Et mō/ tana Sabinia est: ordine huic adiecta: sicut illa Thusciæ: & quæ his pro/ pinqua sunt: & Apennino lōge magis q̄ Latiū asperiora. Hæ quidē gen/ tes decem initium a Thiberi: ac Thuscia ducētes: ad Apēninū & Adri/ aticū mare protrahūtur: ex obliquo insectæ. At umbria usq; ad mare ua riās (ut dictū est) porrigitur. De qua satis expositū sit. Sabini angustū in/ colunt agrū: in longitudinē protēsum a Tiberi: usq; Nomentū oppidū: stad̄ mille: usq; ad Vestinos. Paucas quidem ac tenues habēt urbes: bel/ lorū assiduitate uastatas: Amiternū & Interocreā uicū: Reati finitimum: In Cotiscoliis frigidæ aquæ sūt. Quarū potus & insessio morbos curāt: Sabino℞ quoq; sūt Foruli: petræ ad rebellādū: q̄ ad habitandū aptiores. Cures urbs quōdā insignis: nūc autem uiculus: e qua exciti sūt. T. Ta rius: & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes. Hic Quirites appellare solent Romanos: qui orationē habēt ad populū. Treburaque & Eretū: & tales habitādi sedes aliæ. Vici potius q̄ urbes censeri debēt. Ager eorū egregie oliuetis: & uinetis prædita ē. Glandesq; passim pro/ ducit: maxime gregibus & armentis studēt. Rheatinorū uero mulorum genus mirū ī modū nobile. Vt aūt sūmatim dicā: Italia cūcta pecorū & frugū præstātissima nutrix ē. Cæterę ptes aliis atq; aliis ī rebus principa tū adipiscūtur. Sabini uero gēs ātiquissima ē. Indigene & Aborigines.

Ab his Picētini: Sānitesq; ī colonias deducti. Horū autē Lucani. Horū uero Brutii. Ex eoꝝ uetustate fortitudinis documētū quis fecerit: cætereque uirtutis: Cuius opes aduersariis in hāc usq; ætatē obstitere. Rerum scriptor Fabius auctor est: Romāos tū primū diuitiaꝝ sēsum accepisse: cū huius potiti sūt gentis. Per ipsos uia Salaria: nō magnæ longitudinis strata est. In quā & Nomētana incidit: apud Heretū Sabinorū uicū: supra Tiberim iacētē: ex eadē Collina porta inchoās. Dehinc Latiū iacet. In quo & urbs Roma. Quæ etiā multas ex nō latina prius collegit. Eq enim: Volci: Hernici: Aborigines: Romæ appositi. Et Rutuli priscā habētes Ardeā. Aliiq; cōuētus maiores & minores: circa priscā illā Romā habitātes: cū initio urbs cōdita fuit. E quibus nōnullos uicatim suis legibus ætatē ducere obueniebat: cū nulla sub gente cēserentur. Aeneā una cū Anchise patre: & Ascanio filio Laurētū applicuisse: memoriæ proditū est. Ad littus prope Ostiā ac Tiberim: paulū a mari supra: circiter q̄tuor &.xx. stađ oppidulum ædificasse. Aduentātē deinde Latinū regem Aboriginū: qui tunc loca: ubi nūc Roma est incolebāt: cū Aenea societatē inisse aduersus finitimos rutulos: qui Ardeā per id tēporis tenebāt. Distat autē ab Ardea Roma stađ.c.&.lx. Victorem uero a Lauinia filia proxime urbē cognomine ædificasse. Denuo conferentibus pugnā Rutulis: Latinū cecidisse. At Aeneā re feliciter gesta Imperiū adeptum suos etiam latinos appellasse. Hoc etiam & genitore: humanis ex rebus excedēte: Ascanius in Albano monte: qui quantum & Ardea rantū distat a Roma: Albam posuit. Eo in loco Romani pariter ac Latini: ex uniuerso regno Ioui īmolāt. Instāte sacri tempore præfectus īstituitur e nobilioribus unus iuuēibus. Post aūt ānis.cccc. Amulii ac Nūitoris facta sunt: ut memoriæ mādatū ē: ptim fabulosa ptim ꝓpius fidē. Ambo enī ab Ascanii ꝓgnatis p successionē Albæ regnū acceperūt: qđ usq; ad Tiberim dilatatū erat. Cæteꝝ iunior Amulius natu: maiore supplātato: regnū iuaserat. Veꝝ cū Nūitori filius adesset: ac filia: Filiū q̄dē īteruenādū īsidiis obtrūcat. Filiā uero (ut spē ꝓlis īterciperet) uestē sacerdotē cōstituit: seruādæ uirginitaris gratia. Eam Rheam Siluiam uocitār. Corruptam postea deprehendens: gemellis partu æditis. Siluiam quidē cōiecit in carcerē: fratri gratiam tribuens. Puellos uero ritu patrio exposuit in Tiberim. Eos autem marte geniros fabulātur. Ii cum a Lupa catulorum instar: lactari inspectarentur: Faustulus loci illius Subulcus sublatos enutriit infantes. Coniectari licet: subditum quēdam Amulio locupletē: acceptos educasse. Er alterum quidem Romulum: Alrerū autem Rhemū nominasse. Hi ergo cū adoleuissēt: īpetu ī Amulium facto: eū stirpemq; eius delesse. Quibus extinctis & restituto ī regnū Numitore domū reuersos:

Romam condidisse in locis:non quidem arbitrio delectis & idoneis:sed necessitate oblatis. Solum enim neq; munitũ:neq; agrũ circũadiacentẽ: alendæ ciuitati satis fertilẽ habet. Neq; mortales ad habitandum:abũde conuenientes. Qui enim aderãt:seorsum habitabãt:urbis ædificãdæ mœnibus propinqui. Nec Albanorum Imperio subiecti: Erant autem collatia: Antẽne:Fidene:Lauinũ: Aliæq; huius generis urbes: Tunc quidẽ oppidula:nũc autẽ uici. Priuata q; quorũdã ædificia: lõge a Roma stad. xxx. distãtia. Intra quintum igit & sextũ lapidẽ:sic enim miliaria designabatur. Locus erat festi appellatus:ubi Romani tunc terminus monstrabat agri. Sacrorum præsules:& hic & aliis in locis:perinde ac in finibus:eadem die sacrificiũ absoluunt:quod Ambaruale uocant. Orta igit inter eos seditione:interædificãda mœnia: Remũ occisũ fuisse tradit. Vrbe deide condita:Romulus mortales cõuenas aggregat: sacrũ quendã locũ Asylũ aperiens:inter collẽ & Capitoliũ. Quo perfugientes finitimos ciuitate donatos designat. Eis cũ adipisci cõnubia nequiret: Neptuno consecratũ equestre uulgat certamẽ. Quod & hac ipsa conficitur ætate. Cõuenientibus pmultis:maxima ex parte Sabinis edicit: ut celibes cuncti:uirgines eo profectas rapiant. Rex ergo Curiũ. T. Tatius iniuriã uindicaturus armis:in regni societatẽ: & ciuitatis cũ Romulo conuenit. Cæso autẽ p dolũ Tatio:Lauinii:solus non inuitis Quiritibus:Romulus tenuit Imperiũ. Post Romulũ Numa Põpilius. T. Tatio conterraneus:regnũ suscepit:ita iubẽtibus subditis. Hæc quidẽ urbis Romæ creatio ẽ:quæ maxime fidẽ uẽdicat. Prior quædã ac fabulosa altera Coloniã ex Arcadibus deductũ ab Euãdro esse commemorat. Huic enim hospitio iunctũ Herculẽ fama ẽ Geryõe boues agitãtem. Euãder a Nicostrata matre:quæ uaticinãdi noticia pollebat intellexerat:in fatis esse: Herculẽ post cõsumata certamina:deorũ numero adsciturum iri. Quibus Herculi renunciatis: sacram ædẽ apte posuisse. Et Græcanico ritu immolasse. Quem & hæc ætas Herculi seruat. Qua ex causa Cecilius rerum Romanorũ scriptor signum ponit:Romam origine græcam esse urbem:quod penes eã more patrio:sacrificium græcũ Herculi dicatũ existat:& Romanus populus Euãdri matrem Nympharũ unã existimantes præcipuis uenerentur honoribus:transmutato pro Nicostrata nomine:eam Carmẽtem appellantes. Itaq; latini:cum a primordio pauci essent: nec Romano subessent Imperio postea uirtutis admirationem obstupescẽtes:& Romulo & cæteris dehĩc regibus subiecti fuere oẽs. Fusisq; eqs & Volcis & Hernicis: priusq; rutulis & Aboriginibus:Insup & Resis & Argyruscis & Priuernatibus:cũcta istorum plaga latinorum uocitata ẽ. Volscorum autẽ Pometinorum agri finitimi latinis erant. Sic etiam oppidum est Epiola:qd Tarquinius

Priscus a fundamentis diruit. Equorũ quoq; curibus uicinorum: hic idẽ urbes direptas extinxit. Eius filius Volscorũ Metropolim Suessã in potestatẽ redegit. Hernici uero & Lauinio: & Albæ uicini erant: ac ipsi Romæ. Nõ lõge aũt distat Aricia Tellenæ & Antiũ. Cæteræ Albani Romanis initio ĩ unũ cõspirabãt. Cũ & Latini: & eiusdẽ lĩguæ simᷓ essẽt. Vterque uero p se suũ obtinebat Imperiũ. Nec minus m̃ cõnubia: sacraq; cõmunia erãt: & reliqua iura ciuilia. Posteriori deĩde tẽpore: cõflato ĩter eos bello: Alba diruta est: tẽplo dũtaxat excepto. Albani uero Romana ciuitate donati sũt. Aliæ uero circũstãtes ciuitates: partim deletæ: partim cũ rebelles essent depressæ sũt. Nonnullæ pro Romanorũ amicicia: in ãpliorẽ statũ floruere. Nũc quidẽ maritima ipsa: ad urbẽ usq; Sinuessam: ab Ostia Latina dicit᷑. Antea quippe usq; Circeũ extẽdebat᷑. Et ĩ mediterraneã qdẽ prius: nõ sane m̄lta. Postea uero usq; ĩ Cãpaniã & Sãniũ & Pelignos & alios ĩcolas Apẽnini porrecta ẽ: tota opulẽtissima & fertilissima: præter littoralia pauca: quæ palustria sũt atq; morbosa: ueluti Ardeates: & qui ĩter Antiũ Lauiniũq; usq; Pometiã: & Setina quædã loca & Terracinã atq; Circeiũ. Et siqua mõtana: & petrosa sũt. Quæ tamẽ ipsa neq; omnino inculta: uel ĩfructuosa sũt: Sed læta pabula præstãt: uel materiã uel palustres mõtanosq; ꝓuẽtus. Cecubũ qdẽ licet paludibus adiaceat: uineta tamẽ uini feracissima: præcipuis enutrit arboribus. Extãt aũt maritimæ latinorũ urbes: Ostia ĩportuosa quidẽ ꝓpter limũ: quem Tiberis m̄ltis refertus ãnibus aggregat. Nõ paruo igit᷑ discrimine agitata salo: stãt ĩ ãchoris nauigia. Attamẽ uincit utilitas. Nãq; ministrãtiũ copia scapharũ: qbus eximunt᷑ & ĩponũtur onera: ĩpigrã efficit enauigãdi facultatẽ: ante q̃ flumẽ attingãt. Sũt & quæ ex parte leuatis oneribus: ãnem intrãt: & penes Romã stad᷑.c.&.lxxxx. aduersa producãtur aqua. Ostiam quæ tale oppidũ ẽ: Ancus Marcus cõdidit. Dehinc Antiũ ẽ: & ipsa qdẽ portu carẽs ciuitas. Sita ẽ ĩ rupe: lõge ab Ostia ad stad᷑.cc.&.lx. Nunc ad ocium: rerũq; urbanarũ uacationẽ principibus concessa est: ubi tempus nacti sũt. Quocirca frequẽtes: & qdẽ magnifice ĩ ea urbe ad huiuscemodi pegrinationes: ædificatæ sũt ædes. Superioribus ãnis naues habebãt: qbus cũ Etruscis latrocinãdi societatẽ inibãt. Licet iã Romano subiecti Imperio: Eas ob causas & Alexãder antea & Demetrius postea: missis q prædones ĩ potestatẽ redigerẽt: eos Romanis reddidit: ĩcusatiõe simul adiuncta. Gratis quidẽ ĩquit eis se donare corpora: propter ãtiquã cum græcis necessitudinẽ. Indignũ autẽ esse: ipsos uiros q regnũ Italiæ uẽdicarẽt: latrocinia simᷓ emittere. Cũq; ĩ foro Castoris & Pollucis tẽplũ ædificatũ: tãtis ueneret᷑ honoribus: quos uniuersi conseruatores appellẽt: q græciã illorũ patriã populẽt᷑ ĩmittere. Romãi deĩde illos: ab eius generis

exercitationẽ repressérũt.In harũ urbiũ medio locatũ est Lauiniũ: latino
nomini cõmune Veneris tẽplũ habens. Eius curã a maioribus acceptã:
Ardeate tuentur inde Laurẽtũ.Sup hæc extat Ardea Rutulorum colonia:
stad.lxx.a mari distãs:Cui ꝓpiqua ẽ Veneris ædes:ubi latinorum celebri/
tas est atq; cõuẽtus.Populãtibus uero loca Sãnitibus: uetustissimorum re/
liqua extãt oppidorum uestigia: Illustria sane ꝓpter aduẽtãtẽ eodẽ Aeneã:
& eius sacra ex illa tẽpestate posteris cõmẽdata. Post Antiũ Circeiũ est:
stad.cc.distãs &.lxxxx. Mons mari & paludibus instar habens Insulæ,
Quẽ copiosis germinare radicibus fama est.Ob ea fortasse.quæ Circæ
cõueniẽtia:fabulæ uulgãt.Habet ẽt castellũ:& Circes Sacellũ:& Mier/
uæ Arã.Mõstrãt aũt & quãdam Vlyxis paterã.In medioq; Storas ẽ flu/
uius:& ꝓpe illũ Hyphormus.Dehic cõtiguũ littus:portubus destitutũ.
Vicinus tãtũmõ Circeio ꝑexiguus portus adiacet. In mediterranea ue/
ro: Põetius ager imiet. Huic ꝓximi Ausonii prius icolebãt.Qui qdẽ &
campaniã tenebãt.Post eos Osci:q & ipsi Cãpaniæ ptẽ obtiebãt.Hoc aũt
tẽpore:cũcta usq; Sinuessã latini tenẽt ut diximus.Quippiã uero Oscis:&
Ausõiæ gẽti ꝓpriũ obtigit.Nã cũ Oscorum gẽs defecerit: eorum ligua Rõa/
nis salua manet: ut more quodã patrio scripta poetica i scenicũ certamẽ
pueniãt. Histriõesq; ꝓnũtiẽt.Cæterũ cũ Ausonii mare Siculũ ne semel
quidẽ icoluerit:Siculũ tamẽ pelagus Ausoniũ appellat.Deiceps Circe/
io proxima itra stad.c. Terracia ẽ. Antea Trãchina idest aspera uocata:
ex eo quod ei obtigit:eidẽq; obiecta Palus igẽs est.Quã duo amnes effi/
ciũt.E qbus maiorẽ Auphidũ appellãt.Hoc i loco mari adiungit Appia
uia: strata e Roma usq; Brũdusiũ:ac plurimũ peragrata. E maritimis ur/
bibus hæ solũ attigũt. Terracina & quæ deiceps Formii: Minturnæ:Si/
nuessa: & extrema Tarẽtũ:& Brũdusiũ. Penes Terracinã uero Romã
iter faciẽti:fossa ad Appiã uiã apponitur: & quidem multis in locis:quã
& palustres & fluuiatiles implẽt aquæ. Per eã nocturna maxime fit na/
uigatio. Vt qui primis iscendãt tenebris:oriente sole egressi:uiæ Appiæ
reliquũ euadant. Et interdiu trahentibus mulis: remulco pambulent.
Subinde Formii:quos condidere Lacones:quas prius Hormias a Stati/
onis idest Hormi bonitate appellabant.In medio positum sinũ illi Caie/
tam nominarunt.Curua enim omnia Caietas appellauere Lacones.Ple/
rique sinum ipsum ex Aeneæ nutrice cognomen duxisse ferunt. Stad.
autem .c. longitudinem habet: a Terracina usque in eiusdem nominis
promontorium inchoans.Ingentes hic spelũcæ pandũtur:domicilia ma/
gna sumptuosaq; continentes. Hec ex loco Formios usq; stad. sunt.ccc.
Inter hanc & Sinuessam Minturnæ sunt: utrinque ad stad.lxxx.distan/
tes. Interfluit autem Eris ãnis. Quem antea Clanin uocauere:Labiturq;

fuperne de Apēninis collibus:& agro Veſtino:præter uicū fregellas:cla
riſſimā olim urbē. Excurrit autē in Lucū ſacrū:quē magnis honoribus
Miturnēſes celebrāt:oppido incūbētē.In ipſo ſpelūcaꝝ proſpectu:iacēt
inſulæ duæ procul ī pelago:Pādaria & Pōtia:exiguæ quidē cæteꝝ habi/
taculis frequētes:inter ſe nō admodū diſiunctæ. Veꝝ a Littore ſtad.cc.
&.l.ſemotæ.Sinui uero Caietano cōtiguū ē Cecubum cui adiacet urbs
Fūdi ī Appia uia. Tota hæc ora:præcipua adeo uīa generat. Veꝝ Cecu/
bū & Fūdanū & Setinū:ſicuti Falernū & Albanū & Staganū:iter nobi/
lia numeratur. Sinueſſa ī Setano ſita eſt ſinu:a quo nomen uendicat. Ei
pximæ calidæ ſūt balneæ:ad egritudīes quaſdā accōmodatiſſimæ. Hæ
qdē urbes latinorū maritimæ. At prima ſupra Oſtiā ī mediteranea Ro
ma ē:& ſola ſup Tiberim iacet. De qua iā dictū ē:eā nō delectu:ſed ne/
ceſſitate cōditā eſſe. Addamus & illud:quod q etiā deīde ædificia: qua/
dā ex pte addiderūt:nō ſane potiora ſua ī poteſtate habuere. Veꝝ iactis
antea fūdamētis ſeruierūt. Priſci nāq; Capitoliū & Palatium Collemq;
Quirinalē:ſic muniere muris:ut ueniētibus aliunde exterius:facilis fo/
ret aſcenſu. Adeo ut. T. Tatius primo aduentās incurſu:locorū potitus
ſitū captaꝝ uirginū ulciſceret iniuriā. Ancus etiā Marcus montē Cæ/
liū:& Auētinū & iacētē inter hos cāpū aſſumēs inuicem diſiūctos: & ab
aliis ante muro cinctis ædificiis : urgēte neceſſitate prioribus copulauit.
Colles enim adeo munitos extra muros illis pmittere:q incūbētia ſuper
næ caſtella cuperēt:nequaq̄ recte ſe habebat. Totū etiā explere circuitū:
uſq; in Quirinalē minime ualuit. Quē quidē locoꝝ defectū Seruius te/
darguit. Nā ſuppleuit ipſe:adiecto Eſquilino colle & Viminali. Ea uero
loca aduentātibus hoſtibus leuiter captari poterāt. Quocirca profūdiore
exterius ducta foſſa:& accepto ſolo ſtad:vi.aggerē portexerūt:ſup foſſæ
ſupercilio interiore. Murūq; cū turribus:e Collina porta: uſq; ad Eſqui
linā īpoſuerūt. In aggere autē medio tertia ē porta:eiuſdē nominis cum
Colle Viminali. Vrbis ipſius igit munimētū: aliis indigēs munimētis:
huius generis ē. Priſcos ſane illos eādē & de ſeipſis:& de poſteris:cogita
tionē ſuſcepiſſe arbitror. Quoniā nō a locorum munitionibus:ſed ab ar
mis:īnataq; uirtute:tutelā & cæterarū rerum facultatem:habere Roma
noꝝ ē. Nō uiris quidē mœnia:ſed uiros mœnibus propugnacula puta/
bant. Cum igitur ſolum ipſum in circuitu bonū: ac pmultū eſſet initio:
urbis autem ſedes ad hoſtiles facile pateret īcurſus: nulla profecto ſors
locorum beata futura fuit Cumque uirtute atq; labore terrā propriam
uēdicaſſent:quidam bonorū incurſus affluxiſſe: uiſus eſt:qui omnē na/
turæ bonitatē ātecelleret. Quam ob cauſā adeo ciuitas creuit:ut cum cō
meatu:tum lignis & lapidibus:ad ædificia pduret:quæ ſine fine factitāt.

Cum tot casus tot incendia tot permutationes incidant: nullo deficiẽtes
tẽpore. Nã permutatæ ædificiorum figuræ: spõtanei quidã casus existunt:
cum alius alia: ex aliis transponit. Et ædificiũ ex ædificio: pro cupiditate
nouat. Quas quidẽ ad res: & ipsa metallorũ copia & materia: & deuectã/
tes amnes: mirificã quãdã præstãt abundãtiã. Primus quidem Anio: ex
Alba decurrẽs: præter latinã Marsorum urbẽ: & propinquũ illi cãpũ: quo/
usque Tiberim itret. Inde Nar & Tenas & aliique per Vmbriã labuntur
fluuii: eidẽ miscẽtur Tiberi. Verũ per Thusciã: agrumque Clusinũ Cla/
nis. Augustus igitur Cæsar: ad urbanos eius generis defectus: præcipuam
curã adhibuit: institutis e Libertinorum numero militibus: qui aduersus i/
cendia ferrẽt opẽ. Cõtra ruinas uero: nouorum altitudĩes ædificiorum de/
posuit. Et neque supra pedes. lxx. sublimius ædificaret: inhibuit in publi/
carũ uicinitate uiarum. Attamẽ nisi & metalla: & materia & portorum recte i/
stitutũ obsisteret: recte introducta præcepno defecisset. Hos quidẽ pros/
peros rerũ euẽtus ipsa regionis natura præbet. Adiecit ei Romanus po/
pulus quicquid ex prouidẽtia consultãdũ erat. Nã cũ ĩ condẽdis ædificiis
Græci acuti maxĩe: ac solertes fuisse uideantur: cũ pulchritudinẽ & mu/
nimẽtum ingeniose prospicerẽt: portusque & agri feracitatẽ: hi ea maxime
animaduerterũt: quæ illi paruifecerũt. Strata uiarũ: Aquæductus: Cloa/
cas: quibus ciuitatis sordes in Tiberim eluerentur. Cernere licet stratas
in agro uias: excisis ad hæc collibus: exaggeratis uallibus: ut de nauigiorum
onera palustris exciperentur. Cloacæ duro cameratæ lapide: peruias car/
ris stramẽtorũ semitas reliquerunt. Tanta autẽ per aquæductus aquarũ
ubertas ĩfluit: ut per urbẽ: atque cloacas amnes inundare uideãtur. Et uni/
uersæ prope modũ ædes sub terraneos meatus: Siphones ac fistulas un/
dosas habeant. Quorum accuratissimã diligentiã. M. Agrippa egit. Qui
urbẽ pluribus aliis monumẽtis adornauit. Vt aũt sic dixerim: ueteres il/
li Romani urbis pulchritudinẽ cõtẽpsere: cũ maioribus magisque neces/
sariis: animum adiecissent. Posteri uero & ii præsertim: qui nostris fuere
tẽporibus: haud quaquam ac ĩ re cessisse uidẽtur. Sed ĩnumerabilibus: & præ
clarissimis urbẽ Rõanã ĩpleuerũt ĩsignibus. Põpeius nãque & Diuus Cæ/
sar & Octauianus & eius filii & familiares & uxor & soror: cũctorum studi/
um simul & ĩpensas: ad apparãda decora superarunt. Maximam autem
horum partem Martius Campus habet: præter natiuam locorum amœ
nitatem: artis & solertiæ exornationes admittens. Campi enim admira/
bilis magnitudo: Et currules pariter cursus: & alia equestria certamina
expedita suppeditat. Nec minus tam multis pilam: circulum: palestram:
exercitatiõe tractãtibus. Aliaque incũbentia simul opera. Quid perennes
solo herbas: coronatosque usque ad flumĩs alueũ colles? Scenicarum ostẽtatio

picturarũ:eius generis spectacula præstãt:ut difficulter & inuitus abscedas. Huic ꝓxius cãpo:& alter adiacet cãpus: & inumerabiles circũcirca porticus:horti nemorosi. Theatra tria simr̃ & Amphitheatꝝ. Tẽpla magnificẽtissima:inter se cõtigua:ut quasi aliud agẽtia:reliquã urbis uenustatẽ ostẽtare uideãtur. Eaptopter cũ locũ istũ religiosissimũ esse cogitasſent:clarissimorũ uiroꝝ ac fœminaꝝ monumẽta in eo cõstruxerũt. Cõmemoratione dignissimũ ẽ:quod Mausoliũ appellant:ĩ excelsis fundatũ molibus:lapide niueo: & perpetuæ uiriditatis: arboribus cooprũ. In sũmũ usq; uerticẽ:ad fluminis ripã exaggeratũ. In sũmo autẽ positum ẽ Cæsaris Augusti simulacrũ:ex ære fabricatũ. Sub aggere ipso sunt eius loculi & cognatoꝝ & necessarioꝝ. A tergo uero Lucus est:mirifica continẽs ãbulacra. In medio autẽ Cãpi spatio sui busti extat ambitus. Et hic ipse niueo pfectus lapide:ferreos in circuitu cãcellos habẽs. Et plantatas interius per se ferens populos. Rursus si priscum ĩgrediaris forũ: aliud ex alio spectabis appositũ. Quid regales porticus: ædesq; sacras? Quid Capitoliũ? & in ipso:& in palatio opera? & in liuiæ porticu? quæ singula cõtẽplãs:alia facile exteriora obliuione delebis. Talis est Roma. Aliarũ uero in Latina ciuitatũ:quædã aliis ĩsignibus: quædã nobilissimis discernuntur uiis:quæ per latinã stratæ uisũtur. Præclarissimæ sũt uiæ. Appia Latina: Valeria. Vna quidẽ ad mare: Latinæ partes separans: usq; Sinuessam protendit. Altera in Sabinã:usq; ad Marsos. Inter has media latina est:ad Casinũ oppidũ cõiungit Appiæ:ab Capua decem & nouẽ distans stadiis. Appiæ uiæ principium ex ipsa sinistrorsũ ẽ: prope Romã deflectens. Dehinc per Thusculanos transiens montes: inter oppidum Thusculũ & Albanos ducitur montes:ad oppidulũ descẽdens Algidũ: & pictas per Pandochiã. Porro in unũ cadit Labicana. A porta quidẽ Esqlina ĩcipiẽs:a qua & Prænestina. A sinistra uero: & hãc & Esqlinũ omittẽs cãpũ:ultra.c.&.xx.stad' pgit. Cũ aũt Labico: uetusto sane oppido cæterũ disiecto:& in sublimi sito propinquat: & hoc & Thusculũ: relinqt a dextra. Ad pictas uero & Latinã finẽ accipit. Hic locus stadiis ducẽtis & decem distat a Roma. Postmodũ deinceps in ipsa Latina insignes sũt ædes:urbesq; Ferẽtinũ: & Frusino:iuxta quã Cosas labit' flumẽ. Fabrateria iuxta quã Trerus amnis fluit. Aquinnũ magna ciuitas ẽ:iuxta quã Melpis flumẽ labit'. ingens ad Interamnẽ: inter duos cõfluẽtes in unũ fluuios iacẽtẽ: Lirin & alterũ Casinum. Præclara & hæc ciuitas est latinorum nouissima. Teanum enim quod Sidicinũ uocãt: ordine deĩde sitũ: ex ĩposito uocabulo: Sidicinoꝝ eẽ demõstrat': q qdẽ ex Oscoꝝ gẽte Cãpana restãt. Adeo ut & hæc Cãpaniæ ciuitas diceret': maxĩa ĩter latinas urbes. Inde Calenũ: urbs ĩprimis eximia: adiũcta & ipsa Casilio. Vtroq;

autem ex latinæ latere dextrorsũ inter illã & Appiã: Setia & Signia sũt: uini feraces: altera quidẽ preciosissimi. Alterius uinũ est: quod aluum si/stit: quod Signinũ uocitant. Ante hanc Priuernum est; & Cora & Syes & Pusilla quædã Præfectura: Velitreq & Alatriũ. Sũt & fregelle: quas præterfluit Liris: qui ad Minturnas erũpit. Qui hoc quidẽ tẽpore uicus ẽ: & olim urbs magnificẽda: & quæ cõplures ex iã dictis circũhabitati/ones adiacẽtes conueneret. His autẽ annis conueniunt: ut ludos & sacrifi/cia in ea perficiãt. Ea uero cum a Romanis defecisset: funditus ẽ diruta. Plurimæ autẽ sũt & horũ: & eorum qui in latina: & eorum qui post illos sunt: in Equis & Hernicis & Volscis ciuitates constructæ. Sunt & Ro/manorũ oppida a sinistra Latinæ: inter eam & Valeriã: Gabũ sane extãt in Prænestina uia sitã: ubi Latomiæ sunt: plus q̃ reliquæ lapides Romæ suppeditantes: distãtes Roma & Præneste ex quo ad stadia cẽtum. Inde Præneste de quo mox uerba faciemus. Dehinc supra montes Prænesti/nos Hernicoꝝ oppidulum & Pitulũ & Anagnia urbs insignis: & Cerea/te & Sora. Apud quã elabẽs Liris Fregellas affluit atq̃ Minturnas. De/hinc aliæ quædã & Venafrũ: unde oleum optimũ. Oppidulum quidem ipsum ĩ uertice situ est. Præter cuius radicem Vulturnus excurrit. Qui iuxta Casilinum delatus: ĩ eiusdẽ nominis urbẽ erũpit. Esernia porro & Allife: Samnitica iam sũt oppida. Alterũ bello Marsico delerũ: alteꝝ su/perstes adhuc. Cæterũ Valeria a Tiburtinis capiens initium: & Marsos & Corfiniũ Pelignoꝝ Metropolim ducit. In ea latinæ urbes sũt. Valeria & Carseoli & Alba: Prope est Cuculum oppidulũ. In Romæ uero con/spectu sunt Tibur: Præneste & Thusculũ. Tibur quidẽ Herculeũ est & Cataracta idest descensus est: quã facit Anio: ubi nauigabilis esse ici/pit: cum e sublimi profundã in uallẽ præceps defert. Et p urbi ipsi uici/na nemora. Hoc ex loco mira ẽ fructuũ abundãtia: præter lapidis effos/siones: qui Tiburtinus dicit: & alterius Gabioꝝ: & eius qui rubeus dici/tur. Adeo ut eorũ ex metallis exportatio: & subuectio facillima fiat: ad plurima opera Romæ conficienda. In hac planiciæ Anio fluit: & quas nuncupant Albulas: aquas frigidas multis e fontibus edentes: uarios ad morbos salutares cũ potu: tũ incessionibus admissas. Talia sunt etiã Labana: non lõge ab istis: in agro Nomẽtano: & circa Ereti locos. Habet Præneste Fortunæ templum illustre. unde certa eduntur Oracula. Istæ duæ urbes in eadẽ mõtana regione sitæ sunt: distãtes ĩuicẽ stad. c. E Ro/ma uero bis tot Præneste. At minus Tibur abest. Græcam uero utrãq̃ esse cõmemorãt. Præneste eni quondã polystephanũ idest multarũ co/ronaꝝ appellatã: Valida autẽ nunc ẽ utraq̃: sed Præneste amplius. Nã super urbẽ quidẽ; mõtem habet excelsum. A tergoq̃ continui montis

collo disiunctum duobus stad᷑ arduũ ascensu. Ad tam ualidã uero mu/
nitionẽ etiã foueis occultis quaquauersum:usq; ad plana perforatus est:
& aquationis gratia:& clandestine fugæ.In quarũ una Marius obsidiõe
oppressus oppetiit.Reliquis sane urbibus cõmoditati sunt muroꝝ mu/
nimina.Prænestinis autẽ cladi:propter Romanoꝝ seditiones.Confugiẽ
tibus enim eo seditiosis:& per obsidionẽ deprehensis:& urbẽ uastari:&
agrũ alienari cõtigit:ad Insõtes culpa relata.Fluit autem ꝑ agrũ Verestis
fluuius.Ex orientali aũt Romæ regione dictæ urbes extãt.Interius uero
ad mõtanũ illaꝝ tractũ:alterũ tergũ est:uallẽ in medio relinquẽs ad Al/
gidũ:sublime sane ad Albanũ usq; collẽ super eo quidem sitũ ẽ Thu/
sculũ:ciuitas egregiis ornamẽtis insignis:eã uineta coronant:tectaq; ma/
gnifica.Ex ea præsertim regione: quæ in Romanũ descẽdit aspectũ Isto
ĩ loco Thusculanũ ẽ iugũ:irriguũ & terris fertile:quieto surgens ascẽsu.
Videre licet uillas:uariis decoratas apparatibus:contigua ẽ Albano pro
xima monti ora eiusdẽ uirtutis:apparatusq; pulchros habẽs.Dehinc pla
nicies est:pleraq; Romæ proxima: suburbanisq; eius pleraq; mari uicia
mius uero salubris. Reliqua ductu facilis:paribusq; spectabilis ornamẽ
tis.Post Albanũ montẽ:urbs est Aritia:ĩ Appia uia:stad.c.&.lx.Roma
distãs.Curuus aũt cũ sit locus.habet tamẽ munitã sũmitatẽ. Cui quidẽ
super incidet Lauiniũ.Romanoꝝ ciuitas ĩ Appiæ uiæ dextera:a qua pro
spectus ẽ maris & Antii.Est & dianæ lucus idest Artimesiũ)sic enim uo
cãt)e sinistra uiæ regione:ex Aritia ad Aricinã uiã conscẽdẽtibus:quod
tẽplum nominãt ædificiũ Taurice. Nã Barbaricus quidã:Scytharũque
circa tẽplũ mos obtinet. Qui enim uictimæ mactator prius extiterit:sa/
cerdos instituitur:fugitiuus quidã uir gladiũ tenens:& insultus semper
circũspectãs:ad tutãdũ strenue est paratus. Tẽplũ autẽ silua circundat.
Cui lacus ĩstar pelagi fluctuãs adiacet. Circũcirca mõtanũ ĩminet supci
liũ continenter:unũq; præaltũ.Caua ĩde regio tẽplũ:aquãq; excipit.Fõ/
tes spectare licet:e qbus lacus explet᷑.Horum sacra sub cuiusdã dæmo/
nis appellatione habentur.Hoc in loco Scaturigines obscuræ sũt:longi/
us autẽ exterius ad supficiẽ eminẽtes ostendũtur. Hisce locis proximus
ẽ mõs Albanus:m᷑tũ ultra Artemisiũ porrectus.Et illius supcilia: licet
ĩ rectũ sufficiẽter ardua.Cõtinet autẽ hic lacũ lõge ãpliorem alio:qui ad
Athemisiũ mõrẽ iacet.Vltra hæc dictæ prius urbes:latinæ uiæ sunt:e q
bus ĩ mediterranea maxĩe latinas ĩter urbes: sita ẽ Alba marsis finitima:
in excelso locata saxo. Prope Fusinus ẽ lacus:longitudine par pelago. Is
Marsis & uicinis maxĩe omĩbus usui fit.Memoriæ proditũ ẽ:illũ nõnũ/
q̃ usq; ad montana crescere.Interdũ aũt decrescere: ut mersa prius lacu
loca desiccentur : & agriculationem rusticis exhibeãt : quæ subterranei

humoris transitione occulta quadã ratione sparsim efficiunt̃. Denuo aũt
ĩ unũ fõtes cõfluũt: aut õnino deficiũt: aut rursũ cõfligũt. Queadmodũ
de Amenano p Catanã defluẽte tradit̃. Qui qdẽ ãnos cõpluris euãescẽs
iterũ excurrit. Cæterũ de Fucino lacu: Martiæ aquæ fõtes emanare scri/
ptis mãdatũ ẽ: q̃ rigatiões Rõæ ppinãt: quæq; reliq̃s sup aq̃s pbent̃. Al
ba uero nĩrotiens ad noxiorũ custodiã: usi sũt Romãi: cũ excubias tẽpus
postulat: cũ ager ipse ĩ pfũdo locatus sit: & q̃si uallo circũseptus: ĩ ea car/
cerãdos includẽtes. Quãdoquidẽ a uicinis Alpiũ: & Apẽnini gentibus
exordiũ sumpsimus: & inde trãsgtessi: omnẽ intra mare Tyrrhenũ: &
Apẽninos montes: regionẽ puagari sumus: ad Adriaticũ sinũ declinatã:
usq; ad Samnites atq; Cãpanos. Nũc regredientes mõtanos aperiamus
incolas: & ad radices habitantes: & qui exterius: ad littus usq; Adriaticũ:
& qui ĩterius ĩmorãtur. A Gallicis autẽ inchoãdũ ẽ rursus montibus. Pi
cenũ igit̃ post Vmbriæ ciuitates: quæ inter Ariminũ Anconẽq; iacent
extẽdit̃. Profecti sunt autẽ Piceni a Sabinorũ terra. Qui cũ ductu & Au
spicio Pici: iter ineuntibus auctoribus proficiscerẽtur: nomẽ deinde na/
cti fuere. Auẽ enim istã Marti dicarã: uetus opinio ẽ. E mõtibus autem
usq; in plana: & pelagus eorũ incipiunt domicilia. Quorũ ager ĩ longum:
magis q̃ ĩ latũ excrescit: bonus ad oĩa. Cæterũ lignariis q̃ frumẽtariis fru/
ctibus lõge præstantior. Eius latitudo ex mõtibus ad mare patet: spatiis
ĩnæqualis. Lõgitudo autẽ ab Esi fluuio nauigabilis usq; ad Leastrũ stad.
dccc. Vrbes uero habet: ex quibus Ancon Græca ciuitas ẽ. a Syracusa/
nis condita: Dionysii tyrãnidẽ fugitãtibus. Sitaq; ẽ ĩ promõtorio: inclu/
sũ cõplectẽte portũ: dũ ad Septẽtriones circũflectit̃. Vini autẽ ac frugũ
uberrima. Prope illã uero paululũ supra mare Auxumũ ẽ. Inde Septẽ/
peda: & Pneuentia: & Potentia: Et Firmũ Piceni. Eius autẽ Emporiũ Ca/
tellum ẽ. Porro uero Cypræ tẽplum sitũ ẽ: Thuscorũ ædificium. Nã illi
Iunonẽ Cyprã nomitiãt. Deiceps Druẽtũ flumẽ: & eiusdẽ nominis op/
pidũ. Dehĩc Trunoũ & Homatrinus fluuius: ab Adrianorũ urbe fluẽs,
Emporium Adriæ eiusdẽ appellationis habẽs. In mediterranea uero &
ipsa est: & Asculum Picenũ. Locus munimĩe præualidus. Cui & murus
& circũstãtes montes supeminẽt: nullis penetrabiles exercitibus. Vltra
Picenũ autẽ Vestini sunt: & Marsi: & Peligni: & Marrhycini: & Fereta/
ni. Sãnites populi: regionẽ mõtanã possidẽtes: & mari non admodũ pro
ximi. Hæc autẽ natio exigua ẽ qdẽ: cæterũ fortitudine cõspicua: ostenta/
ta Romanis eorũ sæpissime uirtute. Primũ qdẽ: cũ aduersus eos bellum
gerebant. Secũdo uero: cũ ipsorũ militiæ societatẽ inibãt. Tertio cũ & li/
bertatẽ: & ciuitatis cõmunionẽ asseq uolẽtes: repulsã passi desciuerunt.
Vnde Marsicum exarsit bellũ: Corfinium: Pelignorum Metropolim:

communẽ uniuerſis Italis ciuitatẽ demonſtrantes : eãq; trãſlato nomine
Italicã appellãtes:contra populũ Romanũ receptaculũ: propugnaculũ/
que conſtituerunt. Adunatiſq; cõplicibus:Imperatores creauere.Biẽnio
igit̃ bellum protraxere:donec perfectũ eſt:ut in ciuitatẽ cõmuniter uo/
carentur:cuius rei gratia tãtũ belli conflatũ fuerat incendiũ. Marſicum
autẽ ideo nominatũ ẽ bellũ:quoniã a Marſis rebellandi ſuſcitatũ fuerat
initiũ:præſertim a Põpedio. Cũ aũt alioquin p uicos ætatẽ degãt:habẽt
urbes ſupra mare Confiniũ:atq; Sulmonẽ: & Matuuiũ: & Tegeatem:
Marrhucinoꝝ Metropolin. Ad ipſũ autẽ mare & Auternũ: Piceno con
terminũ quo nomine:& fluuius eſt Veſtinos Marrhucinoſq; diſtermi/
nãs.Per Amiterninũ enim fluens agrũ Veſtinoſq;: a dextera relinquẽs
Marrhucinos:ſupra Pelignos iacẽtes Põte traiicitur. Oppidulum uero
pari uocatum nomine: Veſtinoꝝ eſt:cæteꝝ & Peligni: & Marrhucini eo
cõmuni Emporio pariter utunt̃. Abeſt pons ipſe a Corfinio:ſtad̃.iiii.&
xx.Poſt Amiternũ quod & Ferẽtanoꝝ Emporiũ ẽ:Buca:& Ferentanum
ipſũ Theano Apulo propinquũ manet. Ortoniũ ẽ in ſerẽtanis.Petram
pirataꝝ eſſe conſtat. Qui domicilia ſua ex naufragiis conſtruũt.Et in re
liqua uita imanitate bæluas imitati ſerũt̃. Inter Ortoniũ aũt & Amiter/
nũ:medius Sagrus excurrit amnis:Ferẽtanos a Pelignis ſeparãs.Ex Pice
no i Apuliã:quã græci Dauniã uocãt:maritimus curſus ẽ ſtad̃.cccc.&.l.
Deinceps poſt latinã Cãpania eſt:ad mare pertinẽs. Supra quã in medi
terranea Samniũ ẽ;uſq; ad Ferentanos & Apulos: deinde & ipſi Apuli:
& gẽtes aliæ uſq; ad fretũ Siculũ. Primum autẽ de Cãpania dicẽdũ eſt.
E Sinueſſa quidẽ ad reliquũ deinceps littus:uſq; Miſenũ quidã nõ exi/
guæ magnitudinis ſinus eſt. Alterq; ab eo:multo q̃ prior ille maior eſt:
quẽ Cratera uocãt.A Miſeno uſq; ad Atheneum: cum duobus coeunti
bus promontoriis ſinuetur.Super has ripas tota eſt ſita Campania:Cã/
pus omnes felicitate ſuperãs.In eius circuitu uero iacent tumuli:mirifi/
ca fructuũ ubertate conſpicui.Monteſq; Samnitũ: pariter & Oſcorum.
Antiochus ſane reliquit ſcriptũ: hanc olim ab Spicis regionẽ habitatã
fuiſſe.Iſtos autẽ Auſonios appellatos. Cæterũ Polybius duos hos fuiſſe
populos oſtẽdit:falſa ductus opinione. Nã Opicos & Auſonios: agrum
circa cratera incoluiſſe : memoriæ prodidit. Alii uero aſſerunt Opicos
prius:& Auſones habitaſſe. Quidã gentẽ Oſcã illos poſteriore tẽpore
ſubiugaſſe.Hanc ipſã a Cumanis eiectã:illos ab Thuſcis expulſos. Cã
peſtria enim illa: propter loci uirtutẽ: per auiditatẽ bella concitaſſe.Cũ
autem urbes duodecim populoſæ forent. Capuã perinde ac illaꝝ caput
nominarũt.Cum autẽ per uoluptatẽ ad lauticiã emolliti ſeſe conuertiſ/
ſẽt: Sicut ex circũpadana fugati demigrarant : ſic & ex hoc agro ceſſere

Samnitibus. Hos autē ip ſos eiecere Romani. Quodq; magnæ ubertatis
documētū eſt: Far omni Oriza præſtātius paruo in tēpore triticeā ſupat
alimoniā. Scriptis ſane mandatū eſt: in nonnullis eoꝝ aruis: bis āno Zeā
ſeri. genus id frumēti eſt. Tertio panicum: Aliquo ſemine uero quarto
oleribus ſeminari. Atq uina optima hic Romā aduehi: Falerna: Setina:
atq; Calena: quibus Surentina contendūt: facto nup eoꝝ periculo: quo-
niā longā accipiunt uetuſtatē. Pari modo laudē habet olei totus maxie:
Venafranus ager planis finitimus aruis. Prope mare poſt Sinueſſā Li-
ternū eſt oppidū: ubi prioris Scipionis: cognomēto: Africani: ſepulchrū
iacet. Ibi enim extremā cōſūpſit ætatē: omiſſis (propter aliquorū ſimulta-
tē) rei publicæ negotiis. Præterfluit aūt eodē quo ciuitas nomine flumē:
Sic & Vulturnus: pari cū urbe appellatione deinceps ſita. Labiturq; iſte
per Venafrū: mediáq; Cāpaniā. Dehinc ordine poſt has Cumæ ſūt: ue-
tuſtiſſimū Chalcidenſium: & Cumeoꝝ ædificium. Antiqrate enim cū-
ctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit. Ipſius autē claſſis ductores Hip-
pocles Cumeus: & Megaſthenes Chalcidenſis: inter ſe pepigere: ut hoꝝ
quidē colonia fieret. horū autē appellatiōe nominaretur. Qua ex re hac
ſane ætate Cumæ nuncupant̃. A Chalcidēſibus tamē conditū putatur
oppidū. Superioribus annis Fortunatus erat: & cāpus nomine Phlegre-
us: in quo res a gigātibus geſtas fabulæ diuulgant: nullā aliā ob cauſam (
ut credi fas eſt) q̄ quod terra ipſa ſuapte uirtute prœliorū concitatrix ē.
Poſterius uero potiti urbis Cāpani: multis per contumeliā: homines in-
iuriis afficientes; etiā eorū ſeſe uxoribus cōmiſcebāt. Tamē adhuc mul-
ta græci ritus: & ornamēti ueſtigia ſeruātur: tū legū tum ſacrorū. Nōnul-
li Cumas ob Cymata ideſt fluctus nomē duxiſſe memorāt. Littus enim
proximū frequētibus abundat tergoribus: quibus: illeſæ ferunt undæ;
Præſtantiſſima uero ſunt & ipſis oſtrea. Hocque ī ſinu fruticoſis uirgul-
tis frequens: & arboribus ſilua eſt: multis porrecta ſtadiis aquarū indiga.
Cæteꝝ fabuloſa: quā Gallinariā uocant ſiluā. Hic ſex Pōpeii claſſis præ-
fecti: piratica ſtruxere nauigia. Qua tēpeſtate Siciliā ab Romano deſci-
ſcere fecit Imperio. Proximū Cumis ē Miſenū promōtoriū. In medioq;
palus Acheruſia: quædā ſane a mari refuſio: alto coeno referta. Vbi Mi-
ſenū circūflectēri: ſtatim ſub rupe lacus obuiat. Deinde reductū profun-
dū littus in ſinū Baias aperit. Aquaſq; calidas & ad uoluptatē: & ad ſanā-
dos morbos accōmodiſſimas. Contiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus. In-
tra quē Auernus eſt: qui comprehēſam uſq; Miſenū tellurē: Cherōne-
ſum. i. manualē efficit inſulā: a maris ſpatio iter ipſū atq; Cumas. Exigu-
us enī ē reliquus Iſthmus. i. circūdatū pelago: paucoꝝ ſane ſtadiorū ſo-
lū: p foſſā qua Cūas itur. & ad mare ipſū. In Auerno aūt maiores noſtri

Hometica defunctoꝝ uaticinia fuisse:fabulis edidere. Ibiq̃ cum oracu/
lum extitisse traditũ sit: Vlyxem eo nauigasse. Est autẽ Auernus:& fun
do & ostio:sinus cõmodus & magnitudine & natura portum cõtinens:
usũ tamẽ portus nequaquã præbẽs:quoniã ante illũ Lucrinus portus ia
ceat. Supercilia quædã ardua Auernũ undiq̃ circũcludunt:præter Osti
um. Hoc quidẽ in tẽpore:amœnis culta modis:olim autẽ agrestibus re/
ferta nemoribus: & proceris arboribus in uia:quæ supetstitione quadã
umbris obscurũ sinũ reddebant. Rumor erat indigenaꝝ superuolantes
aues: quas teter exhalãs odor exanimaret:in ipsas aquas decidere:sicut i
locis ad Plutonẽ deferẽtibus. Hãc autẽ locoꝝ partẽ: Plutoni dicatã opi/
nabãtur. Hic etiã Cimmerios dici:placansq̃ prius p sacrificia diis Mani
bus illuc intrari. Aderant enim qui talibus exponandis ductores essent
sacerdotes:locoꝝ fructus pcipiẽtes. Fons uero ibi fluuialibus scatẽs aq̃s
excurrit in mare. Ab eius usu abstinebant oẽs:stygias opinãtes esse aq̃s.
Eo in loco cõstructũ est oraculũ. Ex aquarũq̃ feruore uicinarũ Phlege/
tõtẽ esse:cõiecturã factitabãt:& ex Acherusia. Ephorus autẽ quidã uici/
nus Cimmeriis habitãs: i subterraneis eos habitare domiciliis: quas Ar/
gillas appellãt cõmemorauit: eosq̃ p fossas quasdam inter sese commea
re:Et aduenas intra oraculũ uenĩẽtes excipere:maxima ex parte sub ter/
ra conditũ. Victũ uero ex metalloꝝ effossione quæritare:& ex diuinatio
nũ mercede:atq̃ prouẽtibus ab rege designaris. Patriũ esse latrocinanti/
bus morẽ:ut nemo solẽ aspiciat. Noctu autẽ extra telluris hiatus egredi.
Quocirca de ipsis dixisse Poetã:eos sol phæton nullo intuetur i tẽpore.
Homines ipsos postea quodam a rege deletos:cũ illi nequaquã successe
rit oraculi fides. Nũc aũt ædes ipsa diuina i aliũ translata locũ permanet.
Huius generis apđ maiores nostros extitere fabulamĩta. His aũt ãnis:cũ
Auerni lucũ succiderit Agrippa: locis p pulchra adornatis ædificia: cõ
scisaq̃ deinde usq̃ Cumas subterranea fossa oĩa illa fabulæ appatuerũt.
Cocceiũ eã quidẽ cõdidisse fossã memoriæ proditũ est:& eã quæ ex Di
cearchia:i. Puteolis extat Neapolin ad Baias: quodãmõ eũ sequutus ser/
monẽ:q proxime de Cimmeriis explicatus est. Forsan & huic loco mo/
tẽ patriũ esse cogitauit:uias fieri per fossas. Lucrinusq̃ sinus usq̃ Baias
latitudinẽ pãdit. Qui ex exteriori pelago:per aggerẽ longitudinis stađ.
viii. Latitudinis aũt unius orbitæ arcet. Illũ aũt ab Hercule:traducẽdarũ
Gerione boũ causa:aggeratũ fuisse phibẽt. Quẽ cũ pedibus pambulari:
propter fluctus ingruentes p hyemes superne uix posset: Agrippa exor
natũ melius cõstruxit. Leuioribus eni Lẽbis præstat ĩgressũ:stãtibus i an
chora prorsus incõmodus. Captãdis uero Ostreis uberrimus. Quidam
hũc Acherusiæ stagnũ esse asserũt: At Artemidorus ipsũ Auernũ. Baias

autem ab Vlyxis ſorio Boia nomine uocabulum traxiſſe ferũt atq; Mi/
ſenũ. Deinceps Puteolanũ littus extat:& oppidũ ipſũ quod antea quidẽ
Cumanoꝝ fuerat Emporiũ: quodã in ſupcilio cõſtructũ. Bello autẽ qđ
ductu & auſpicio gerebat Annibalis:Romani frequẽtibus accolis habi
tatũ reddiderũt: & nomine e Dicearchia permutato: a puteoꝝ frequẽtia
Puteolos appellauere. Sũt etiã qui ab aquaꝝ putore: qui per totũ illũ &
Baiaꝝ & Cumaꝝ tractũ exiſtit:ubi & ſulphuris & ignis & aquaꝝ calida
rũ plena ſũt oĩa. Quidã autẽ Phelgrã ob eã cauſã Cumanũ agrũ uocatũ
opinant: Talibuſq; ignis & aquæ profluuiis gigãtum uulnera: flumini/
bus deiectorũ attribuũt. Vrbs autẽ ãpliſſimũ factũ eſt Emporiũ:manu/
factos Cotones & ſtatiões habẽs. Quas ad res cõmodũ cõducit Arena/
rũ ingeniũ:quæ calcis q̃ſimillime cõpactæ ualidiſſimum cõglutinantur
in modũ. Vnde cõmixta ſabulo glarea: aggeres proiectãtur in pelagus:
Ripaſq; patẽtes ſinuoſos in receſſus redigũt: ſic ĩgentes onerariæ naues
iactis ibi conquieſcũt anchoris. Super urbẽ uero ſtatim Vulcaniũ forũ
ĩminet:cãpus ardẽtibus incluſus ſuperciliis: quæ uelut a fornacibus ex/
halationes:magno cũ fremitu paſſim habent. Cãpus aũt tracto plenus ẽ
ſulphure. Poſt Dicearchiã quidẽ Neapolis ẽ Cumanoꝝ. Poſtea uero &
Chalcidẽſes ĩcoluerũt:& ex Pithecuſis Atheniſq; uenĩetes. Vnde & no
ua ciuitas.i.Neapolis appellata fuit:ubi Parthenepos unius e Serenibus
ſepulchrũ oſtẽdit. Et Gymnicũ agonẽ:iubẽte oraculo celebrãt. Orta de
ſeditione:quoſdam inqlinos admiſere Cãpanos:& inimiciſſimis periude
ac cõiũctiſſimis uti coacti ſũt:quãdo quidẽ cõiunctos alienatos haberẽt.
Res quidẽ Cãpanoꝝ initio græcas fuiſſe:deinde græcis pmixtas:docu/
mẽto ſũt præfectoꝝ urbis nomina. Ritus & educationis græcoꝝ:hoc in
loco plurima ſeruãtur adhuc ueſtigia. Gymnaſia ſcilicet puberũ cœtus
& græca uocabula:tãetſi Romana ibidẽ adſit multitudo. Apud eos ue/
ro nũc quinquẽnalis ſacer ille muſicus:& gymnicus cõplures p dies ce/
lebratur Agon:illis æmulus q p græciã clariſſima celebritate geruntur.
Extat & his ĩ locis ĩtra mõtẽ effoſſa ſpelũca:ĩ Dicearchiæ Neapoliſq; me
dio: ſicut altera Cumas tẽdẽs facta:ĩ qua uia obuiis curribus puia :mul/
tis pãditur ſtudiis. E ſuperna ſane montis parte:exciſis multifariam fene
ſtris:lumẽ in pfũditatẽ ĩfundit. Habet & Neapolis calidaꝝ aquaꝝ ſcate
bras:& apparatiſſima balnea:nulla ex pte Baianis inferiora: numero aũt
& multitudine cedẽtia. Alia enim ibi urbs cõdita ẽ: Imperatore alio ſu/
per aliũ magnificentius:q̃ puteolis ædificãte. Plurimi uero e Roma Ne
apolin ſeceſſũ faciẽtes:uictũ græcanico ritu perducũt : aut quietis atque
ocii grana. Præſertim qui eruditiõi dãt opam: aut remiſſioris uitæ deſy
derio:maxime quos ſenectus affligit : uel aduerſa ualitudo. Pleriq; etiã

Romani eodem uiuendi genere delectati:cũ tãtã mortalium multitudi/
nẽ in simili degentẽ instituto:ipsa in ciuitate uersari cõtẽplẽtur:studio/
seac libẽter urbẽ incolunt:ibi ducẽtes ætatẽ. Proximũ est oppidũ Hera
cleæ:icũbens mari promontoriũ habẽs:mirũ in modũ uẽto afflatũ Afri/
co:adeo ut salubetrima ipsa addat habitatio:Hãc quoq; tenuerũt Osci:
& deiceps Põpeios:quos Sernus ãnis alluit:Postmodũ Thusci & Pelas
gi:deĩde Sãnites:Ii etiã his e locis eiecti fuere. Nolæ uero & Nuceriæ &
Ancheraæ Emporiũ ẽ: eiusdẽ nominis coloniæ: quæ circa Creonẽ ẽ:qđ
ad Sarnũ flumẽ fit:onera excipiẽtẽ & emittentẽ. Hisce locis ĩcũbit mõs
Vesuuius:amœnissimis habitatus agris:excepto cacumine. Id magna ex
parte planiciẽ habet:fructũ nullũ omnino ferẽtẽ: & cineres ĩ prospectu
habẽs:Cauernosaq; mõstrat antra:cõbustis ex petris:ut color indicat:ut
pote quas ignis abroserit: Quare coniecturis assequãre plagã istã priori/
bus annis ardere solitã:& ignis habere crateras : Restinctã autẽ esse:ces/
sãte materia. Forte hanc fertilitatis:quæ circa locũ est:causã dixeris: sicut
de Catana proditũ est. Eiectũ ab Etneis ignibus cinerẽ ea ex parte lætã
uinetis tellurẽ effecisse. Excoctas enim igne glebas:pingue aliquid habe
re:quod uberioris fructus afferat. Vapore nãq; ipso magis uliginis abũ/
dãtes cõmodiores fieri queadmodũ & sulphureæ oẽs. Humectatæ dein
de:& exustis cineribus resiccatæ:ad frugũ procreationẽ : permutationem
induerũt. Põpeiis contiguũ est Cãpanorũ Syrreũ: unde Atheneũ idest
Mineruiũ ĩminet:quod quidã Prænussũ nominant Promõtoriũ. Extat
autẽ in extremo eius Mineruæ sacellũ: quod Vlyxes ædificauit. Hinc
ad Capreas insulã:cursus est undis breuissimus. Circũflectẽti uero pro/
montoriũ:exiguæ quædã occurrũt insulæ: Saxosæ quidem atq; desertæ:
quas Sirenas appellãt. Ex ea quæ Surrentũ aspicit regione: quædã sacra
mõstrat ædes:uetustissima ostẽdẽs munera: quæ accolæ loci ueneratio/
ne:frequẽtes obtulerãt. Hactenus terminatur sinus:quẽ craterem appel
lant:duobus diuisus ꝓmõtoriis:meridiẽ spectãtibus: Miseno uidelicet
& Atheneo. Totus uero ornamẽtis ĩsignit:tũ iã dictis urbibus:tũ ædifi/
cis arbustisq; conspicuus . Quæ cũ intermedia contineter porrigantur:
unius,ciuitatis aspectũ offerũt. Ante Misenũ Prochyta iacet insula:a Pi/
thecussis quãdoq; diuulsa. Eretriẽses autẽ simul & Chalcidenses Pithe/
cussas habitarunt. Qui cũ terræ frugibus:& auri fossionibus beatissimi
forẽt:coorta seditione insulã reliquere. Postremoq; tertæmotibus expul
si:& exhalantibus ignibus & inualescente mari & aquarũ feruoribus ex/
cessere. Huius enim generis eructationes habet Insula: Ob quas missi
ab Hierone Tyrãno Syracusanorũ:paratũ iã a se murũ deserere coacti
sũt:simul & ĩsulã: Accedẽtes postea Neapolitani locũ occupauere. Quã

ob causã nata est fabula:quæ Thyphonẽ ea in insula sepultũ asserat.Cũ
que is latus uertat:euaporare flãmas & aquas: Quãdoq autem conũgit:
ut minores insulæ efferuescẽtẽ aquã habeãt. Verisimiliora quidẽ sunt:
quæ Pindarus dixit:ex iis quæ cernũtur cõmotus. Quod omnis iste tra/
ctus:si a Cumis incipias:usq ĩ Siciliã ignitus est: & profũdas quasdam:
inunũ coeuntes habet Cauernas:& in Græciã & continẽtes in terram ex
pectãtes.Ideoq & Etna & Liparẽses insulæ: & Puteolanus ager & Nea/
politanus & Baiãus & Pithecusæ talẽ habẽt: qualẽ cũcti scriptũ relique/
re naturã.Quæ cũ intelligeret Pindarus:cũctis sub his locis sepultũ iace
re Typhonem cecinit.
Timuæs quoq priscos illos:multas de Pithecusis fabulas ædidisse ait.
Paulo ante illũ collẽ Epomeũ in insulæ medio sitũ:per quosdã terræmo
tus: incẽdia euomuisse tradit. Et terrã intermediã in pelagus ignes non
paucos eiectasse.Quodq telluris redactũ est ĩ cinerẽ:cũ sublimus exha/
let Typhonis:i.ardoris:rursus ut fulmẽ recidat in ĩsulã.Quæ cũ in pela
gus ad tria excurrisset stad:nõ m'to post regressa est: Inde recursũ ma/
ris ĩsulã ĩmersisse.Et ita insulæ ignẽ restinctũ esse.Quo ex fragoreq cõ/
tinẽtẽ habitãt:relicto littore in superiorẽ effugisse Cãpaniam. Calidæ lo
co istorũ aquæ laborantes lapide sanare credũtur. Caprearũ duo antiq
tus fuerant oppidula. Nunc uero unũ:quod Neapolitani occupauere.li
amissas bello Pithecusas recepere: denuo Augusto Cæsare illis donãte.
Iis Capreas magnificentissimis ibi structis ædificiis : peculiare sibi fecit
receptaculũ.Hæ quidẽ sũt maritimæ Cãpano ciuitates:& adiacẽtes hu
iusmodi ĩsulæ. Intra mediterraneã aũt:urbiũ mater.i. Metropolis:& pro
uocabuli etymologia:uere caput ẽ Capua. Reliquas enim si ei cõpares:
castella quædã cẽseas:præter Teanũ Sidicinũ.Hæc enim dignitate præ
stãs:ĩ Appia uia iacet. Et quæ ab ea Brundusiũ ducũt:Callateria & Caly
diũ & Beneuẽtũ.Romã uersus aũt Casilinũ sitũ ẽ:ad flumẽ Vulturnũ:
In quo Prænestini milites.xl.& quingenti:aduersus Annibalẽ uariis in/
structũ copiis:tãdiu obsidionẽ ptulere:ut inualescẽte fame:modius dra/
chmis.cc.uenũdaret.Et uẽditor quidẽ mortẽ oppetierit : emptor autẽ ĩ
columis euaserit.Cũ autẽ Annibal eos rapas prope murũ seminasse cõ/
spiceret:tantã animo tolerãtiam admiratione prosequutus ẽ qd homi/
nes tãdiu obsistere posse sparẽt:quoad rapæ maturescerent.Itaq paucis
exceptis mortales illi uictores extitere oẽs: nisi quos aut fames confecit
aut prœlia. Vltra iam dictas: sunt hæ quoq Cãpaniæ ciuitates . Quarũ
mentionem superius fecimus: Calce & Teanum Sidicinũ. Quas duæ
fortunæ ædes separant:utroq ex latere constructæ latinæ uiæ. Itẽ Suesi/
sula & Atella & Nola & Nuceria & Acherræ & Auella : & aliæ his mi/

nores habitatæ: E qbus aliq̃s Sãniticas esse aiunt. Prioribus sane ãnis Sãnites usq; ad latinã & Ardeam excursiones facientes: postmodum & Cãpaniam populantes: late imperium obtinebant. Alioquin etenim imperiose dominantibus parere discẽtes: statim edictis obtemperabant. Nũc autẽ cũ ab aliis: tũ uero a Sylla: dominatu Romanos obtinente: peracta res est. Qui postq̃ Italorũ rebelliones multis dissipauit prœliis: hos ferme solos consistẽtes: & in unũ aduersus Romã conspirãtes conspicatus: ante illorum mœnia castris locatis: eos in pugna obtruncauit: nullis uitã impartiens captis. Alios uero qui arma ꝓiecerãt: ad milia tria: uel ut alii quattuor in cãpo Martio ad Ouilia coactos: ĩmissis militibus triduo iugulauit. Factis inde proscriptionibus: non antea destitit: q̃ Samnitũ nomen deleuerit. Aut ex Italiæ finibus omnes eiecerit. Cum autem de tanta incusaretur iracũdia: respondebat magistra sese experientia didicisse: ne unum quidem Romanum pacem producturum: quoad per se Samnites ipsi consisterent. Itaq; per uicos constitutæ fuere ciuitates. Aliquæ uero radicitus defecere. Boianum: Esernina. Panna: Telesia Venafro cõiuncta. Et aliæ tales: quarum ne unam quidem pro dignitate cẽsueris ciuitatẽ. Nos autẽ pro Italiæ potentia & claritate: quantum satis est percurrimus. Tamen Beneuentum & Venusia: probe ac feliciter consistebant. De Samnitibus huiusmodi uulgatus est sermo: Sabinos quidẽ aduersus Umbros: diutino certãtes bello: quorũdam more Græcorum uotum fecisse: ut eo nata ãno immolarẽt. Re igitur benegesta: reuersi nata partim sacrificarũt: partim consecrarũt. Cæterum facta sterilitate: uulgatum est a quibusdam: oportere & liberos cõsecrari: quod & patrauerũt. Siquidẽ æditos in lucẽ pueros Marti consecratos acclamauerũt. Eos tamẽ uirilem ĩgressos ætatẽ: ĩ coloniã emiserũt: quibus dux factus ẽ Taurus. In Opicorũ autem agro cubãtes: qui uicatim uitam agebant eos eiiciunt. Eiectisq; illis: sedes ibi locarũt: & de Augurũ sẽtẽtia: Marti Taurũ mactauerũt: q ducẽ illis Taurꝫ exhibuerat. Quãobrẽ eos diminutiuo uocabulo a parẽtibus: Sabellos appellatos fuisse crediderim: Sabĩos autẽ ob aliã causã: quos Græci Sãnitas nuncupant. Aliqui uero Laconas eos sibi sotios habitandi fecisse memoriæ tradidere. Eapropter illos Græcos beniuolẽtia cõplexos fuisse: pleriq; illos Pithanatas appellant. Existimãt autem ex Tarentinis eos originem ducere: qui finitimos: & homĩes potentia præualidos: blandimẽtis alliciant & caritate deuinciant. Quippe qui pedestris exercitus. lxxx. milia: & equites octo milia aliquando domo omiserunt. Legem honestam quidem: & quæ ad uirtutem uehementer excitet: Samnitibus extare ferunt. Haud enĩ filias suas qbus collibuerit: nuptũ dare fas ẽ. Verum quotannis decẽ præstãtes decerni

uirgines:ac optios totidē adolescētes. Ex iis primā primo locari: Secūdā secūdo:Et ita deinceps. Hoc pacto quod si is q primā accepit: honestam institutionē mutauerit in deterius: habitus cōtemptui per ignominiam est:& ei locata adimitur. Ordine dehinc sunt Hirpini:& ipsi Samniticæ gentis. Qui quidem ex Lupo nomē adepti fuerūt:qui eis in deducenda colonia dux oblatus est. Samnites enim Lupū uocāt Hirpū:Confines ii autē Lucanis adiungūtur:qui in mediterraneis habitāt. De Samnitibus quidē hæc. At Cāpanis:ob loci ubertatē idē bonoꝝ ac maloꝝ usus euenit. Ad tātū enim deliciaꝝ prouecti sūt:ut ad Gladiatoꝝ paria depugnaturoꝝ cūuiuas inuitarēt ad cœnā. Numerū quidē eoꝝ:pro cœnarum dignitate definientes. Cū uero Annibali sese dedidissent: exercitū eius ad hyberna suscipiētes:adeo uoluptatū illecebris homines demolitos effœminatūt:ut Annibal ipse dixerit. Victor ipse piclitor:ne hostilis præda fiā. Quippe q milites:uiros dederim:fœmias recipiā. Illis autē potiti nouissime Romani:pmultis eos calamitatibus castigatos reddidere:Ad extremūq; agrū eoꝝ sorte diuiserunt. Verūtamē hoc tēpore felicē ducunt ætatē cū finitimis cōcordiā habētes:priscāq; seruātes dignitatē:& ciuitatis āplitudine:& flore uiroꝝ. Post Cāpaniā uero: & terrā Sānitū:usq; ad Ferētanos:ad mare Tyrrhenū:Picētinoꝝ natio colit. Eorum pars modica Picentinoꝝ:qui adriam habitāt. Quos quidē Romani Posidoniatē i sinū colonos traduxere. Hoc uero tēpore sinus ipse Pestanus nūcupat᷑. Veꝝ urbs ipsa Posidonia Pestū uocat᷑:medio i sinu locata. Porro Sybaritæ ad mare urbē posuere Ipse qppe āte eos habitātes alios extruserūt: Ipsos posteriori tēpore Lucani eiecerūt. Lucanis īde Romāi oppidū intercepere:quod īsalubre facit ānis: diffusus in paludes uicinus oppido. Inter Sirenusas uero & Pestū Marcinna est: Thuscorū ædificiū: Cæterū ab Samnitibus habitatū. Hinc Pōpeios p Nuceriā Isthmus iacet:nō ultra stadia centum & uiginti. Picentes autem usq; Silarin perueniunt flumē:qui ab hoc agro ueterem separat Campaniam. Cui quidem fluuio propriū illud īesse tradit᷑:ut i eius aquas demissa uirgulta saxificēt᷑:forma tamē colorecq; seruato:Picētū uero metropolis erat Picētia. Nūc uero p uicos uitā agūt:ab Romanis expulsi: propter initā cū Annibale societatē. Quo quidē i tempore:pro militari officio ut uiatoris publici aut Tabellarii operam explerent:assignati sunt. Quemadmodum & Lucani & Brutii easdem ob causas. Paulū autem supra mare Romani Salernum:custodiæ gratia in eos munierunt. Cæterum e Sirenussis ad Silarin:stad᷑.cc.&.lx.intersunt.

STRABONIS GEOGRAPHI LIBER VI.

Ost Silaris autē ostiū Lucania est:& Iunonis Argiuæ templū:quod ab Iasone constructū fuit. Proximaque ad stad' quinquaginta Posidonia. Hinc cū enauigaueris:Leucosia occurrit isula:puum ad cōtinētē habēs cursū:nomē e Sirenū una sortita:quæ hoc in loco iniecta periit:cū i profūdū(ut fabulæ tradūt)sese abiecissent. E regione Sirenussarū Promtoriū adiacet Posidoniatē sinū efficiēs. Alius itē flectēti cōtiguus sinus offertur. Vbi urbs ab ædificatoribus Phocēsibus Hyela nominata est:cū eā quidē Helā a fonte quodā nominarint. Nostra uero ætas Eleā dicit:e qua Parmenides:atq; Zeno ducunt originē:Pythagoricæ sectæ uiri. Eā per illos prioribus etiā annis:legibus & istitutis bene formatam extitisse arbitror. Quocirca & aduersū Lucanos obsistere. Cōtraq; Posidoniates ualidiores euasere:licet & agro & hominū multitudine cederēt. Igit' ob sterilis terræ tenuitatē: magnā rebus marinis opā dare cogūtur:& pisciū cōdimenta cōficere:& operatiōes eiusmodi reliquas. Antiochus scriptū ædidit:capta Phocide:ab ductore Cyri Harpago:qui naues cū familia ipsoꝶ tota cōscēdere potuere:primū eos ad Cyronē cursū tenuisse:atq; Massiliā Creontiada duce. Inde reiectos Eleā cōdidisse. Quidam ab Eleete fluuio nomē inditum esse tradūt. Ciuitas autē a Posidonia stad' ad ducēta distat: Post illāq; promōtorium extat Palinurus. Ante agrum uero Eleæ duæ cū statione iacent Insulæ: Oenotriæ dictæ: Dehinc post Palinurū Pyxuntis promontorium prominet: & portus & amnis. Tria enim uno contenta sunt nomine. Eo habitatores induxit Micytus Messanæ Siculæ princeps:Qui rursus inde:paucis relictis cōmigrarūt. Secundū Pyxuntē sinus est Talaus:& amnis Talaus & urbs Lucaniæ postrema: paulum a mari semota Sabatitarū colonia. Ad quā ab Hela.cccc.intersunt stadia. Vniuersus Lucaniæ nauigationis tractus: stad'.dc.& quinquaginta est. Iuxtaq; sacellum Draconis est: qui comitū Vlyxis unus extitit. De quo illud Italis uulgatum est oraculum.

Olim Laio cadet heu plebs multa draconi.

Ibi enim Græci qui in Italia erant populi:adunato exercitu: re malegesta a Lucanis deleti sunt:ab isto decepti oraculo. Hæc sunt ad Tyrrhenum littus Lucanorum loca:qui initio quidem: alterum nequaq attigerant mare. Verum omnia Græcorum tenebantur Imperio qui Tarentinum habent sinum. Necdum ulli ante græcorum aduentum:usquam Lucani uersabantur. Cæterum Chones & Oenopi locis ipsis pascebantur. Cum autem res Samnitica eo magnitudinis creuisset: ut & Chones & Oenotros eiecissent:Lucanos eam i partem colonos Samnites deduxerunt. Cūq; Græci utrūq; simul littus: ad fretū usq; tenerent inter

Græcos & Barbaros: diutinũ cõflatũ ẽ bellũ. Siciliæ uero tyrãni: & postmodo Carthaginẽses: nũc quidẽ contra Romanos de Siciliæ ĩperio decertãtes: nũc autẽ de Italiæ regno: oẽs eorũ locorũ incolas uastraunt: Post Græcos etiã magnã mediterraneæ partem intercæperũt: a Troianis orsi tẽporibus. Iã enim tãtopere res Græca ãplificata fuerat: ut & hanc & Siciliã Magnã græciã appellarẽt. Hoc aũt tẽpore præter Tarẽtũ Regiũq & Neapolin: oẽs ĩ Barbaros trãsisse mores obuenit. Et alia sub Lucanorũ: alia sub Brutiorũ ditiõe teneri: aut Cãpanorũ Cãpanos qdẽ nomĩe. Vere autẽ Romanos dico: Nam ipsi Romani facti sũt: sed terræ ambitum tractãti: & quæ hoc tẽpore sint: & nõnulla superioris ætatis dicẽda sũt. Præsertim cũ gloria nobilitata fuerint. De Lucanis quidẽ: qui Thuscũ litus attingũt dictũ est. Qui uero mediterraneã plagã tenent: supra Tarẽtinũ sinũ incolunt. Adeo autẽ funditus ipsi & Brutii: & eorũ auctores generis Samnites deleti sũt ut eorũ domicilia distinguere: ac terminare difficillimũ sit. Quorũ quidẽ causa ẽ: quoniã nulla gẽtiũ singularũ: ulla iti sede cõmunis existit multitudo: nõ sermonis proprii ritus: nõ armaturæ: nõ indumẽtorũ: nõ similiũ rerũ cõsuetudo: quæ omnino defecit. Alioquin singulorũ habitacula penitus ignobilia sunt. Quæ uero de illis accepimus: ipsorũ communẽ sermonẽ faciemus. Neq eos qui interius incolunt: ad hoc agimus. Lucanos scilicet: & iis propinquos Samnites. Petelia quidẽ Lucanorũ Metropolis putatur. Satis ad hoc tempus incolarum habens. Hanc Philoctetes e Meliboea p seditionẽ profugus ædificauit. Egregiis munimentis ualidã. Adeo ut Samnites eã quãdoq castellis exædificantes corroborarint. Circa loca ipsa Philoctetes & uetustã cõdidit Crimissam. Apollodotus quidẽ ĩ expositione nauiũ Philoctete mentionem inserẽs: nõnullos dixisse ait: ut Philoctetes ad Croniatarũ agrũ pfectus: promõtoriũ Crimissam habitari fecerit. Et supra illud oppidũ Chonin: a quo Chones incolæ dicti. Ab eo uero quidã iti Siciliã: ad Ericẽ missi: una cũ Troiano Egesta: Egestæ mœnia fecisse. Et Pumentum item: & Vertine ĩterius & Calaserna & exigui quidam alii uici: usq Venusiã urbẽ celebrẽ extant. Hanc sane & reliquas ordine deinde sitas: qua Capaniã potas: Sãnitias esse arbitror. Super Thurios aũt: & regio patet: quã Thurianã uocãt. Lucani qdẽ ab Samnitibus genus ducũt. Qui suparis bello Posidoniatis: & eorũ sociis: eorum potiri sũt urbiũ. Hi autem cum alio tẽpore populari statu regerent: ingruentibus bellis: Regem magistratus ipsi diligebant. Nunc gens tota Romana est. Positam deinde maritimã plagam: ad Euripum usque Siculum: Brutii possident: stad spatio mille tricentorum & quinquaginta. Antiochus in conscripto ab eo de Italia uolumine: hanc uocari solitã Italiam asserit. Deq illa sese cõscribere: quã

prisci Oenotriā appellauere:eius terminū ostēdit: quē e Tyrrheno qdē mari:Brutiæ terræ diximus:Laum flumē: E Siculo autē Metapontinū. Tarentinā uero:quæ Metapōtino cōfinis est:terrā extra Italiā:nomina/tim explicat:quā Iapygiam uocat.Itē antiquius Oenotros:& Italos solos appellatos fuisse dicit:qui intra Isthmū ad fretū uergūt Siculū. Est autē Isthmus ipse.i.inclusa terra pelago:stad᷑ cētū & sexaginta ītra sinus ger/minos:Hipponiatē scilicet quē Antiochus:Napitinū dixit:& Scyllaticū alterū.Nauigationis autē ipsius ābitus:& spatiū terræ cōpræhensū:ad in/teriorem euripū:duū miliū stad᷑ ē:hucusq; uero inquit Italiæ:& Oeno/triæ nomē extēditur:ad Metapontinos & Sirindes:Videlicet hanc regi/onē Chones:gentē Oenotriā:& quidem īsignē habitasse:& terrā nomi/nasse Chotiā.Hic quidem modo quodā simpliciore:atq; uetustiore dis/seruit:nulla Lucanoꝝ ac Brutioꝝ facta distinctione.Est uero Lucania in/ter Tyrrhenū Siculūq; littus interiacēs. Hinc quidē a Sylari usq; Laū: Hinc autē a Metaponto:usq; ad Thurios.Ad ipsā uero continētē:e Sā/nitibus usq; ad Isthmū: qui a Thuriis ī Cerillos extēditur prope Laū. Stadia autē sūt ipsius Isthmi.ccc. Suptaq; hos Brutii Cherōnesū habi/tant.Et in hoc sane alia cōprehendit᷑ Cheronnesus: Isthmū habēs:qui a Scyllario ad Hipponiatē sinū porrigit᷑.Eis autē hoc a Lucanis nomen i/ditū est.Brutios enim Lucani rebelles fugitiuosq; uocatit. Antea nanq; Brutii Lucanoꝝ pastores fuerāt:a quibus trāsfugerūt. Dehinc remissi in libertate uitā exegerūt:q̄ tēpestate Dion:aduersus dionysiū exercitu du/cto:cūcta ī cūctos pturbata effecit.Hæc qdē tā de Lucanis q̄ de Brutiis:ī uniuersū dicta cōscribius.Ab Lao sane pria urbs Brutiæ extat Temesa: Quā Ausonii condiderunt.Nostræ autē ætatis homines Tēpsā eā uoci/tant.Post illos eā habuerūt Thoantis comites Etoli:quos eiecere Brutii. Brutios dehinc & Annibal:& Romani fūditus extinxere.Prope Teme/sam Sacellū ē:oleastris circūseptū:Polite Vlyxis socio dicatū.Quē Bar/baroꝝ fraude trucidatum:graues excitasse iras tradunt. Ad eosq; extare prouerbium:Heroē Temese ingruere sibi dicat nemo.Locrensibus au/tem Epizephyriis ipsa urbe potitis Euthymū fabulantur pugilē:postq̄ ad eum descendisset:uictorē euasisse pugna. Atq; ut finitimos ab eo tri/buto absolueret coegisse. Huiusq; Temese Poetam meminisse aiunt: Nō autē illius:quæ in Crypto est Temese. Nam utroq; modo dicitur: quod ad Temesam ærarium est.Et ærifodinarum locus ostendit᷑. Quæ hisce defecere ānis.Huic proxia Terina ē:quā cū Annibal tutari posse desperaret:solo æquauit: Qua tēpestate ī ipsam confugerat terram Bru/tiā.Postea Brutioꝝ Metropolis ē Cōsentia. Supra illā paululū Pādosia est:ualidum propugnaculū:ubi Molossorū Rex Alexander trucidatus

est:Dodoneo deceptus oraculo Acherontē:atq; Pandosiā cauere iubēte:
cum similis appellationis loca in Thesprocio monstrētur agro. Triuen-
tex autē ipsū ē propugnaculum:cui Acheron amnis præterfluit. Aliud
insuper fraudauit oraculū. Pādosia perdes populū quādoq; Triuenex
Credidit enim hostiū: non suorū cladē ostētari. Oenotriorꝝ quoq; regū
regiam fuisse Pandosiam : memoriæ prodirū est Post Cosentiā Hippo
niū est:Locrorꝝ ædificiū:Quod Brutiis obtinētibus eripuere Romāi. Et
mutato deinde uocabulo: Vibonā Valentiā appellauere. Ad hæc uete
loca Proserpinā e Sicilia aduētasse:legēdos ad flores: credidere ueteres:
Quoniā florētissimæ regionis amœnissima prata esse cōstat. Hic matro-
nis usus inualuit:ut collectis ex floribus coronas texāt: Cum per dies fe-
stos empta gestare serta:uitio illis det̄. Habet Emporiū:quod olim Aga
thocles Siciliæ Tyrannus:ea poritus urbe istituit. Inde cū ad Herculis
portū nauiges:extrema Italiæ circūflectis: quæ ad fretū iacētia:in occasū
spectāt. In quo nauigationis tractu Locrorꝝ ciuitas Medama est. Nec lon
ge eiusdē nominis fons magnus: cū Emporio nobili : propeq; fluuius ē
Metaurus:& eiusdē nominis stātio. Ante littus hoc:Liparennū iacēt īsu-
læ:lōge ab Euripo stad̄.cc. Quidā Aeolias uocāt ab Aeolo:cuius ī Odys
sea poeta meminit. Sunt aūt numero septē:cūctorꝝ prospectui patentes:
siue a Sicilia:siue a cōtinēte prope Medamā aspectēt:de quibus tūc dis-
seremus: cū de Sicilia sermonē babebimus. Post fluuium Metaurꝝ:Me
taurus alter occurrit. Inde Scylleū excipit sublime saxum:qđ humilē a
tergo tellurē: alluentibus undis habeat: ī Cherrōnesi faciē. Quā Rhe-
ginorꝝ Tyrānus Anaxilaus ædificato muniuit muro: ut Thuscis naua-
le strueret. Et prædonibus nauigādi per Euripū facultatē interciperet.
Finitima enim Cenys ē:a Medama stad̄.cc.&.l.distās. Ea ultimas confi-
cit oras:& āgustias freti:ad prominēs Siciliæ promōtoriū Pelorꝝ. Hoc e
tribus unū ē:quæ triāgulā efficiūt Insulam. Hoc ī æstiuos uergit ortus:
sicut Cenys in occasum:Cum mutuam inter sese faciant inflexionem.
A Cenyde usq; in Posidonium recessū: & Rheginā columellā:ad Euri
pū:angustus prouenit meatus:ad stadia sex ubi minimus traiectos pau-
lo maior est. Ab ipsa uero columella ad Rhegium stad̄.c. Cū ꝓdeunti-
bus in exterius & oriētale pelagus:quod Siculū appellat̄:latior extēdat̄
Euripus. Cæterꝝ Chalcidenses cōdidere Rhegiū. Qui cum ex oraculo
Apollini: ꝓpter sterilitatē decūarim oblati fuisset: postrēo e Delphis eo
coloniā deduxisse tradūt̄:& aliis secū assūptis e domo. Vt aūt auctor est
Anthiochus:Zāclei Chalcidēses ad se accersiuere:& struēdæ colōiæ pri
cipē Antinestū cōstiterūt. In eius coloniæ pte:& messeniorū e Pelopōne
so exules fuerunt. Hi per seditionem ab iis: qui dare pœnas recusabant

expulsi erãt. Missas enĩ a Lacedæmõiis: ad faciẽda sacra uirgines p uim corruperãt: ad Limnas & auxilio subeuntes occiderant. Exules igitur ad Macistũ sese recipientes: ad Apollinẽ querimoniam facturos legant. Et ad Dianã: Si eius generis mercedẽ assequãtur: pro allato diis ipsis subsidio subĩde cogitãtes: Quonã pacto ex eorum erumna salutẽ cõpararẽt? Quibus respõdit Apollo: ut una cũ Chalcidẽsibus Rhegium cõmigrarẽt: suæq; sorori gratias haberẽt. Nõ enĩ p erumnã pusse: sed cõseruatos esse. Haud enim una cũ patria deletum iri: quæ nõ lõge post in Spartiatarũ captiuitatẽ trahenda foret. Illi autẽ paruerũt. Quocirca Rheginorũ principes usq; ad Anaxilai tẽpora: sẽper e Messeniorũ stirpe cõstituti fuere. Verũ Antiochus locũ hunc uniuersũ ab siculis ãnqtus habitatum: simul & a Morgãtiis fuisse tradit. Qui deinde ab Oenotriis eiecti in Siciliã traiecere. Sunt qui Morgãtiũ ab hisce nomẽ duxisse scribãt. Ingẽs uero olim Rheginæ ciuitatis potentia fuit: ualidis quaquauersũ castellis munita. Propugnaculũ assiduæ iminẽs habẽs insulæ: & priscis annis: & ætate nostra: Cũ sollicitãte Sex. Põpeio Sicilia desciuit a Romanis. Cæterũ casu quodã Rhegio nomẽ ĩditũ est. Qui huic obuenit regiõi Aeschylo teste. Nãq; Siciliã ab continẽte ui terræmotũ auulsã fuisse: & ille & alii memoriæ prodiderũt. Ex quo e Rhagene idest a frãgẽdo nomẽ assequutũ. Ex iis autẽ quæ circa Etnã: & alias Siciliæ partes & Liparam: & circũiacẽtes Insulas acciderũt: cõiecturas faciunt. Quid de Pithecussis: & trãslocatis terris uniuersis? Haud sane longe a uerisimili hoc fuisse: & hoc obtigisse qs dixerit. Nũc hisce reseratis oribus: p quæ ignis respirat: & igniti lapides: & aquæ effluũt: raro uicinã freto tellurẽ motibus quassari. Eo autẽ tẽpore: cũ oẽs ad supficiẽ meatus occluderẽtur: in subterraneis cõcauitatibus: ardentes ignes: & spiritus uehemẽtes: terræmotus efficiebant. Agitati uero uẽtorũ uiolẽtia loci cessere: & abscissi utrinq; mare: & hoc & aliud: inter ĩsulas iacẽs admiserũt. Nã Prochyta & Pithecussæ auulsæ de terra partes sũt. Eodem modo & Capreæ & Leucosia & Sirenes & Oenotriæ. Nõnullæ quidẽ ex ipso emergentes exiliere pelago: Sicuti cõpluribus in locis: hoc etiã in tẽpore euenire constat. Nã quæ in medio iacẽt mari: e fũdo ĩ altũ elatas esse credibilius est. Quæ uero ante pmõtoria iacẽt: p ãgustũ disiũctas esse fretũ: & illinc auulsas uideri: rationabilius censeri habet. Verũtamẽ siue ob eam causã nomẽ ciuitati factũ est: siue propter illius claritatem cõsiderari licet: utro ueritas se modo habeat: cum Sãnites latino sermone: regiam illam appellarint. Et prisci eorum auctores: regẽdis ciuitatibus: communia cũ Romanis instituta seruarint: ac plurimum latinam linguam usurparint. Illustrem autem urbem extitisse: & in pleraq; oppida colonias cõstat deduxisse: & pmultos

celebertimos ædidisse uiros: seu gubernãdæ reipublicæ uirtutẽ: seu do/
ctrinæ magnitudinem proposueris. Eã Dionysius solo æquauit: illa com
motus causa. Nã cum ex ea ciuitate puellã ĩ matrimoniũ petisset: Rhegi
ni seruipublici: siue Lictoris filiã ei protenderũt. Eius filius quãdã urbis
partẽ acceptã ĩstaurãs: Pyrrhi ætate Phœbiã nominauit. Inde Cãpanorũ
præsidiũ Rheginos: q̃ fidifragi apparuerãt: maxima ex pte deleuit. Ter
ræmotibus quoq; paulo ante bellũ Marsicũ: urbis pars magna corruit.
Postea Cæsar Augustus fugato ex Sicilia Põpeio: cũ desolatã hominibus
urbẽ cerneret: acceptos e classe pmultos ei dedit accolas. Nũc autẽ bona
satis est ciuitas. E Rhegio ad oriẽtẽ nauigãti: promõtorium occurrit: qd
a colore Leucopetrã idest saxũ album appellant: p stadia. l. Vbi montis
Apẽnini finẽ adesse aiũt. Hĩc Herculeũ promõtorium extremũ ad me/
ridiẽ inclinat. Nã cũ deflexeris: statim uẽto nauigãdũ est Africo: usq; i
Iapygiã. Postea ĩ Septẽtrionẽ semp: & magis ĩ occasũ uergit in sinũ Io/
nium. Post Herculeũ: Locri agri promontoriũ offert: quod Zephyrium
appellatur: portum habẽs uenietibus ab occasu uentis cõmodũ. Qua ex
causa & nomẽ assequit. Deinceps Locri Epizephyrii: urbs ĩsignis. Quo/
niã e Locris Cresoum habitãtibus sinũ: coloni huc profecti sunt: Euan/
the ductore: paulo post conditã Crotonẽ atq; Syracussas. Qua in re fal/
lit Ephorus: Eos ab Locris Opontiis descẽdisse inquiẽs: triẽnio aut qua/
driẽnio cũ Zephytium incolerẽt. Postmodũ urbẽ transtulerunt: opem
ferentibus Syracussanis una cũ iis: apud quos est lacus Locrinus: ubi Lo
cri ĩ expeditionẽ profecti fuerãt. Nã e Rhegio usq; Locros. dc. intersũt
stad. Sitũ ẽ autẽ oppidũ in quodã mõtis supcilio: quod Esopis uocatur.
Eos autẽ primos legibus scriptis usos esse opinio est. Et plurimũ tẽporis
rẽpublicam optimis rexisse institutis. At Dionysius eiectus a Syracussis
flagitiosissime omniũ abusus est. Quippe ornatis sponsalibus puellas cu
bicula & thalamos irrũpens uitiabat. Formosas uero & maturas uiro uir/
gines ĩ unum congregabat. Dehinc dimissas ĩtegris alis colũbas ĩ conui/
uio illas nudas ĩ circuitu quæritare & captare uidebat. Nõnullasq; sãda/
lia soluta calciãtes: partim supne ptim infime sectari dicebat: dedecoris
causa. De quibus pœnas dedit postmodũ: cũ recuperaturus imperiũ rur
sus ĩ Siciliã regressus esset. Locri enim cæso Dionysii præsidio: primo q̃
dẽ ĩ libertatem sese uẽdicarunt. Dehĩc uxorem illius ac liberos ĩ potesta
tem suam redegerũt. Erãt autẽ filiæ quidẽ duæ. Filius uero unus minor
natu: sed iã ad adolescentiam perueniens. Alter enim Apollocrates no
mine una cũ patre in expeditionẽ comes reuersionis in regnũ causa pro
fectus fuerat. Cũ autem Dionysius pariter ac pro eo Tarentini multis
eos fatigarent precibus: ut corpora redderent redemptione quæcũque

collibuisset accepta nullo pacto restituerũt. At obsidionis incommoda: agrorũque populationẽ potius tolerarũt. Et iracundiã furorẽq; omnẽ: in filias euomuerũt. Eas nãq; passim cõstupratas demũ strangularũt: corpora deinde cõcremauerũt. Ossaq; cũ molẽdo attriuissẽt: ĩ mare dissipa/uerũt. Ephorus de scribẽdis Locrorum legibus memoriã faciẽs: quas ex Cretẽsibus & Spartanis & Areopagitaꝵ ĩstitutis: Zaleucus conscripsit: Inquit illud imprimis nouũ ĩduxisse Zaleucũ: ut cũ pristinæ leges defi/niẽdaꝵ cõdemnationũ in singulis delictis modũ iudicibus ipsis cõcede/rent: ille per leges ipsas terminauit. Putauit enĩ iudices ipsos haud eãdẽ: eadẽ de re habituros esse sentẽtiã. Oportere autẽ easdẽ approbare. Et de cõtractibus iisdẽ simpliciori quodã modo instituere. Thurios postea cũ præter Locros acutius explicare uoluissent: celebriores quidẽ cæterũ de/teriores euasisse. Bonos quippe legumlatores esse nõ qui oĩa accusatorũ actia cauerit: sed qui ĩ simpliciter latis persistãt. Hoc & a Platone dictũ ẽ. Quibus leges adsũt plurimæ ac pœne plurimæ iis & uiuẽdi ritus depra/uatos esse. Sicut quibus plures adsũt medici: iis & egritudines ꝑmultas adesse probabile ẽ. Cũ fluuius Alex Reginũ a Locrẽsi disterminet agro qui per uallẽ ꝓfundã cursũ habet. Peculiare quidã de Cicadis obuenit. Quæ enĩ in Locroꝵ ripa uersanť sonãtius stridẽt. Illis aliis uox nulla cõ/tingit: eius rei causã suspicãtur esse. Nã cũ iis omnino umbrosa regio sit: unde roscidas alarũ pelliculas minime pãdant. Illis sole feruida est: quæ aridas & uti corneas habeat. Vnde apte stridor emittitur. Apud Locros: Eunomi Citharedi statua ostẽdiť: quæ ĩsidẽtẽ citharæ cicadã habet. Ti/mæus posteris scriptũ reliquit: In Pythiorũ quõdã certamine Eunomũ: & Rheginũ Aristonẽ aliquãdo in cõtentionẽ uenisse: uter præmiũ sorti/retur. Aristonẽ fusis precibus: Apollinẽ ĩuocasse Delphicũ: ut sibi adiu/tor afforet. Maiores enĩ suos deo ipsi cõsecratos fuisse & a Delphis Rhe/giũ missã esse Coloniã. Eunomũ autẽ dixisse: illis nunquã de Musica ab eorũ primordio fuisse certamina. Cũ qdẽ apud eos Cicadæ: cũctoꝵ ani/maliũ cantu suauissimæ: omni sono destitutæ sint. Nihilominus Aristo/nem ad laudem cõparãdã impigrũ. Speq; uictoriã iam cõplecti. Tamẽ Eunomũ uictorem declaratũ: statuam quam diximus: in patria posuisse. Nam cũ intercertãdum chorda una fracta defecisset: Cicada superuolãs adstitit: quæ supplemẽta uocis faceret. Super has urbes Brutii mediterra/neã occupãt: ubi Mamertiũ situm est oppidũ nobile. Et silua picis ferax optimæ: quã Brutianã uocãt. Proceris arboribus & aquis referta: ad sta/dia. dcc. lõgitudinis. Post Locros Sagra fluuius labiť: quem fœminĩe no/minãt. In cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt. Ad quas decẽ Lo/crorũ milia: una cũ Rheginis: aduersus Crotoniatas: uumero centum &

triginta milia:marte collato uictores euaserũt. Quo ex negotio:ortum ẽ
aduersus incredulos prouerbiũ.ἀληθέσ Τερα Των ἐπὶ σάγρα.i. Hoc rea/
pud Sagrã gesta:uerius ẽ. Addidere pleriq;: quo die certamẽ initum ẽ:
ad Olympia existẽtibus ille nunciatus est euẽtus belli: & tanta celeritate
nũciatæ pugnæ ueritas cõperta est. Hãc ipsã uero cladẽ Crotoniatis:ne
magno ulterius perdurarent tẽpore:causã extitisse memoriæ proditũ ẽ:
Tanta quidẽ mortalium occisorꝫ fuerat multitudo. Post Sagrã Caulo/
nia extat. Prius Aulonia: quasi uallonia:a uicina cõualle nomiata: ab A/
chiuis ædificata. Nũc autẽ uacua ẽ. Qui enĩ eã habitabãt: e Sicilia a Bar/
baris eiecti:illã ædificauere Cauloniã. Post hãc ẽ Scylletiũ Atheniensiũ
colonia: Qui Mnestei comites fuere. Hoc tẽpore. σκυλλάκιον. scyllaci/
um uocat᷑. Tenẽtibus autẽ Crotoniatis: dionysius Locris terminũ statu/
it. Ab urbeq; sinus ipse Scylleticus nomẽ accepit. Qui ad Hipponiatẽ
sinũ Isthmũ: quẽ diximus efficit. Conatus est autẽ dionysius Isthmũ illũ
mœnibus munire: in ea expeditione: quã cõtra Lucanos suscepit: uerbo
quidẽ ut ĩtra Isthmũ habitãtes redderet aduersus Barbaros tutiores. Re
autẽ uera: ut cõmunẽ Græcorꝫ inuicẽ cõcordiam dissolueret: & securus
ĩteriores suo subderet ĩperio. Verꝫ exteriores ĩcursatiõe facta uetuerũt.
Post Scylletiũ Crotoniatarꝫ fines sũt: & Iapygũ terna promontoria. De/
inde Laciniũ Iunonis tẽplũ: superiori ætate locupletissimum: donisq; fre
quẽnssimis plenum. Interualla quidẽ nõ iudicatu: non dictu facilia. Ve/
rũtamẽ a freto usq; Laciniũ tẽplum: interuallũ esse stad᷑ duũ miliũ & tri
cẽtorũ Polybius tradidit. Hinc itẽ spatium ad Iapygiæ ultima: stad᷑. dcc.
Hoc Tarentini sinus os esse ferũt. Sinus autẽ ipse nauigationis circuitũ
ita ratione cõprehẽsũ habet: ad miliatia ducẽta & quadragita. Vt aũt re/
gionis descriptor Artemidorus ait. ccc. & . lxxx. expedito uiatori. Tot aũt
stadiis latitudo ipsius ostii sinus omissa est. Ad hybernos uero ortus eius
aspectus uergit. Ipsius aũt initium ẽ Laciniũ. Statim enĩ ubi flexeris: ur/
bes Græce fuerãt: quæ nunc nullæ sũt: excepto Tarento. Cæterꝫ ꝑpter
quarũdã claritatẽ: amplius de illis repetẽda memoria ẽ. Prima Croto ẽ:
a Lacinio. c. & . l. distãs stad᷑. Est & Esarus fluuius & portus. Et fluuius al/
ter Neethus nomine: quorũ cognomina casu ꝑuenisse dicit᷑. Nã ĩ Achi/
uorũ errore: quosdã ab Iliaca classe applicuisse: ad locorꝫ explorationẽ
egressos. Troianas uero mulieres nauigationis comites tã longi pertesas
pelagi cursus: naues incẽdisse: quas uiris desertas esse nouerãt. Qua ex
causa illi mãsisse coacti sũt: præsertim cũ terrarꝫ uirtutẽ cernerent. Eue/
stigioq; plurimis alios aduẽtãtes & pro sanguinis necessitudĩe ipsos imi/
tãtes: multas habitãdi effecisse sedes. E quibus plures Troianorꝫ similẽ
appellationẽ assecuti sũt. Neethos etiã ãnis ex malorũ euentu uocabulũ

uendicauit. Vt uero auctor est Antiochus: Cũ Achiui a deo oraculũ cæ/
pissent: ut Crotonẽ conderẽt: Myscellus ad cõsyderãdũ locum accessit.
Q ui cũ iã ædificatã cerneret Sybarin: a uicino flumine cognomẽ habẽ
tẽ: hanc præstãtiorẽ esse iudicauit. Eapropter reuersũ ad oraculũ: denuo
rogasse: Nunquid hanc pro illa condere datum esset. Cui deus has red/
didit uoces. Erat autem gibbus Myscellus.

Terga breuis Myscelle tuo de pectore omitte.
Cætera perquirens frustra: en uenatis iniqua.
At rectum quodcũq; datur: tu laude probato.
μυσκέλλε βραχύνωσε παρέσσεθεν ἄλλο ματεύων.
κλάσματα θηρεύεις ὄρθον δοτί δωτίς ἔπαινει.

Reuersus igit᷑ Crotonẽ construxit: Archiæ auxilio: qui Syracussas con/
didit. Cũ forte annauigasset: quo tẽpore Syracussaꝝ domicilia constitu/
ebãt. Antea sane Iapyges Crotonẽ: Ephoro teste incolebant. Fuit autem
ciuitas rei bellicæ peritissima: Nec paruã exercẽdis Athletis opã dedit.
In unius igit᷑ Olympiadis ludis: septẽ uiri qui cæteros studio superarũt:
Crotoniate fuere oẽs. Iure itaq; dici uisũ ẽ: qui Crotoniatarũ postremus
ẽ: is reliquoꝝ græcorũ primus ẽ. Vetus quoq; prouerbiũ alteꝝ: Crotone
salubrius asserit. Quod inde ortũ esse aiunt: quia locus ipse ad salubrita/
tem: & bonas habitudines propter Athletaꝝ multitudinem plurimũ se/
rat. Plurios igit᷑ ad Olympia uictores. i. olympionicas habuit. Licet haud
tẽpore multo habitata: cũ tãtus uiroꝝ numerus ad Sagrã ad internitio/
nẽ ceciderit. Ad eius gloriã accessit: ingens Pythagoreoꝝ cetus. Nec nõ
Athletarũ celeberrimus Milo: & Pythagore discipulus: Q ui ea ĩ urbe
multũ contriuit tẽporis. Fama ẽ Colũna quãdoq;: in philosophoꝝ cõtu/
bernio laborãte: Milonẽ subeuntẽ: saluos reddidisse uniuersos: deĩdeq;
seipsũ extraxisse. Q uo mẽbroꝝ robore fretũ: uitæ subuersionẽ offẽdis/
se: haud incredibile dixerim: de qua scriptores quidã tradidere. Ferunt
igitur cũ ꝓfũdã densãq; ꝑ siluã iter faceret: lõge a tramite deuiasse. Trũ
cũ deinde ĩgẽtem: adactis cuneis inuenientẽ: insertis manibus pariter ac
pedibus in scissurã eius hiantẽ: ut penitus discinderet esse conatũ. Tan/
tũ autẽ solũmodo ualuisse: ut exilirent cunei. Ligni uero partibus: statim
in se coeuntibus: derelictũ in eius generis laqueo: a feris deuoratũ fuisse.
Deinceps ab Achiuis cõditũ oppidum Sybaris est. cc. distans stad᷑. Inter
duos sitũ fluuios Crathidẽ & Sybaridem. Eius autẽ cõdende auctor est
Iseliceus. Eo autẽ excellẽtiæ & felicitatis ea ciuitas excreuit: ut quaternas
proximas rexerit gentes. Et quinq; ac uiginti urbes: suo subdiderit ĩpe/
rio Et contra Crotoniatas. ccc. hominũ milium exercitũ duxerit. Super
Crathide uero domicilia habẽtes. l. ĩ circuitu stad᷑. Totam autem hanc

felicitatem intra dies.lxx.Crotoniate illis intercæperunt:adeo deliciis &
luxuria intẽperantes defluebant. Vrbe enim poriti:inducto fluuio cun/
cta demerſerũt.Pauci ea ex clade ſupſtites adunati cohabitabant. Quos
tẽporis interuallo Athenięſes:aliiq; Græci prorſus extinxerũt. Nã i ſoci
etatẽ ciuitatis peruenientes:eos per cõtẽptũ habitos trucidarũt. Et urbẽ
aliũ in locũ prope trãſpoſitã ædificarũt:& eos Thurios: ducto de fonte
uocabulo nuncuparũt. Si equi de Sybaridæ biberint:ſternutamẽtis agi
tari cõſtat.Quãobrẽ ab eius potu greges amouẽt.Cratis autẽ homines i
eo lotos cæſarie cãdidos & flauos efficit:ac ml'tis medet' morbis. Thurii
cũ diutius beatã duxiſſent ætatem: Tãdẽ in Lucanoꝝ ſeruitutem tradi
ſũt. Cũq; illos Tarentini deſtruerẽt:ad Romanoꝝ tutelã conſugerunt,
Qui quidẽ mittentes: pro uiroꝝ paucitate accolas: mutato nomine ciui/
tatem copias appellauere.¶Poſt Thurios Lagaria eſt: caſtellũ ab Epeo &
Phocẽſibus ædificatũ. Vnde & Lagaritanũ uinũ dulce ac molle:& a me/
dicis mirifice cõmẽdatum. Thurinũ quoq; inter uina nobiliſſimũ ẽ.¶Po
ſtea Heracleopolis ſupra mare paululũ: & nauigabiles amnes duo. Aci/
ris & Siris. Sup quo eiuſdẽ nomis ẽ ciuitas Troiana:a q̃ ꝓcedẽte tẽpore
deducti a Tarentinis Coloni:Heracleã tenuerũt.Hæc ipſa Heracleẽſiũ
fuit Emporiũ.Diſtabat aũt ab Heraclea q̃ttuor & uigĩti ſtad'.A Thuris
aũt:tricentũ & triginta: Troianæ uero ciuitatis coniecturã faciunt: Iliace
Palladis ſimulachrũ ibidẽ collocatũ.Quod cũ capta ab Ionibus urbe:cõ
fugiẽtes ad illud ſupplices auulſiſſẽt: labra & palpebras agitaſſe rumor
ẽ.Hos enim cũ Lydorũ dominatũ fugerẽt:eo habitatores aduẽtaſſe.Ca/
ptoq; p uim oppido: quod ĩdigenaꝝ erat aboriginũ ſeu Chonorũ:illud
eos appellaſſe Pol iion.Nocturno etiã tẽpore mouẽtẽ labra & palpebras
Palladis imaginẽ cõmonſtrari.Inuerecũdi fortaſſis:& confidẽtis ẽ:huiuſ
modi iactare ſermones Cũ quibuſdã id minime factũ eſſe appareat: Si/
cut & i Ilio cũ Caſãdra uiolaret': ſeſe auertiſſe Palladiũ: Oculoſq; & ora
aperuiſſe monſtrari. At enim longe ĩuerecundius eſt: talia facere deletas
ex Ilio imagines.quot & quãta poſteris rerũ ſcriptores prodidere. Nã &
Romæ & Lauinii & Lucheriæ & Siritide: Troiana Pallas uocat'.Perin/
de ac inde portata. Et audax ipſũ mulieꝝ factũ Troianoꝝ: paſſim diſſe/
minatũ uulgatur.Et ĩcredibile uidet':licet factu poſſibile ſit.Pleriq; autẽ
& Siritin:Et ſitã ſuper Theutrante Sybarin: Rhodiorũ opus eſſe affir/
mãt.Antilochus ĩqt Tatẽtinos bellũ Thuris & Cleaudrie Imparore
Sparta profugo ĩſerẽtes:de Siriridis uẽdicatiõe cõueniſſe:& cõmuniter
habitaſſe. Tamen Tarentinorũ coloniam iudicari.Poſtea uero Heracle
am uocari: & nomine & loco trãſmutato.¶Deinceps quidem eſt Meta/
pontus: ad quam ab Emporio Heraclee ſtad' ſunt.c.&.xl. Id oppidum

a Pyliis:qui a Troia cū Nestore nauigarant : ædificatū esse dicitur. Eos
tātū felicitatis e re rustica: & agricolatione consecutos fuisse fama est: ut
Delphis donū obtulerint aureā æstatē. Aedificationis aūt signum faciūt
in ferias:quas Neleidas appellant. Cæterū a Samnitibus deleta fuit. Lo/
cū uero ipsū destiturum habitauere quidā Achei:quos ad Sybaridis cul
tores Achei trāsmiserūt:ut auctor est Anthiochus. Transmisisse autem
propter simultatē:quā ipsi eiecti e Lacedæmonia Achei aduersus Tarē
tiōs exercebāt:ne uicini Tatērini loco īsultarēt. Cū uero duæ Metapōti
ciuitates essent: Tarento propiores: Sybarite aduenis suaserunt:ut Me
tapontum occuparent. Nā cū hunc tenerent: facile & Siritin habituros
Qui si Siritin uerterentur: Metapontū Tarentinis adiūcturos:qui a la
tere consisterēt. Implicitos deinde bello cū Tarentinis:& impolitis sibi
Oenotriis:in parte altera disiungi. Vbi tunc Italiæ terminus erat & Iapy/
giæ. Hic sane de Metaponto & Melanippa:in uinculis coniecta: & eius
nato Boeotho multa fabulantur. Anthiochus ciuitatē Metapontū prius
dictū:postea in Metabū nomē transmutasse existimat. Et Melanippā:
non ad hūc sed ad Diū deportatā Argumēto esse:& sacrā ædē Metabi.
Et poetā Asiū:qui Boeothū inqt speciosa Melanippa in Dii regia pepe/
rit. Auctor est Ephorus Dauliū Crisæ Delphis finitimæ Tyrānū Meta/
pontū condidisse. Rumor etiā est:Leucippū ab Acheis ad ciuitatē habi/
tandā socium legatū fuisse. Qui cū locū a Tarentinis in usū:ad diē no/
ctēq; petitū:reperētibus non redderet:interdiu reposcentibus hactenus
semp sese ad noctē : deinceps petisse respōdebat & accepisse. At noctu
ad diē sequētē:referebat. Deinceps quidē Tarentū & Iapygia est: de q/
bus explicabimus. Cū antea pro nostro ab exordio instituto: adiacentes
Italiæ Insulas lustrauerimus. Nā cum hactenus semp singulis gentibus
uicinas dinumerauerimus Insulas : & nunc tandē usq; in finē ad Oeno/
triam peruenerimus: quā solā Italiā nominauere prisci: Iure eūdem ser/
uabimus ordinē.& in Siciliā & proximas Siciliæ Insulas accedemus. Est
autē Sicilia tribus formata angulis. Idcircoq; primis sæculis Trinacria:
posterius Trinacris appellata est: trāslato consonantiorē in uocem uoca
bulo. Figurā uero eius tria terminant promōtoria. Ora quidē Pelori ad
faucē:& Columellā:& Rheginos agros: āgustū facit Euripū. Pachynus
ad orientē uergit. Siculoq; alluitur pelago:in Peloponnesū:cursūq; Cre
tēsē spectās. Tertius ē in Libyam extentus angulus. Lilybeū scilicet hāc
simul & hybernū ꝑspectās occasum. E lateribus autem: quæ his tribus
finiuntur promontoriis:duo quidem paulisper concaua sunt. Tertium
uero a Lilybeo in Pelorum prouenien currum quod quidem magnitu
dine superans:mille ac septingentoꝝ ac.xx.stadus est ut ait Posidonius.

Reliquorum autem: id quod est e Lilybeo in Pachynum: altero maius
est. At enim latus freto & Italiæ proximū: minimum est. E Peloro ad Pa
chinū: quod stadiis mille &.c.&.xxx.numeraṫ. Ipsa ī circuitu nauigatio:
Posidonio teste: stadiis.quater.mil. &.cccc.definiṫ. Apud ipsū uero loci
descriptorē īterualla particulatim diuisa: per miliaria maiora traduntur.
A Peloro sane ad Mylas: quinq; ac.xx. Ex Mylis ad Tyndaridē: totidē.
Inde ad Agathyrsū.xxx. Paria sūt ad Alesam. Et rursū totidē ad Cepha
loediū. Hæc qdē sūt oppidula. Ad amnē uero Imerā ꝑ mediā fluētem
Siciliā.x.&.viii. Postmodū ad Panormū.v.&.xxx. Duo autē atq;.xxx.ad
Egestanoꝝ Emporiū. At reliqua ad Lilyboeū.viii.&.xxx. Hinc cū ad cō
tiguū latus deflexeris: ad Heracleā qdē.lxxv. Ad Agrigētinū uero Em
poriū.xx.& alia.xx. ad Camarinam. Postea ad Pachynū.l. Hic denuo ad
tertiū latus: ad Syracussas.vi.&.xxx. Ad Catanā .lx. Ad Tauromiiū
xxxiii. Inde ad Messanā.xxx. Terræstre uero iter facienti: a Pachyno ad
Pelorū.c.lxviii. E Messanaq; ad Lilyboeū per ualeriā uiā.v.ac.xxx. Ple
riq; ī qbus Ephorus simplicius ꝓdidere. Nauigādi enī circuitionē dierū
ac noctiū quiq;. Posidonius a Climatū aspectu īsulā definiēs: Peloꝝ qui
dē ad Septētrionē locat. Lilyboeū autē ad Austrū: Ad ortū uero Pachy
nū. Necesse est aūt: cū Climata ī parallelaꝝ lineaꝝ forma diuiseris: maxi
meq; quæcūq; scalena: idest tribus lateribus īparia: & quorū latus nullū
de figura: per parallelæ lineas ducta cōueniat: discrepanter se habere ad
Climata: propter ipsā obliquitatē. Tamē in Siciliæ situ ad Italiā: ad Au
strū uergētē benediceret: quod Pelorus magis q̄ alii āguli: ad septētrio
nē spectat. Adiūctū igiṫ ab eo ad Pachynū ad Orientē latus excurrere
dicimus: ad Arcton spectās. Latus autē etiā ad Euripū efficiet. Capienda
uero quædā parua est īflexio ad ortus hybernos. Sic enim littus illud ī
cliat: si a Catana Syracussas uersus: ad Pachynū processeris. Interuallū ē
autē a Pachyno ad Alphei ostiū: stadˀ.iiii.mil. Cæteꝝ Artemidorus a Pa
chyno ad Tenaꝝ.iiii.mil.&.dc.esse dicit. Ab Alpheo uero ad Amisum
mil.c.xxx. Qua ex re rationē mihi adhibere uideṫ: ut ab eo discrepet: q
iiii.mil. ad Alpheū a Pachyno esse dixerit. Quid a Pachyno ad Lilybo
cum? Is magis q̄ Pelorus ad occasū expositus satis ē. Ipse etiā a meridio
nali signo ad occasū satis apperet. Spectaret & pariter ad ortū & ad Au
strum. Hinc quidē a mari Siculo aspersus. Hic autem a Libyco: quod a
Carthaginēsi pelago ꝑuenit ad Syrtes. Est autē a Lilyboeo ad Africam
minimū interuallum mille & quinquagīta stadˀ circa Carthaginē: quā
quidem ad rem quiddam memoratur insigne. Quēdam prospectus a
cuti: cum in speculam ascendisset: naues Carthaginis portum egredien
tes Lilyboetanis numero renunciasse. A Lilyboeo autem in Peloꝝ latus

in ortum obliquari necesse est. Et inter occasũ & Septẽtrionem specta/
re. Ad septẽtrionẽ quidẽ habẽs Italiam. At in occasũ mare Tyrrhenũ:
& Eolias insulas: Vrbes uero extant: Ad latus Euripũ efficiẽs. Primum
Messana: deinde Taurominium & Catana & Syracussæ. Quæ autẽ ĩter
Catanã & Syracussas fuerãt defecere. Naxus & Megara: ubi cunctorũ
eruptiones animũ occurrũt: qui ĩ ostia portuosa ex Etna delabãtur. Hoc
sane in loco Xiphoniæ promontoriũ ẽ. Has primas in Sicilia urbes: ori/
gine græcas constitutas fuisse Ephorus cõmemorat. Post res Troianas:
priscos enim illos Thuscorũ latrocinia formidantes: & ea inhabitãtiũ lo
ca: crudelitatem Barbarorũ: ne ad mercaturã quidẽ eo nauigare audere.
Theoclẽ uero Atheniẽsem uentis agitatũ: Siciliã cõtẽplatũ fuisse. Intel/
lectaq; mortalium solitudine: & terræ uirtute remeasse. Is cũ Atheniẽses
inducere nequiret: acceptis Chalcidensibus Euboee: magno numero Io/
nibusq; nonnullis: & Doriensibus magna ex parte Megarensibus eo na
uigauit. Ex his igitur Chalcidẽses Naxum condiderunt. Dorienses uero
Megara: cũ prius Hybla uocaret. Et eæ ꝑfecto ciuitates euanuere. Hy/ hyblo
blæ uero nomẽ: ꝓpter Hyblei nominis præstantiã remanet. Ex remanẽ
tibus quidem adhuc urbibus: in eo quod diximus latere: Messana ĩ Pe/ Messana
lori sinu iacet: ubi is ad oriẽtem magis magisq; flectitur: & faucẽ quãdã
efficit. Distat autẽ a Rhegio stad. lx. ĩteruallo. A Columella uero multo
minus: Eã condidere Messenii: qui Pelopõnesum habitant. A quibus &
nomẽ permutuauit. Nãq; prius Zancle uocabatur: cũ curua essent loca.
Nam curua Zãclia uocitabãt. Antea Naxiorũ ædificium fuerat: qui Ca/
tane finitimi fũt. Posterius Mamertini natio Campana habitatores ĩdu/
xerũt. Eo Romani aduersus Carthaginẽses: in bello Siculo usi fũt rece/
ptaculo. Post hæc sex. Pompeius eo in loco classem: Cæsari Augusto bel
lum ĩferẽs continuit. Hinc etiã fugam fecit: cũ ab ĩsula fugatus abiisset.
Ante urbẽ paululũ in traiectu Charybdis ostẽditur: profundũ quidem Charybdis
ĩmẽsũ: quo inundationes freti: mirũ ĩ modum nauigia detrahũt: magnas
per circũductiones & uortices præcipitata. Quibus absorptis ac dissolu/
tis: naufragiorũ fragmẽta ad Taurominitanũ littus attrahũtur: quod ab
huiusmodi casibus Coprian idest fimũ appellant. Tantũ autẽ in Messa
nis inualuere Mamertini: ut in eorũ manu ciuitas consisteret. Potiusque
Mamertios: q̃ Messanos uocãt oẽs. Cũq; feracissimus uini ager ipse sit:
Vinũ ipsũ non quidẽ Messanũ: sed Mamertinũ nũcupant. Quod cõtra
Italica cuncta: & quidẽ præstantissima æmulatione certat. Ciuitas autem
frequẽtiores: q̃ Catana habet accolas. Nã & habitatores admisit Roma/ Catana
nos plurimos. Pauciores tamẽ q̃ utraq; habet Taurominium. Cũq; Ca
tana sit Naxiorum ædificium: Taurominium condiderunt ex Hybla T

Zanclei. Catana sane priscos illos amisit icolas: cũ Syracussanoꝝ Tyrã nus Hierõ alios habitatores adduxerit: eãq; ꝑ Catana appellauit Etnã. Huius cõditorẽ Hieronẽ Pindarus fuisse inquit. Hospes tibi dico diui norũ sacrorũq; par nomẽ gestãs pater cõditor Etnæ. Post Hieronis obi tũ redeũtes Catanẽses: inquilinos expulerunt. Et ipsius Tyrãni tumulũ solo æquarunt. Etnei uero excedentes inuesam (Sic enim montanam Et næ oram uocant) Habitãdam tenuerunt: & locum Etnã appellarũt: quæ a Catana. lxxx. stad' abest: Et eius auctorem habitãdæ Hieronem diuul garũt. Super Catanã uero Etnã iminet maxime & plurima quæ Crate res habẽt: communia illi obueniunt. Nam & riui in agrũ Catanensium proxie deferũtur. Quæq; de filiorũ i parentes pietate fama disseminat: Amphinomi & Anapiæ: hic gesta sũt. Hi cũ clades ipsa portaret (sic eni Neptũno uisum erat) parentes humeris baiulãtes: illos incolumes & sal uos eduxerũt: Proni Catanẽsium colles alto exundãt cinere. Qui aliquã do magno illos afficiẽs merore: posterioribus ãnis magnum terris attu lit beneficium. Quippe tã læta reddidit illis uineta: & singulari bonitate fructuosa: ut reliq̃ nulla uini nobilitate eis cõparabilis existat: Loca ipsa cinere permixta radices educũt. Inde pecudes tanta exuberare pinguedi ne tradũt: ut inde suffocẽtur: nisi cruor quattuor aut quinq; per dies ab auribus eximat'. Hoc idẽ & in Erythia prouenire diximus. Fluxus autẽ ille ad soliditatẽ permutans terræ superficiẽ: ad magnã profũditatẽ saxi ficat: adeo ut pristinã uolentibus detegere superficiẽ: lapides excindere sit necesse. Liquescẽte enim i ipsis crateribus petra: deĩde sparsa humor super uerticẽ diffusus ĩgrescit i limũ: e monte deflueẽs. Deinde duriciem assumẽs: lapis molarius efficitur. Quenq; defluens colorẽ habebat: eun dẽ deinde conseruat. Fitq; cinis crematis ex lapidibus: queẽadmodũ com bustis ex lignis fieri solet. Sicut igit' ex lignorũ cinere ruta fouet': Sic Et neũ cinerẽ quãdam affinitatẽ cũ uitibus habere: uerisimile dixerim Sy racussas quidẽ Archias e Corintho nauigãs cõdidit. Quibus tẽporibus & Naxus & Megara: habitari cœperũt. Simulq; Myscellũ & Archiam Delphos: ut deũ consulerẽt petisse: utrũ opes an salubritatem deligerẽt. Archiã itaq; opes: Myscellum uero salubritatẽ elegisse. Cõcessum igit' alteri: ut Syracussas: Alteri ut Crotonẽ conderẽt. Euenit igit' Crotonia tas urbẽ tã salubrẽ coluisse ut diximus. Syracussas uero ad tãtũ diuitia rũ cumulũ euasisse: ut iã i prouerbio disseminet': cũ ad locupletes ac sũ ptuosus loq̃mur: Vobis ne decima quidẽ Syracussanoꝝ adest. Cæterũ cum Archias in Siciliam nauigaret: Chersicratem ex Heraclidarum ge nere procreatum: cum parte copiarum reliquit. Qui ad deducendos Corcyram accolas: Sic enim nunc appellatur: quæ prius Scherea socius

esset. Is igitur expulsis Liburnis locũ habitantibus: Insulã habitatorum frequẽtia refersit. Archias uero potitus isulæ: Zephyrium spectãtes Dorienses: aliquos nactus eo profectos: e Sicilia eos ab Megarorũ conditoribus accepit. Et eoꝝ pariter ope Syracussas ædificauit. Itaq; ciuitas & agri felicitate: & naturali portuũ cõmoditate: tantum accepit incremẽti. Virique pricipali dignitate insignes extiterũt. Obuenitq; Syracussano populo: ut sub dominatu constituti: reliquos suæ ditioni subiugarent: ac libertatem adepti: alios Barbarorum seruitute oppressos in libertatem uẽdicarẽt. Erant autem Barbari quidam Inquilini: Quidam uero e trãsmarinis terris aduecti. Verum maritimas nulli ripas prohibẽtibus Græcis: attingere audebant. A mediterraneis uero locis prorsus excludere: minime ualebãt. Hactenus facile cultores perdurarũt. Siculi: Sicani: Morgetes: Aliiq; nõnulli. E quibus & Iberi sũt: qui primi Siciliam habitasse dicũtur e Barbaris: sicut auctor est Ephorus. Eniuero Morgantiũ e Morgetibus habitari cœptam uerisimile sit: Ea urbs quõdam fuit. Quæ nũc nulla est. Aduẽtantes uero inde Carthaginenses: & hos & Græcos cladibus afficere nũquã destiterũt: Syracussani tamẽ obstitere. Postea Romani Carthaginẽses eiecerunt: Et Syracussarum p obsidionem potiti sũt. Cum autem Pompeius ætate nostra & reliquas ciuitates: & Syracussas uastasset: Cæsar Augustus eo missa colonia: magnã uetusti oppidi ptem restituit. Nã quinq; cõstabat urbibus olim. Mœnia stad. c. & .lxxx. continẽs. Totum quidem ambitum explere nõ oportuit. Partẽ uero quæ insulã aspectãs Ortygiam colitur: habitatoribus implere satius esse censuit: cũ haud contemnendũ haberet urbis spatium. Ortygiam pons terræ coniungit. Ea fontem habet Arethusam: i pelagus fluuium statim emittentem. Hunc ipsum Alpheum esse: traditum est in fabulis. Qui cum in Pelopõneso sumat originem: per mare sub terram: usq; ad Arethusã fluenta perducat. Deinde hoc ex loco emergentem rursus excurrere in pelagus. Talibus autem de rebus coniecturam faciunt: poculum quoddam olympiæ in amnem ipsum decidens: hoc in fonte demum emersisse. Sacrorumque in olympia factorum: sordibus turbulentum fieri flumium. Hæc sequutus Pindarus: Venerabile inquit flumen Alphei fontes: Syracussas germen Ortygiæ. Eadem Timæus philosophus Pindaro adstipulatur. Siquidem Alpheus anteq̃ pelagus attingat: in quẽpiã dilaberetur hiatum: Credi posset hinc subter humũ: usque i Siciliã: nequaq̃ marinis fluctibus admixtas pferre aq̃s potuiq; placidas. Postq̃ uero os ipsũ fluminis palã mare manifestũ irrumpit. Nihil autem alueo uicinũ est: quod fluminis aquas absorbeat: Licet nec sic dulcis pmaneret aqua: si fluxus ipse supernæ innatans: aut infra terrã intret: prorsus est

ipossibile. Cōtra enim Arethusæ testatur aqua: potiōi cōmoda & ipsius Alphei fluentum: nequaquā mari confusū: tāto incursu permanens: qđ in alueū uictū incidat: At res omnino fabulosa ē. Vix enim hoc de Rhodano credimus: cuius aqua per lacū diffluens adeo permaneat: ut manifestā oculis seruet excursionē. Cæterū id quidē exiguū īteruallū ē. Nec undas agitante lacu. Hic autē cum īgentes tēpestates & inundationes fiant: nullius persuasiōis aut credulitatis: affirmē permittunt esse sermonē. Appositū uero poculū magis ac magis mēdaciū auget. Id enī haud credibile ē: cū eo modo & talibus terminis delatum esse dicat. Verū enim uero multi subterranei labunt amnes: uariosq per locos. At non tantū per spatiū. Quod si possibile sit: ea quæ diximus omnio īpossibilia: quæque de Inacho traduntur fabulis perqīmillima. Fluit enim de Pidi uertice: ut auctor est Sophocles: & Lachmo de Perrhebis ī Amphilochos & Acarnanes & Acheloi cōmiscetur aquis. Et hinc gradiens Argos: undas abscindens ad Ici populū peruenit Lyrcii. Dilatant aūt monstrosū hunc sermonē: nonnulli q Chonmopū ex Nilo Delū transmittūt. Zoilus orator in Tenediorū collaudatione: Alpheū e Tenedo effluere dicit. Is ē q Homerū: uti fabularū scriptorē uituperat. Ibicus uero Sicyoniorū ānē Asopū e Phrygia labētē asserit. Meliusq Hecateus: qui Inachū Amphilochoꝝ flumen: ex Lachmo fluēs scribit. A quo & eas erūpit. Alterū ab Argolico esse: & ab Amphilocho nomē assūpsit: q & urbē Argos Amphilochicū appellauit. Iste illū quidē ī Acheloū irrūpentē affirmat. Ēm/tē uero in occasum: Apolloniā uersus fluere. Ex utroq autē Insulæ latere: portus sūt magni. E qbus maior ē stad. lxxx. Hāc urbē uero & Catanā refecit Cæsar Augustus: sicut & Centoripa. Cū illa ad Pōpeii destructionē plurimū attulisset adiumēti. Supra Catanā & enim Centoripa iacent: Etneis propinqua montibus. Fluminiq Symeto: agꝛ Cataneū influenti. E reliquis Siciliæ lateribus ora ipsa: quæ a Pachyno ī Lilybeum extendit: tota relicta est. priscarum tātum habitationum uestigia seruans. E quibus Camarina Syracussanorū colonia fuit. Verū Agrigentū Ionicū: & Emporiū & Lilybeū adhuc permanet. Nā cū hæ partes agro subiaceāt Carthaginēsi: lōga & diutius pdurantia bella maxia ex parte plagā hāc extinxerunt. Reliquū uero latus: īgens sane licet raris teneat moenibus: satis tamen accolarum habet. Nam & Alesa & Tyndaris & Egestanorum Emporium: & Cephaloedium: exigua sane sunt oppidula. At Panormus Romanam habet coloniam. Egesteam ab Amphilocte comitibus conditam esse memoriæ proditum est: qui Crotonem commigrarant: Quos Philoctera una cum Egesta Troiano transmiserat in Siciliam: sicuti in rebus Italicis a me explicatum est. Intra Insulam est

Etna:modicis quidem possessa Inquilinis:super collē iacēs. In qua sacra
Cereris ædes est.Ea mōtanas amplectitur planicies totas arabiles.Eunus
cū fugitiuis obsidione pressus:illā præcipuis affecit cladibus. Vixq; tan
dē a Romanis euulsi sūt.Eadē mala perpessi Catanenses:& Tauromini
tani aliiq; q̄plures.Eryx quoq; collis excelsus habitatur.In quo Veneris
tēplum locatū est:quod singulari ueneratione colit̄. Antiquitus mulierꝝ
frequētia refertum:illius ministerio dicatarū: quas & e Sicilia & Exter/
nis ex regiōibus multi locatāt. Hac uero tēpestate: sicut & ipsa Colonia
uiduata colonis est:Sic & tēplum desolatū:& sanctaꝝ hominū copia de/
fecit.Est & Romæ ante portā Collinā: deæ huius ædificiū: quod Vene/
ris Erycinæ tēplū dictitant: Cui cū æde sacra insignis adiacet porticus.
Reliquā uero coloniā: maiorēq; mediterraneæ plagā pastores possidēt.
Haud enim Himerā habitari amplius nouimus. Nō Gelā:nō Callipo/
lim:nō Selenūtē:nō Euboeā:neq; alias plures.Ex his Zanclei Mylaꝝ in/
colæ:Himerā condiderūt.Naxii uero Callipolin.Selenuntē Megatēses
Indigene.Euboeam Leontini. Barbaricaꝝ quoq; permultæ sunt deletæ:
sicut Comici memorāt. Cocali Regia apud quē Minos dolose necatus
tradit̄.Itaq; Romani loci potiti cognita solitudine:montes & campestria
plurima equoꝝ pastoribus:Bubulcis & Vpiliōibus fruēda præbuerūt.
A quibus Insula sepenumero in maxia rerū discrimina constituta fuit:
Primū quidē Pastores ipsi ad latrocinia sparsim uertebantur. Inde coa/
dunatis in unū copiis:uicos populabant̄. Quomodo quādo Eunus Et
nam occupauit.Nuper etiā ætate nostra Selutus qdā:q sese Etnæ filiū
prædicabat:exercitus ductor: cū diutius circūcirca Etnā loca prædator
discursaret: missus ē Romā . Vbi in foro gladiatoꝝ certamīe cōstituto:
bæluaꝝ cū morsibus discerpi:laniariq; spectauīus. In sublimi nāq; ad id
cōpacto positus ædificio:perīde ac ī Etna: cū derepente dissolutum una
concidisset:Is insolutiles bæluaꝝ caueas:ad hoc ipsū præparatas præcipi
tatus est.Quid uulgatā ab omnibus locoꝝ uirtutē prædicē? Quā nulla
ex parte inferiorē Italia demonstrāt: Superiorē uero diceres frumento:
Melle:Croco:aliisq; permultis. Adde locoꝝ propinquitatē.Insula enim
ueluti quædam Italiæ pars est.Romæ quoq; singula:tanq̄ ex ipsis Italiæ
prædiis facile:nulloq; cū labore suppeditat. Itaq; Romæ horreū Siciliā
uocauere.Huc enim omnia ibidem nata comportantur: paucis exceptis
quæ incolarum usus absumit.Hæc autem sunt: non fructus modo: sed
etiam pecora:pelles:lanæ.Cæteraque eius generis.Duas autē perinde ac
natis arces Posidonius sitas esse describit Syracussas uidelicet:& Erycē.
Mediā uero inter utrūq; Etnam imminere circūstantibus cāpis. Vasta/
tus uero ē Leontinorū ager uniuersus quos Naxii:& quidem indigenæ

condiderunt. Eos & enim res Sytacussanoꝝ aduersas cõmunes semper suscepisse constat. Secundas autẽ non semper. Centoripis autẽ propin quũ est exile sane oppidũ:uocatũ Etna. Ea montẽ consẽsuros accipit atque transmittit. Hic enim primus montis ascensus inchoat. Loca supiora tum nuda:tum cinerosa sunt:& per hyemẽ niuibus referta. Cæterũ inferiora:filuis & uatiis arboꝝ consitionibus partita. Ipsa uero montis cacumina multas suscipiunt mutationes: uescẽtibus icẽdiis. Nũc quidẽ unũ in Craterẽ collabente igne:nunc diuiso effluente nũc igniti emittuntur riui:nunc flãmæ fumosæ ue fuligines:Nũc ardentes exhalat lapides. Necesse nanq; est meatus ipsos subterraneos cũ his pariter accedentibus uariari. Et ora ipsa quãdoq; secũdũ circũstantẽ superficiẽ plura esse. Plerique nuper qui eo ascenderãt nobis enarrabant:Cãpum sese deprehẽdisse superne planissimum ad stadia.xx.in ambitu Qui cineroso quodam includebatᷣ supercilio parietis altitudinẽ habẽte. Vt qui intra cãpũ illũ penetrare uellẽt:eis trãsilire fuerit opus. In medio cinerosũ fuisse tumulũ eo colore:quo cãpi superficies cernebatᷣ. Supta tumulũ rectã in sublime consurrexisse nebulã. Ad pedes uero.cc.quiescẽtẽ. Fuisse enim malaciã. Illa uero instar erat fumi. Duos autẽ in capũ progredi ausos:cũ feruẽtiores:altioresq; calcassent pedibus arenas: retulisse gradũ:cũ nil ãplius explicãdũ haberent:q̃ quod longe intuẽtibus apparuisset. Quo ex aspectu uideri:ut multaꝝ fabulationũ nascatᷣ occasio. Qualia præsertim de empedocle dixere quidam quod ĩ Craterẽ insiluit. Et illius casus reliquę uestigia:e calceis alteꝝ quos ferreos gestabat Quã quidem paulo a Craterls labro longius reptum:ipsa ignis uiolentia eiecisset. Nã locum ipsũ neq; aditu:neq; aspectu facilẽ. Suspicariq; nihil ĩ eo deiici posse: Cũ contratii e ꝓfũdo spirantes uenti ac uapores obsistant. Quos longe prius occurrere ueri simile sit:q̃ ad Craterls os applicetur. Quod si deiectum sit prius corrumpatᷣ:q̃ eiectum rursus existat qualecũque relinquatᷣ antea. Deficere autem & spiritus ipsos:& ignem cũ materia deficiatᷣ:nõ ratione caret. Non tamẽ usq; adeo:ut ꝓ tãta uiolẽtia appropĩquare liceat homini. Imminet aũt Etna magis Euripo & Littori Catanẽsi. Quin Tyrrheno pelago quoq;:& Liparitanis Insulis. Per noctẽ quidẽ lucet & splendens apparet e cacumĩe. Interdiu autem fumo & caligine obsidetur. Etnæ quidẽ e regiõne montes neruosi obsistunt. Humiliores sane. Cæterũ latitudine admodũ prætereuntes. Insula tota cauernosa sub terra est fluuiis & igne plenissima. Sicuti de mari Tyrrheno usq; cumas diximus. Calidarum igitur aquarum scaturigines habet Insula multis in locis. E quibus Selenuntiæ ad Himerã salsæ sunt. Egestanæ uero potabiles. Ad Agrigentũ uero lacus fuit: gustũ quidẽ maris habentes n aturam autẽ

discrepantem.Iis enim quæ nequaquam natabilia sunt nullo pacto de
demergi contingit.Quin immo in lignorũ modũ superne fluitant.Itali/
ci sane quosdã habent Crateras:qui turbulẽtã exhalantẽ eiectãt aquam.
Ac rursũ eundẽ in sinũ recipiunt.Spelunca uero penes Metaurũ ẽ:am
plissimã intus habẽs fistulã p quã occultus elabit̃ amnis & magno qui/
dẽ interuallo. Dehinc in superficiẽ emergens sicut Horontes in Syria:
Hiatũ iter Apameã & Antiochiã ittũpẽs:quẽ Charybdin appellãt: Et ĩ
tra.xl.rursũ excurrẽs stadia. Similiter & Tigris in mesopotamia:& Ni/
lus ĩ Africa:paululũ ante fontes. Ad Stymphalũ uero aqua ducẽtis sub
terra stadiis delata:ĩ Argiuo dehinc agro Erasinũ effũdit amnẽ. Penesq;
Abiam Arcadiæ rursus aqua ut sub terrã impulsa : ratde postea emittit
Eurotã & Alpheũ adeo ut uulgatũ fabulosũ qddã fidẽ assequatur.Siqs
utiq; coronas in cõmunẽ proiectas aquã utriq; dictas commendauerit:
ptout dixerit uterq; proprio ĩ flumine suã ostẽdit. Illud etiã de Timeo
uerbũ dictũ est:sororia iis sunt quæ ad Siciliã & quæ ad Lipareas insu/
las accidere ferũtur:& ad ipsã Liparã ostenduntur.Sunt autẽ numero se
ptẽ E quibus maxima Liparis:in quã Gnidii coloniã deduxere. Siciliæ
pxima iacẽs:post Thermessã.Eã prisci quidem Meligunin appellabãt.
Duces classibus habuit:diutius aduersus Thuscorũ incursiões obsistẽs.
Eius subiectas imperio habuit Lipareorũ nunc insulas appellatas: quas
pleriq; Eolias uocant. Apollinisq; oraculũ Delphici:multotiens suis pri/
mitiis adorauit.Fertilissimã tellurẽ haber. Et magni prouentus: Alumi/
nis effossionẽ.Calidas etiã aquas & euaporãtes ignes.Inter hanc: Siciliã/
que ea iacet:quã Vulcano sacrã uocant:Saxosa tota:& deserta:& ignita.
Trifariãq; quasi ternis ex crateribus efflat.E quorũ sane maximo Lami/
nas flãmæ eructãt:quæ magna ex parte meatũ referserunt.E longa uero
creditũ ẽ obseruatione flãmas ipsas flatibus concitari: tũ hic tũ in Etna.
Quibus cessantibus:cessant & flãmæ.Nec uero id ratione caret. Venti
enim e marinis exhalationibus captantes originẽ: & generantur:& nutri
untur. Adeo ut de cognata materia accidẽtiq;: ignis incẽsus spectatores
ipsos mirari non sinit alio quodã modo talia.Ex tribus illis caracteribus
unũ partim effluxisse.Polybius asserit.Alios uero permanere. At maxi/
mo labię adesse rotũdũ:ad stadia quinq;. In magnitudinẽq; paulatim cõ
duci ad pedũ.l.Diametrũ.Cuius quidẽ profunditatẽ:usq; ad mare stad'
spacio esse.Sicut in uẽtorũ langore licet intueri.Quod si hæc ipsa credi/
bilia censueris: forte fidem non abrogaueris ad ea quæ de Empedocle
uulgo fabulantur.Igitur si spiraturus est Auster nebulosam circum in/
sulam effundi caliginem dicit . Adeo ut longe Sicilia cerni nequeat .
Flãte uero Borea:puras flammas ex eo quem dixi cratere altius extolli.

Ac maiores emitti strepitus. Zephyrꝫ aũt mediũ quẽdã tenere ordinẽ. Reliquosq; crateras eiusdẽ quidẽ esse generis. Exhalationũ uero minores habere impetus. Exq; fragorũ differentia:& quo ex loco exhalationes inchoent:& flãmæ & fumus annotari. Et tertiũ rursus in diẽ quis spiraturus sit uẽtus. Omni igiť languẽte spiritu: Alios ex Liparitanis salte futurũ prædicere uentũ ait nec id quidẽ falso. Qua ex re quod a Poeta fabulosissimũ dici uisũ est: haud inaniter dictũ apparet. Sed occulta quadam ratione ueritatẽ insinuasse. Cũ dicat Eolũ uẽtorꝫ esse custodẽ. De quo in superioribus facta a nobis est mẽtio. Quoniã satis expressa est noticia euidentiæ huius: dicat quispiã: utraq; enim æquali adsunt dispositione:& euidẽtia. Atq; amborꝫ cõmunis est uoluptas. Redeamus ad earũ rerum a qbus regressi sumus: ordinẽ. De Lipara nẽpe:& de Thermessa dictũ a nobis est. Aliã Onostrongylã a figura: idest rotundã uocant. Est & hæc ipsa ignibus scatẽs. Flãmarum qdẽ ui minor. Lumie uero maior. In hac Eoli domiciliũ fuisse: memoriæ proditũ ẽ. Quarta est: quã a forma quoque Didymã idest gemellã uocarũt. E cæteris Ericussã:& Phœnicussam ab arbustis uocauere. Ad pascua uero prorsus omissæ fuere. Septia uero in mare magis exposita ẽ. Euonyma idẽ sinistra uocata:& solitaria est. Sic autẽ appellata est: quoniã e Lipara in Siciliam nauigantibus sinistra maxime offertur. Multotiens sane in maris Insulis propinqui: superficie excurrentes flãmæ cõspectæ sũt: Cũ e profundis cõcauitatibus recursus quidã ignium meatus est. Et ille ad exteriora uiolentior erũpit. Posidonius se meminisse inquit: æstiuo solstitio: illucescẽte aurora inter Hierã:& Euonymã pelagus mirãdũ in modũ in sublime conscẽdens apparuisse. Et aliquo tẽporis spatio permansisse assiduis erectũ flatibus: deinde sisse. Quosdã autẽ ãnauigasse illuc ausos exanimatos uidisse pisces: quos fluxus ageret. Quosdã uero uapore:& odore malo percussos fugã captasse. Unaq; e nauiculis ꝑpius admotam nõnullo amisso. Reliquos Liparã uix incolumes reportasse. Qui nunc quidẽ instar eorũ q Comitiali morbo captantur desiperent: Nunc ad proprios sensus resipiscerẽt. Pluribus post diebus uisũ esse Cœnũ mari supne germinãs & mĩtus ex locis flãmas & fumũ & caliginẽ erũpentes. Postremo congelatũ:& molaribus lapidibus similẽ glaciem extinsse. Quã qdẽ rẽ cum Siciliæ Prætor. T. Flaminius Senatui declarasset senatus ou·dẽ mãdauit: ut & i ipsa Insula:& i Lipara: Diis maribus:& marinis: facto sacrificio litaret. Ipse locorũ descriptor ab Ericussa: ad Phœnicussã. x. mil. passuũ iteresse tradit. Hic ad Dimã. xxx. Ab ea ad Liparã: ad septẽtrionẽ. viiii. ac. xx. Ab hac i Siciliã. xviiii. Ab Strõgyla uero. xvi. Immiẽt ãt Pachyno Melita & q Castelli portãť: quos Meliteos uocãt & Gaudos. Absũt iter se ãbæ millibus

passuum.viii.&.lxxx. Ante Lily beũ iacet cossura & ãte Aspidẽ:i.clipeũ. Ea uero Carthaginẽsiũ ciuitas est: quã clipeã uocant.Inter ambas sita: & eo quod diximus ab utraq; interuallo disiũcta. Est & ante siciliã & africã egimurus & aliæ quędã exiles insulæ.De insulis quidẽ hactenus. Quã/do atq; ue Italiæ usq; Metapõtũ loca sumus emẽsi continẽter adiuncta deinde explicemus.Cõtigua uero ẽ Iapygia quã & Messapiã Græci uo/cãt Indigenæ autẽ:partim salentinos circa ultimã Iapygiã nominãt ptim calabros.Post hos ad boreã sũt Peucerii & Audanii sermone græco no/minati Accolæ uero tractũ omnẽ post Calabros Apuliã uocant.Eorum pleriq; Poedicli dicũtur Et Peucerii maxime. Est uero Messapia i Poe/ninsulæ forma a Brundusio usq; Tarentũ Isthmo inclusa:stad'.x.atque. ccc. Annauigatio uero circa ultimam Iapygiam stad' est .cccc. Distat a Metaponto stad' circa.cc. Er ad eum quidem maris iter ad orientem ẽ. Tarẽtini sinus pars maxima importuosa est. Ibi maximus atq; pulcher rimus magno includit' ponte.Circuitus uero ẽ stad':centũ.Eque sinus i/teriotis pte Isthmũ efficit: exterius ,pspectãtẽ pelagus adeo ut urbs ipsa in Cherõnẽsõ iaceat ut per ipsã facile nauigia protrahãtur. Cum utroq; ex littore humile collũ existat.Cũq; oppidi depressũ solũ sit: qua tamen arx ædificata ẽ paululũ altius attollit'. Antiquus sane murus ingentẽ cir/cuitũ habet.Nũc autẽ qui prospectat Isthmũ plurima defecit ex parte. at pars:quæ portus ori uiciniot applicat':qua arx perdurat:nõ mediocris urbis magnitudinẽ explet stadiũ habet ornatissimũ & forũ amplissimũ: ubi situs ẽ Iouis Colossus:ex ære fabrefactus:eximie.Post Rhodiũ ma/gnitudinis.Inter forũ autẽ:atq; ipsius portus os: Arx ipsa extollitur per paucas uetex ornamẽtorũ reliquias & statuatũ continẽs quorũ cum ma gna copia foret urbe potiti Carthaginẽses:pleraq; uastauere.Aliqua eti/am Romani capto per uim oppido ut spolia uẽdicarunt.E quibus Her/culis imago sublimis ex ære:in Capitolio fixa ẽ. Opus Lysippi. Quod a Fabio maximo oblatũ ẽ domum. Qui urbẽ ceperat. De huius urbis ori gine hæc ab ãthiocho mandata sunt litteris.Quod conflato iter Lacedæ/monios:& Messenios bello.Qui Lacedæmoniox in eius cõmunicationẽ uocati non sũt:Serui sũt iudicati.Quos Elotes nominabãt.Ea quoq; du/rãte militia: quotcũq; in lucẽ producti sũt pueri infames ignobilesq; iu/dicatos Parthenias uocarũt.Quod cũ minime ferrent æquo aio: erãt aũt plurimi:insidias struxere popularibus.Q ui cum intellexissent:clam ali quos submisere qui amiciciæ simulatione modũ isidiarum renunciarẽt. Horum e numero & Phalanthus erat qui Præfectus eorum uidebatur esse. Minime uero simpliciter iis qui participes erant uocati placebat. Conuenerat autem ut in Hyacinthiorum celebritate: quãdo certamẽ i

Amycleo conficeret. Is locus est cũ Phalãthus capiti pileum imponeret: fieret insultus. Populares autẽ a cesarie noscitabãtur. Phalanthi uero so/dales cũ signum renunniassent cõsistente certamine præco in mediũ pro cedẽs Phalantho ne pileũ capiti ĩponeret inhibuit. Quod coniurati sẽtiẽ tes apertis iã palã insidiis partim fugitant partim supplices aduẽtant. Ius si aũt bene sperare conniciũtur ĩ uincula. Phalãtus uero. ad Apollinẽ de Colonia deducẽda cõsulturus mittit̃. Cui deus huiusmodi ĩsit oraculũ.

Sastyreum & pinguẽ populũ tibi trado tarenti.
Incolere. Et late cædẽ per iapygas ædes.

Vna igitur cum Phalantho Partheniæ profecti sunt. Quos Barbari & Cretenses: qui prius locum occupauerãt hospitaliter accepere. Eos fuis se tradũt: qui una cũ Minoe in Siciliã naugarũt. Post cuius loetũ ĩ Ca/micis apud Cocalum in Sicilia pelagus ĩrãtes huc appulsi fuerũt. E q/bus posterius quidã pedestri itineri sinum Adriancum: usq; in Macedo niã peragrãtes: Bugei sũt appellati. Iapyges autẽ uniuersos usq; ad Dau/niã: cognomẽ e quodã duxisse Iapyge. Quẽ Dædalus e Cretensi mulie/re suscepisse dicitur: ducẽq; Cretensibus extitisse. Tarẽtum autẽ ab He roe quodã nomen accepisse: litteris proditum est. At enim Ephorus de ipsius ædificatione: hũc in modũ scriptum reliquit: Lacedæmonii aduer sus Messenios belligerabant. Ii nãq; Regẽ Teleclum eo sacrorũ causa profectũ necauere. Illi uero iuramẽto sese obstrinxere: non ãte domum reuersuros: q̃ Messenam solo adæquassent. Aut omnes certe occumbe/re morti. Vrbis uero suæ custodiam & iunioribus & natu grandioribus: ĩ militiam profecti reliquere: Decimo postmodũ belli anno: Lacedæmo/niorũ matronas concilium ineuntes: nũtios ad uiros emisisse: quærentes haud pari sane conditione contra Messenios bellũ illud geri. Hos nãq; cõmorãtes in patria in dies sobolẽ procreare. Lacedæmonios uero poti/tis in hostili terra castris: uxores dimisisse uiduas: q̃ ex re periculum im/pendere: ne patria uirili destituta stirpe deleat̃. At illi simul sacramenti fide seruata: & mulieȝ uerba figẽtes animo: eos ab exercitu mittunt: qui robore firmissimi & iuuenta florẽtissimi fuerant. Eos nãq; minime iura/mẽti cõmunione teneri nouerãt: cũ puerilibus adhuc consistentes in an/nis cum natu grandioribus ad bellum exierãt iussẽrũtq; ut cuncti uirgi nibus cũctis cõmiscerẽt̃: rati hoc pacto copiosiorẽ procreatũ iri sobolẽ. Quæ cũ ita facta fuissẽt: nati ipsi Partheniæ nomiati sũt. Messena tandẽ ãno. xviiii. expugnata: ĩ potestatẽq; redacta ẽ: Sicut Tyrteus ipse cecinit.

Nos duo magnanimos animis armisq; urgentes:
Perpetuo nonusdecimus quoq; uiderat annus:
Confertos bello: uicenus uenerat hostis

Pingue ſolum fugitans:mõtiſq; reliquit Ithome.
Itaq; cum Meſſenium diuiſiſſent agrum:reuenientes ĩ patriam:Parthe/
nias nequaq̃ cum aliis pari honore dignabantur. Perinde ac matrimonio
minime progenitos:Itaq; ipſi cũ ſeruis cõſpirãtes Elotibus: Spartanis ĩ/
ſidias ordiebãtur. Cõuenit ut ſignum ĩ foro:cũ adoriẽdum eſſet:tollerẽt
pileũ Laconicũ. Qua re per ſeruos quoſdã Elotes patefacta: contra ĩperũ
ferre factu difficile eſſe cognouerũt. Magna enim erat hominum multi/
tudo. Et quod maximũ erat:una eadẽq; mẽs omnibus:quippe qui ſeſe ĩ/
uicẽ germanos eſſe cogitarẽt. Qui aũt ſignũ tollere debuerãt:e foro cõ/
cedere iuſſi fuere. Qui rẽ gerẽdam indicatam eſſe ſenſerãt:ſeſe contine
bãt. Alii per eoꝝ pattes pſuadebãt:ut foras in coloniã excederẽt. Quod
ſi ſatis idoneũ cœpiſſẽt locum pmanerẽt. Sin contra redirẽt:quintã Meſ
ſeniæ terræ partẽ fortituros: Tum miſſi Achiuos contra Barbaros bellũ
gerentes offenderũt. In partẽ igit̃ periculoꝝ aſſumpti Tarẽtũ ædificãt.
Cæteꝝ ampliſſime Tarentinoꝝ opes aliquãdo fuete:tẽ ſuã ciuilẽ popu
lari poteſtate gerẽtes Democratia. Nã claſſe maxima cũctos ſupauerũt
accolas:pediteſq; ad milia.xxx.in expeditiones emiſere. Equitũ uero tria
mil. Ductores aũt equitũ mille. Pythagoricã quoq; philoſophiã ãplexati
ſũt. Imprimis Archytas ſingulatiter:q diutius eius ciuitatis prĩceps emi
nuit Inde poſterioribus ãnis illecebroſe ĩualuere delitiæ: ꝓpter fortunas
nimiũ ſecundas:adeo ut plures totius populi ludos: feſtaſq; celebritates
quotãnis agerẽt:q̃ reliquos ãni dies. Eã ob rẽ ĩ deterius urbanũ regimẽ
ferebatur. Cuius flagitiorũ unũ illud documẽtũ ẽ:qđ externis uti Imp/
atoribus coacti ſũt. Contra Meſſapios enim & Lucanos: Alexandrũ Mo
loſſoꝝ regẽ accerſierunt. Antea quoq; Archidamũ Ageſilai filiũ. Poſtea
Cleonymũ & Agatoclẽ. Dein Pyrrhũ quo tẽpore:aduerſus Romanos
bellum conflauere. Nec uero illis obtemperare ualuerunt:quos inuoca/
rãt. Quin eis infẽſi inimiciciã cõtraxere. Alexãder itaq; publicũ Græco
rũ conuentũ tractus illius:eoꝝ cõpulſus odio:ad Theutiorũ agrũ tradu
cere conatus ẽ:cũ in Herculea Tarentinæ telluris æde: illum celebrari
mos eſſet. Iubebatq; ad Acalandrum amnem locum ædificari: ubi con/
cilia forent. Vnde & rem illi malegeſtam: propter ingratos eorũ mores
obueniſſe fert̃. In eoſq; Annibalis tempeſtate redundaſſe: libertate ſpo/
liatos. Poſterius uero admiſſa Ro. colonia: ſolito melius trãquillo degũt
in ocio. Bellum autẽ contra Meſſapios Heracliæ cauſa ſuſcepere Dauni
orum: & Peucetiorũ Reges ſotios & adiutores habentes. Terra deinceps
Iapygia:nõ ſine admiratione commoda oppido eſt. Nam cũ in ſuperno
tergo aſpera uideatur ubi aratris panditur:altioris fertilitatis glebas inue
nies. Cumq; aquarum ĩdiga eſt:nihilo minus læta ſuppeditat paſcua &

arboribus referta spectatur. Hæc etiam omnis regio aliquando copiosa
admodum mortaliũ multitudine floruit & tredecim urbes habuit. Nũc
autẽ excepto Tarento: atq; Brũdusio: cætera exigua sũt oppidula. Adeo
absũptæ sunt uires. Salentinos Cretẽsiũ fuisse coloniã memoriæ prodi/
tũ ẽ. Hoc in loco Mineruæ fanũ ẽ: quod aliquãdo locupletissimũ extitis/
se constat. Extat & scopulus: quẽ ultimã Iapygiã appellant: multis in pe/
lagus & ortũ hybernũ ꝓminẽs. Paulatimq; sese conuertẽs ad laciniũ fle
ctitur. In quo ab occasu se attollit & ad ipsũ Tarentini sinus os claudit.
Similiter ad ipsum sinus Ionii ora Cerauniis claudũtur a montibus. Ab
eo ad montes Ceraunios: & ad Laciniũ: stad. circiter. dcc. interuallum ẽ.
E Tarento autẽ ad Brundusiũ nauigationis circuitio ẽ: ad Batin seu Ba
retũ: ut nũc uocãt: ut autẽ antea. Baretẽ urbẽ exiguã: stad sexcẽtoꝝ ẽ. Ia/
cet uero in Salẽtinorũ finibus: ad quã pedestri magis: quã maritimo iti/
nere: a Tarento facile puenit. Hinc ad Leuca (ea enim urbs non grãdis
est) stad. dccc. sunt Ibi odoris aquã fetidi fons effundens aspicit. Fabulæ
tradũt reliquos Gigãtes e uicina Cãpaniæ Phlegra: cũ Hercules pulsos
exagitaret: uocabant autẽ Leuternii ad ea fugitasse loca: contractosque
subiisse terrã. Et ex eoꝝ cruore: talẽ effluxionẽ continere fontẽ. Eam ob
rẽ & littus illud Leuterniũ appellari. Ex leucis qdẽ ad Hydruntẽ urbe/
culã stad. cl. Hinc Brundusiũ. xl. stad sũt. Totidẽ ad Sasonem Insulam.
Quæ ipsius interualli: quod iter Epyrũ: & Brundusiũ ĩteriacet: media si/
ta ẽ. Ea propter qui rectũ nauigãdo tenere cursũ nequeũt. A Sasone ad
Hydrontẽ: leuorsũ iter faciunt. Hinc obseruato ferẽte uẽto: Brũdusinis
ꝓpinquãt portubus. Et egressi Rhodeas urbẽ Græcam: pedestres occurs
aduentant. Cuius oriundus Ennius poeta fuit. Locus igit nauigatiõe cir/
cundãdus. E Tarẽto Brundusiũ Cherrõneso pquãsimilis est. E Brũdu/
sio autẽ Tarẽtum uia expedito uiatori uno nauata die: eius quam dixi
Cherrõnesi Isthmũ efficit. Eã & Messapiã: & Iapygiã & Calabriã: & Sa/
lentinã: cõplures cõmuni appellatione nuncupãt. At quidã (ut antea di/
ximus) diuidũt. Exigua quæ præter nauigãtibus obuiant oppida: cõme/
morata sunt. Cæteꝝ in mediterranea regione Rhodiæ sunt: & Lupiæ. Et
paululũ a mari semota Salepia At medio in Isthmo Thyreæ: ubi poten/
tium cuiusdã regiæ monstrãtur ædes Cũ autẽ dicat Herodotus uriã in
Iapygia esse: quã Cretenses ædificauere: e Minois classe: ĩ Siciliã nauigã/
tis errabundi. Aut hanc ipsã accipiamus oportet. Aut ueretũ. Brundusi/
um Cretenses habitasse: memoriæ proditũ est. qui e Cnosso cũ Theseo
dissescerũt. Postea alios e Sicilia cũ Iapygiæ disgressos: nã utroq; modo
fama ẽ: cũ una pmanere nollẽt: ĩ Botticẽ discessisse: tẽpore aũt posteriori:
ciuitas regia potestate gubernata: nõ puam agri portionẽ ab Phalanthi

ac Lacedæmoniorum uiolētia perdidit. Eum tamen eiectum a Tarento Brundusini acceperūt. Ac eū deinde uita functū: eximiæ honore sepulturæ decorauerūt. Terrā aūt Tarētinis meliorē habēt. Illa enī tenuis q' dē: cæterū fructuū bonitate præcellens. Nam & mel eius: & uellera uehementer laudātur. Inprimis etiā Brundusii portus sua excellētia præstat. Multi enim ore uno portus includunt: qui nulla fluctuū agitatione turbanť. Cū interni sinus excipiantur: ut forma ipsa cerui cornibus simillima sit unde & nomen inditū sit. Locus enim cū urbe ceruino capiti maxime est cōparādus. Nā lingua Messapiorū Brundusiū cerui caput nominať. Cæterū Tarentinis portus nō omnino undarū motibus caret: Cum sese pandat: & interius occulta sub undis saxa quædā cōtineat. E græcia præterea nauigātibus atq; Asia longe rectior Brundusiū ē nauigatio. Itaque omnes quibus propositum est iter Romā: huc applicant. Duæ autē uiæ sūt. Vna quidē mulis uectabilis p Peucesios. Qui pœdicli uocantur: & Daunios & Samnites usq; Beneuētū: In qua uia est Egnatia ciuitas. Post eā Celia & Netium & Canusiū: & Cerdonia. Altera p Tarētū paulisp ad leuam. Et si quanta est diei unius circuitionē feceris uia Appia offerť plaustris cōmodior. In ea urbs est Vria: & Venusia. Hæc quidē Tarēti atq; Brūdusii media. Illa uero ī Samnitum & Lucanorū cōfinibus. Coeuntq; ambæ ad Beneuētum atq; Cāpaniā ex Brūdusio. Hinc iā usq; romā uia uocať Appia: p Claudiū per Galitiam. Per capuā & Casilinum: usq; Venusiā. Quæ dehīc sūt diximus. Tota uero ex Roma Brūdusiū. ccc. & .lx. miliaria continet. Tertia e regione p Brutios: & Lucanos & Sānitum ad Cāpaniam Appiæ ītigitur. Cæterū lōgior q̄ e Brūdusio tribus diebus aut quattuor p Appianos mōtes. At enim Brūdusio ī trāsmarinā ripam nauigatio est una quidem ad Cetaunia: littusq; deīceps reliquū: & Epiri: & Græciæ. Alterā Epidamnū q̄ prima lōgior. Nā mille &. dccc. stad'. est. Trita & hæc est: cū urbs ipsa cōmode & ad gentes Illyricas & Macedonicas sita est. E Brūdusio uero littus Adriaticū prænternauiganti Stegnaria occurrit ciuitas Cōmune & nauigāobus: & terræstre iter facientibus ad Bariū diuersoriū. At usq; Peucestium mari uento nauigatur austro. Per terram autem usq; Siluium. Tota uero & montana & aspera: magnam Apēninorum mōrium communicationem habēs. Eaq; colonos Arcadas accepisse putatur. E Brūdusio Barium. dcc. stad'. spatium est. Pariter fere distat ab utraq;: Cōtiguum quidē pascūtur agrum Cau mi. Dehinc Apuli usq; ad Ferentanos: ut necessitudo sit usq; ad Peucetios & Daunios: quos nec accolæ omnino ita uocitant: præterq̄ antiquioribus ānis: omnis quidem huius regionis quam Apuliam nūcupāt: haud accurrate sane terminos explicemus harū gēnum: Quocirca nec nobis

p ii

ualde affirmãdũ est. E Bario ad amnem Aufidum: ad quẽ Cãnusiorum
est Emporium: stad' sũt. cccc. Ad Emporium autem superior nauigatio
stad'. lxxxx. Proxima est Salappia: Argyrippinorꝝ Emporiũ. Haud eñ
multũ a mari: duæ Italicarꝝ urbiũ: maximæ quõdam: in plano sitæ sunt:
sicut documẽto sũt circuitus earꝝ. Cãnusiũ uidelicet & Argyrippa. Cæ/
terũ his ãnis minores sũt. A primordio quidẽ uocabat' Argyrohippiũ:
Deinde Agyrippa. Porro autẽ Arpi nũc uocata est Vtræq; impræsẽtia
sane deletæ: a Diomede cõditæ dicũtur: his ĩ locis & cãpus: & alia cõplu/
ra: Diomedis potẽtatũ ostẽtant. In Mineruæ quidẽ fano: quæ Luceriæ ẽ:
prisca dona & ipsũ uetus oppidũ Dauniorũ extitit: nũc uero depressa ia
cet. In propíquo mari iacẽt duæ ĩsulæ: quas Diomedias appellãt. Ex qui/
bus habitatores habet altera: Reliquam desertã esse dicũt: ĩ qua Diome/
dẽ disparuisse: quidã fabulãtur: Comitesq; ĩ aues cõuersos esse. Eas etiã
hac ætate mãsuescere: & humanã quodãmodo uitã agere: & uiuẽdi ordi/
ne: & erga benignos mãsuetudĩe. A malignis autẽ & sceleratis: fuga & e/
uitatione. De hoc ipso Heroe: cum alia ꝑmulta per ueneros: tũ soliti ĩul/
gãtur honores. Credit' & Sipontem ædificium esse Diomedis a Salapia
stad'. c. &. l. ĩteruallo distãtem. Græci uero eã Sepiuntem nũcupãt: ab eie/
ctis e fluctu sepiis. Inter Salapiã atq; Sipõtem: fluuius est nauigationi sa
tis accõmodus. Et Lacus ĩgennis ostium: Per utrosq; autẽ nascentes e Si/
põte fructus deuehũtur frumẽta præcipue. In agro Saunio circa tumu/
lum: quem Drion nominãt Basilicæ monstrãtur: una quidem Calchãtis
ĩ summo uertice. Cui petẽtes oracula nigrãtem immolãt arietem: & stra
ta ĩ pelle dormiũt. Altera Podalirii in ĩfima mõtis radice posita: Abest a
mari stad' circitet. c. Ex ea riuulus manat: ad omnis pecorum morbos sa/
lutaris. Ante sinum huic promõtorium procũbens: ad stad'. ccc. proten/
ditur ĩ pelagus: oriẽtem ꝓspectãs Garganum appellãt. Cũq; ultima cir
cũflexeris: urbs exilis offertur nomine ureum. E promõtorii regione Di/
omedeæ iacẽt insulæ. Ager iste cũ omnis generis fructus: tum uero copi
sos producit. Equis & ouibus aptissimus. Lana q̃ Tarentina lõge mol/
lior: minus uero cãdida: regio ipsa propter camporũ cõualles trãquilla.
Pleriq; Diomedẽ fossam: ad mare usq; proscindere aggressũ memorãt.
Cæterꝝ cũ domũ accersitus esset: & hanc & alias res ĩperfectas omisisse:
& ibi e uita excessisse. Hic quidẽ de illo unus uulgatus est sermo: secun/
dus autem eis in locis tandiu permansisse: donec uitam conuertit: Terti
us fabulosus quem ante dixi: in ipsa insula disparuisse. Quartus exponi
posset quem Veneri disseminant. Illi enim uitæ illius conuersionem: ne
scio quo pacto: penes se factam esse asserunt: quã in deorum numerum
relationem uocant. Hæc igitur secundum Artemidorũ interualla iacẽt:

Secũdũ uero locorum descriptorem:e Brũdusio ad Garganum miliaria
c.&.lxv:Ea uero Artemidorus auget. Cæteꝝ hoc ex loco Anconẽ usque
mil.cc.liiii.ille ait. At Artemidorus ad mille.cc.&.lxxxx.fere Ancõis di
stantias stad' mil.pas.cc.l.esse refert: mlto minus q̃ ille. Polybius uero il
la ab Iapygia emẽsa fuisse tradit:& mil.pas.d.lxii.ad urbẽ Silã edisserit.
Hinc autẽ Aquileiã.c.lxxviii. Haud sane concordãt cũ eo: quod littoris
Illyrici affertur iteruallo:e montibus Ceruaniis ad sinũ Adriatici maris
inmũ:cũ hũc supra.vi.mil. esse demonstrent: & eũ maiorẽ illo esse con/
stituant:qui minor multo sit. Et omnes cũ omnibus iter sese de iterual/
lis dissentiunt:sicuti sæpenumero a nobis dicit'. At nos ubi diiudicari li/
cet:nostrã efferimus sẽtentiã:ubi sane illoꝝ dicta in medio ponere opot/
tere minime putamus. Quod si nec ab illis habeamus:haud mirãdum ẽ
si nos etiã in huiusmodi materia aliquid omisimus. Ex magnis quidem
rebus nullã ꝑfecto omitteremus: At parua si cognita fuerint:paꝝ utilita
tis afferunt:sin omissa latuerint toto ex opere aut nihil aut nõ multũ ab/
sciderit. Statim uero a Gargano sinus medius ꝓfũdus quidem excipit:
cui adiacẽtes accole Appuli proprie nominãt'. Ipsique & Daunii & Peu
cii:eãdem usurpãt linguam. Nec in cæteris:in hoc usq; tẽpus discrepãt.
Antiqs uero tẽporibus discrepasse:simile ueri ẽ. Vnde & diuersa i om/
nibus inualuisse nomina. Priori tẽpore uniuersæ huius terræ secũda for
tuna florebat. Postea uero & Annibal & sequẽtia bella: desertã illã red/
diderũt. His i locis Clades illa Cãnẽsis obtigit:i qua tot & Rõanoꝝ &
sociorũ corpora occidoini data sunt. In ipso sinu lacus est: supra quem ĩ
mediterranea Teanum est Apulum:eodem quo Sidicinũ nomĩe. Qua
in pte Italiæ latitudo nõ paꝝ contrahi uidetur. Vbi sunt Puteoli a mari
ad mare:minus stad' mille Isthmus relinquitur. Post lacum autem ad se
rentanos & Bucanum prætemauigãdi commoditas est. Vtraq; ex lacus
ripa ad Bucanũ & Garganum stad' sũt.cc. Quæ deinde Bucano cõiũcta
sint:in superioribus dictũ est. Huius generis & magnitudinis Italia est.
Cum mlta a nobis disputata sint:nũc ãplissima significabimus. Quibus
hoc tẽpore ad tãtũ maiestatis fastigiũ res Romana cõscẽderit. Vnũ qdẽ
quod instar insulæ:tutã in circuitu maria custodiãt: paucis exceptis pri/
bus:quæ tamẽ inaccessis uti muro motibus uallatæ sũt. Secũdum ẽ ma/
xima ex parte ipsius ĩportuositas. Et quod sicubi portus existũt:magni/
tudine & excellentia mirabiles:adstant aduersus externorum ĩpetus cõ/
modi. Nec minus ad inferendas incursiones: & ad ipsam mercaturæ cõ/
moditatem & abundãtiam. Tertium aeris uniuersi temperies. cui subia
cet. Ad quam uarietatem animalia:arbores &(ut paucis simpliciter dicã)
cuncta quibus utilissimus mortalibus uictus suppeditatur: plutimam

diuersitatem habēt: siue bonum siue malū dixeris. Ipsius longitudo a septētrione in meridiē ut plurimū extendit. Cuius longitudini additamētū est Sicilia: talis & tanta pinde ac eius pars. Aeris tempies & intemperantia: ꝑ caloris & frigoris & hoꝝ mediocritatis cōditione diiudicat. Itaqꝫ cū tāta longitudine: quæ nunc est Italia: eam i amboꝝ excessuū medio iacētē plurimā rempate conditionē continere necesse est modisqꝫ plurimis. Id etiā alio illi pacto contigit. Nam cū montes Apēnini ppetua longitudie porrigant: cūqꝫ latus utrūqꝫ campos & colles frugiferos emittat: nulla pars extat: cui non montanis & cāpestribus bonis frui cōtingat. Adde fluuioꝝ & lacuū magnitudinē & copiā. Ad hæc & frigidaꝝ & calidarū scaturigines aquaꝝ: quas ad mortalium salutē parens natura cōpluribus in locis compauit. Quid diuersoꝝ facultates metallorum: Quid materiam atqꝫ escas hominibus ac pecoribus attributas: Quis fructuū ubertatem atque bonitatem pro dignitate differat: Inter gentes quidē amplissimas: & Græciā ipsam & excellentissimas Asiæ partes media consistens uirtutis præstantia & amplitudine: ad circūstantibus imperandū nata ē ex uicinitate: subiugandorū facultatē nacta. Quod si ad susceptā de Italia orationē: & de Romano populo: cuius ditioni subiecta est: sūmatim quædam adiicienda sit ratio: quando ipsā Romani ad uniuersi orbis Imperium perfugiū struxerunt ac propugnaculū: assumantur & hæc quod post Romā conditā Romani perpetuo multas hominū ætates sub regio principatu: integre casteque duxerunt. Postea cum Tarquiniū: qui regū ultimus: īprobe flagitioseqꝫ imperitabat eiecissent: atque urbanā sic mixtam constituere: ut singularis principatus & optimates regerent: accersitis i regni cōmunicationē atqꝫ usū Sabinis Latinisqꝫ. Quos cū ingratos: sicut & alios finitimos assidue depræhendissent: eorum strage suum āplificare quodāmodo coacti sunt Imperiū. Hoc pacto paulatim ad incremētū ꝓgredientibus illis euenit: ut ciuitatē repente præter spē omnium amitterent: præterqꝫ spem reciperēt. Hoc autem nono ac decimo: post cōmissā naualē pugnam ad Capre fluuium āno gestū est: sicuti Polybius memoriæ prodidit. Postq̄ factā cū Antialcide pacē: Romani cū istos ꝓpulsassent: Latinos primū omnis subiugarunt. Deinde Thuscos & Gallos circūpadanos: ab inuerecundia quadam licentia represserunt: postea Samnites: post quos Tarentinos ac Pyrrhum debellarūt: reliquumque nostræ ætatis Italiæ: præter Circūpadanam regionē. Ea nanqꝫ adhuc belligerente in Siciliam transmigrarunt: qua exclusis Carthaginensibus: Padum Gallosque repetierunt. Vbi consistente adhuc bello: ecce Annibal irrupit Italiam: hocque secundum bellum incidit punicū. Nec lōge post tertiū: i quo deleta Carthago fuit: & Romani potiti sūt Africa

& Hispania: quantum Carthaginensibus eripuere. Græci uero & Macedones & Asiæ itra Taurum & Alyn fluuium icolæ: nouandis rebus cũ Carthaginẽsibus conspirarũt. Hos etiam ut simul i potestatẽ redigerẽt pgressi sũt. E qbus Antiochum regẽ & Philippum & Persen & Illyrios Thracesq; finitimos: Græcisq; ac Macedõibus aduersus Romanos bellgerẽdi primordia eripuere. Et donec uniuersos i ditagem darẽt: q itra Istrum atq; Alyn icolunt: perpetuo dimicare pertexerunt. Eadẽ & Hispani & Galli sũt perpessi: cæteriq; omnes q Romano parent Imperio. Ab subiugãda enim Hispania: nũq ab armis cessatum est: donec uniuersã il latis stragibus occuparẽt. Captis deide Numãtinis & Vreetho: nouissimeq; Sertorio mactato: ultimisq; uastatis Cãtabris ab Cæsare Augusto exteriorẽ & iteriorẽ Galliã totã: cũ Liguria: primũ qdem pculatim adepti sũt. Postea Diuus Cæsar: dehĩc Augustus cõmuni bello pariter coeperũt. Hoc uero tẽpore aduersus Germanos belligerãtiab hisce ppiqs incitati locis. Vnde quibusdã iã triũphis decoratã fecere patriam. Oram Africæ nisi quæ Carthagĩesibus subiecta ẽ: Regibus & illis quidẽ sub ditis commiserũt. Q ui cum desciuere extincti sũt. Nũc sub Iube regno consistit: & Mauritania & cætere Libyæ partes plurimæ: pter illius in Romanum populũ beniuolẽtiã & amiciciã. Similia & de Asia cõtigere. Siqdem initio per reges Romanis obediẽtes gubernabat. Postmodum cũ illi defecissẽt: ut reges Attalici Syri Paphlagões. Cappadoces & ægypti rebellantes: ac postea destri cti: quẽadmodũ & de Mithridate Eupatore casus tulit: & de ægypti regina Cleopatra. Cuncta sane itra Phasin & Euphratẽ præter Arabes aliquos Romanũ possid& imperiũ & ab eis reges designati. Armenii uero & ultra Colchos iacentes Albani & Iberi sola ducũ præsentia idigentes bene qdem sese continent. Cæterq; cũ Romani uariis implicẽtur negotiis: rebus studẽt nouis. Q ualiter & ii qui trans Istrum & Euxinum pontum accolunt præter Bosporanos & Nomades ritu pastorum uagos: qui partim obtemperant: partim ad omnẽ uitæ communionem sunt prius inutiles præsidiis tantum indigentes. Reliquam plagam tenent pastores: & qui sub tentoriis uitam agitãt lõge seorsum habitãtes. Parthi uero finitimi tam imensis ualentes opibus: Romanis tamen & ætatis nostræ principibus subdidere colla: & iperatorum maiestati cessere. Itaq; non modo Trophea: quæ quõdã de Romanoq; cladibus erexerãt Romani transmisere: sed etiã Phraates Rex Cæsari augusto filios credidit: & natoq; natos obsides exhibuit: ut obseruãdã coleret amiciciã. Illis enim his ãnis abiũt quẽpiã qui eis iperet a Roma sæpenumero flagitãtes. Et ferme pprius adsũt ut uniuersũ eoq; potẽtatũ Romano subiiciãt ipio. Ipsã quoq; Italiã seditiõibus sæpius agitatã

ex quo ĩ Romanã ditionẽ redacta ẽ. Quin & Romã ipsã ciuilis moderationis & imperatorꝝ uirtus continuit. & ne ad maiorẽ delictorꝝ & uastationis cumulũ prolaberet̃ inhibuit. Arduum sane atq; difficile est alio pacto tale regere ĩperium: q̃ si uni pinde ac parenti procurario demandet̃. Nũq̃ igitur tanta pacis facultas tantaq; bonorꝝ copia Romanis & eis societate fœderatis affuit: quãtã Cæsar suppeditauit Augustus. Ex quo pfectã & absolutam dignitatis potestatem accepit. & hoc tẽpore successor eius filius præstat Tiberius. Illũ sibi gubernandi: & edictorum normã exemplarque constituens. Nec minus eum ipsius filii germanicus: Drususque suam genitori nauantes operam.

❡Septimus liber reliq̃s Europæ ptes explicat. Sũt aũt quæ oriẽtẽ spectant ultra Rhenũ usq; Tanain & Meotidis paludis ostiũ. Quæ inter sinũ Adriaticũ: & sinistras maris põtici ptes Ister accipit: ad Austrũ usq; ĩ Græciã atq; Propõndẽ. In his tota Macedonia cõtinet̃.

Vm a nobis de Hispãia deq; Gallicis Italicisq; gentibus: cũ uicinis ĩsulis dictũ sit: Deĩceps reliq̃ ptes Europæ uidẽtur enarrãdæ: quo se mõ facultas obtulerit priẽdo. Restãt aũt quæ ad oriẽtẽ trãs Rhenũ: usq; Tanain loca spectãt: & Mœticæ paludis ostiũ. Quæq; ĩter Adriaticũ sinũ: & sinistras põtici maris oras Ister capit ĩ Austrũ: usq; ĩ Græciam atq; Propõtidẽ. Ister enĩ duas ĩ ptes pxĩe terrã prædictã diuidit uniuersã: Cũctos Europæ fluuios magnitudine supans. A primordio suo in Austrũ labit̃. Inde ab occidẽte statim ad oriẽtẽ curuat̃ ĩ pontũ. Orit̃ aũt ab extremis Germaniæ ptibus ab occasu: ppe sinũ Adriaticũ: pcul ab illo stad̃ circiter mille. Finit̃ aũt ĩ põto: nõ lõge admodũ ab Tyre ac Borysthenis eruptionibus: paululũ ĩ septẽtrionem uergẽs. Spectãtes q̃dẽ ĩ septẽtrionẽ Istri ptes: sũt trãs Rhenũ regiões & Galliæ: quæ sũt gallicæ gẽtes & germanicæ: usq; ad Bastarnas & Tyrrhẽgetas & Borysthenĩ adiacentes oræ: quæ ĩter hũc & Tanain: & paludis ostiũ Meotidis locãtur. Itaq; mediterraneã ad oceanũ extendit. Et mari alluit̃ pontico. In austrũ uergẽtia sũt Illyrica & Thracia: & quæcũq; de Gallicis istis admixta sũt: seu de plerisq; aliis: usq; ad oras græciæ. De tractu igit̃ extra Istrũ primũ dicamus. Multo enim q̃ cæteræ: quæ ad alterutrã partẽ iacent simpliciora sũt. Statim igit̃ regionẽ trãs Rhenũ ad ortũ uergẽtẽ Germani colũt: nationẽ Gallicã paulisper imitãtes: & feritatis abũdãtia & pceritate corporꝝ & colore flauo: cum reliquis in rebus & forma & moribus: & uiuẽdi ritibus pares existant; quales Gallos diximus. Ideo Romani hoc illis

nomen iure indidisse mihi uidentur. Perinde ac eos fratres legitimos sa/ ne Gallis eloqui uoluerint. Legitimi nãq; fratres Romano sermone Ger/ mani ĩtelliguntur. Primæ huius regionis partes sũt Rheno proximæ: ab ipsius fere fontis initio: quoad ĩ pelagus ĩfunditur. Et hæc ẽ occidentalis plagæ latitudo uniuersa: quã flumen alluit. Eius autem portionẽ quãdã ad Galliam traduxere Romani. Quædam uero ĩ profundã regionẽ trãs/ migrãs peruenit: sicut & Marsi. Cæteri pauci sũt: & Sugambrorũ portio Post uicinos autẽ amni accolas: & aliæ gẽtes sunt: inter Rhenũ & Albin fluuium: qui ubiq; pariter ab eo distans fluit ĩ Oceanum: non minorem illo plabẽs agrũ. Intersũt & amnes alii nauigiis permeabiles E quibus est Hamasia. In quo Drusus Bructeros nauali prœlio superauit. Hi simili/ ter ab Austro ad Aquilonẽ ĩ Oceanũ elabũtur. Regio hæc uersus Au/ strũ extẽsa: quoddã continẽs Alpibus dorsum efficit: ad oriẽtem ptoten sũ: quasi quædã Alpiũ particula existat. Pleriq; autẽ hũc in modũ osten/ derunt: & propter situm antedictum: & cum eandem efferat materiam. Huius tamen tractus partes nequaq̃ ĩ tam sublime extollunt. In hoc tra ctu sita est Hercinia silua: & Sueuorũ natio. Ex quibus nõnulli ĩtra: aliq extra siluam habitant: sicut & Colduorũ pleriq;. In quibus & Bubiemũ Marobudi regia. Quem ĩ locum ipse: cum alios pluris traduceret icolas: suos conterraneos Marcõmanos adegit. Is enim ex humiliori gradu ma iores ad res constitutus fuit: postq̃ e Roma regressus est. Nam a iuueni/ libus annis hic uersabat: ubi ab Augusto Cæsare magna beneficia com parauit. Reueniens autem magnum adeptus est potentatum. Et præter eos quos ante dixi populos: Luios etiã uendicauit: gẽtem sane pmagnã: & Zumos & Butones & Mugilones & Sibinos: & ipsorum Sueuorum nationem amplissimã. Sẽnones Sueuorũ natio ut superius dixi: partim ĩtra partim extra siluã habitant: Getarũ cõtermina gẽti Sueuorũ qdẽ gẽs amplissima. E Rheno siquidẽ usq; ad Albin puenit fluuiũ Eorũ portio etiã trãs Albin loca depascit: queadmodum Eumondori & Lancosargi. Nũc autem isti trans fluuium in fugam compulsi exciderunt. Cõmune autẽ ẽ omnibus: qui hunc tractũ ĩcolunt: ut alio facile migrẽt. & propter uictus tenuitatẽ. & ppter agrorũ ignauiã colẽdorũ. & ppter ĩopiã pecu/ niarũ. Cũq; ĩ Tuguriis habitẽt. ĩ diẽ habẽt supellectilẽ. Plurimã e peco/ ribus trahũt alimoniã: sicut & Nomades. Eorũq; ĩstar domesticũ ĩ carris tollẽtes ĩstrumẽtũ: quocũq; fors tulit & opinio. suis cũ armẽtis cõuertũ/ tur. Hi aũt alii Germaniæ populi ĩdigẽtia laborãt. Cherusci. Chatti. Ga/ mabriui. Chattuarii. Ad oceanũ præterea ptinẽtes Sugãbri. Chaubi. Bu cteri. Cibri. Cauci. Caulci. Cãpsiani. Cæteriq; cõplures. Bisurgis: & Lu/ pias ãnis ĩ unũ. ad Amasiã deferũt̃ stad. dc. a Rheno sẽotus. p Bructeros

minores labes. Est & salas fluuius: inter quē & Rhenū: cū Drusus germanicus belligeraret. domitis hostibus uictor oppetiit. Nec eni plurimas i potestatē gētes redegit. sed etiā iacētes i medio nauigationis cursu: uicit insulas. Quarū Byrchanē obsidione cōplexā cœpit. Hæc natio ꝓpter sui sceptra cōtra Romanos bella nobilitatē adepta est. Postea cū in deditionem uenerit: rursūq; desciuerit: Habitatasq; terras reliquerit nomē assequuta ē. Tāetsi famæ maioris extitisset. si Cæsar Augustus flumen Albin transire ductoribus suis concessisset. & illic rebellātes adoriri. Modo autē faciliorem militādi uiā i eo quod i manibus uersat' bello suspicatus est: si ab is q extra flumē Albin quietē agitant sese cōtinetet. Nec eos ad inimiciciarū cōmunionē ultro lacesseret. Cæterū Sugabri uicini Rheni amnis accolæ: belli exordia factitarūt. Cū Melonē belli ductorem haberent. Et exīde alius alia regni potētes dissiderēt & bellū pace soluerent: Ac denuo desciuerint ꝑditis obsidibus & calcata fide. Aduersus illos perfidia magnæ fuit utilitati. Quibus autē fides adhibita fuerat: ii magnas clades intulerunt sicuti Cherusci: & eorū ditioni subiecti. In quibus tres Romanorum ordines militū cū Imperatore Quintilio Varro fœderibus fractis per isidias obtrūcati sūt. pœnas uero luerūt uniuersi. Et Germanico iunīori clarissimū præbuere triūphū. In quo illustriū uirorū ducta sūt corpora. simul & fœminarū: Semiguntus Segesti filius Cheruscorū ductor. & soror eius. Vxor autē Armenii cuius ductu & auspicio in Cheruscis cōflatū est bellū: in fœderū fractione cōtra Quitiliū istituta. Qui nūc etiā bellū ipsū continet. Eius fœminæ nomen est Thosnelda. Secum erat filius trimus Tumelicus nomīe. Itē Sesithacus Egimeris filius Cheruscorū ductoris. eiusque uxor Rhamis Veromiri filia: Batthorū principis Deudotixque Betoritis filius: Melōis fratris. Sugambe cui altera soror nupserat. Egestus quoque socer Armenii ab eo dissentiens inchoante bello obseruato tempore transfuga ad Romanos trāsiuit. Et traductis i triumpho cognatis patris aderat. honorifice ipse i ducēdo habitus i ipsa pompa incedebat. & Libes Chattorum sacerdos. Aliique mortales ex direptis gētibus ꝑtrahebātur. Catbilci. Ampsani. Chenisci Chattutarii. Lādi. Subattii. Distat uero ab Albi Rhenus ad tria stad'. milia: Sigs per uias rectas cursū tenere possit. Nūc aūt ꝓpter paludū siluarūq; difficultates. iter i gyrū suscipiendū ē. At Hercynia silua ꝓcerisfrequēs ē arboribus. & munitissimis i locis igētē admittens ābitū. In cuius medio sita ē ora: ad habitādū accōmoda. de q sermonē fecius. Cui quidē & Istri & Rheni fōtes ꝓximi sūt. Inter utrūq; lacus: & effusæ de Rheno paludes. Ipsius autem lacus perimetros est supra trecenta stadia. spatiū uero circa ducēta. Is habet insulā qua uelut arce ad iuadēdos uindelicos

commodissime usus in naualibus pugnis Tiberius. Hæc autem simul
& Hercynia silua magis q̃ Istri fontes in Austrũ uergit. Adeo ut e Gal/
lia i Hercyniã siluã tendẽti: prius lacũ transire opus sit. Deinde Istrum.
Postea iam p faciliora loca: mõtanasq; planicies ad Hercyniã sunt acces/
sus. Cæteȝ Tiberius a lacu unius diei progressus iter Istri fõtes aspexit.
Ad eũ lacũ Rhetii paululum adsũt. Amplius Heluettii & Vindelici. Et
deserta Boioȝ regio: usque ad pãnonios. Magis autẽ Luethii: & Vindeli
ci i mõtibus cãpos habitant. Rhetii uero & Norici usq; ad Alpiũ sũma
tenẽt. Et Italiã uersus inclinãt: hinc Insubribus: inde carnis propinqui: &
Aquyleiæ tractui. Alia autẽ & in Sueuis illis silua Gabreta nomine: igẽs
iacet. Vltra uero Hercynia est. quæ & ab istis tenet̃. De Cĩbris sane nõ/
nulla male differũtur. Quædã uero mediocriter credibilia. Haud enim
huius generis causam admiseris: ut ĩde errabũdi facti sint: ad latrocinia/
que conuersi: quia pœninsulã habitãtes: ingẽti quadã ĩundatione cõpul/
si natalia loca deseruerint. Nã cõsuetã prioribus ãnis nũc regionẽ ĩhabi/
tant. Augusto quoq; Cæsari lebetẽ plurima sibi sanctitate consecratum
dono miserũt. Eius amiciciam postulãtes: ut iniurias: quæ prius suberãt
obliuione delerẽt. Cõpotesq; uotoȝ facti remeatũt. Dictu profecto ridi
culũ est: ut homines ad euẽtus quos ppetuo natura efficit: p dies singu/
los bis accidẽtes: indignati: e patrio solo digrederẽtur. Res autẽ ficta es/
se uidet̃: quod ingens adeo æstus obuenerit aliquãdo: ut reliquos exces/
serit. Incremẽta quidẽ recipit Oceanus. ac decrementa. Cæteȝ ad casus
huiuscemodi: ordine instituta. atq; definita. Minime uero bene: & q ait:
Cimbros aduersus inundationes arma sũpsisse. Et qui dixit: Gallos ĩtre/
pidos esse: ac negligẽtes. Mergi domicilia tolerat. Dehinc ea ædificantes
ĩstaurãt. Quodq; maior illis ex aq̃s q̃ ex armis uastitas accidit: ut Epho/
rus perhiber. Ipsa enim estuarioȝ series: & uulgata regiõis ĩmersio: tales
exhibere absurditates nõ debuit. Cũ enĩ die quolibet hoc ipsũ bis eue/
niat: ne semel quidẽ sẽtire id refluẽtie munus a natura esse: & quidẽ in/
noxiũ Nec Cĩbris solis: sed cũctis Oceani Accolis: quonãmodo incredi/
bile nõ: est Nec uero bene Clitarchus: qui equis insidentes ait: cũ maris
cernant imperum: equoȝ cursibus refugere. Interq; fugiẽdũ prope esse:
ut depræhendantur aquis. Accessum ipsũ qui accolis obiicitur: nequaq̃
tanta celeritate fieri nouimus. Cum sensim & latenter ipsum mare pro/
pinquet. Neque quod in dies efficitur: & uicinis omnibus insonat: an/
teq̃ spectetur tantum terroris debet incutere: ut fuga perinde: ac ex in
sperato irrumpat: capessenda sit. Hæc sunt quæ de rerum scriptoribus
a Posidonio: iure quidem ac merito: repræhendunt̃ Nec male profecto
coniecturam facit: quod latrocinando in certis errabundi sedibus Cibri

ad paludem uſq; Meotin militiā agitarint. Ab eis enī Cīmerius uocatus
eſt Boſporus:quaſi Cimbricus. Cū Cræcoꝝ līgua Cimerios Cībros no
minet. Boios uero prius Hercyniā habitaſſe ſiluā aſſerit. Et Cībros ag
mine facto:hūc inuaſiſſe locum A Boiiſq; eiectos. Iſtrū & Scordicos gē
tē Gallicā appetētes deſcendiſſe:Porro Teuriſtas:& Thauriſcos:& hos
nationis Gallicæ: Deīde Luetrios adiiſſe: Viros quidē plurimo locuple
tes auro. Cæterū in pace uitā agētes. Cūque cōflatas latrociniis opes lon
ge ſuis āpliores eſſe uiderēt:in Heluetios ſeſe cōtuliſſe. Et ex eis præci
pue Tigyrenos:& Toygenos. Eoſque ſecū ſollicitaſſe. Vniuerſos uero
deluere Romani:& Cimbros:& alios tāri motus ſotios:partim in Alpiū
trāſitu ī Italiam. Partim extra alpes. Huiuſmodi autē Cimbrorū morē
fuiſſe:ſcriptores cōmemorant. Eorū uxoribus in militādi ſocietate cōiun
ctis:Conſequētes nōnulli diuinatiōis perite Sacerdotes īherebant. Earū
canus capillus erat. Alba ueſtis. lītea e Carbaſo ſubter tunica: fibulis an
nexa. Ahenis incīctæ zonis:pedes nudæ. Captiuis p caſtra ſtrictis occur
rebāt enſibus. Quos ſternētes humi:ad ereū pertrahebant Craterē: uigi
ti capacem amphorarū. Habebant & pulpitū. quo agiliter aſcenſo. tollē
tes in ſublime captiuum:ſuper lebete iugulabāt. Tum profuſo in crate
rē ſanguine:Inde cum ſtillaret:uaticinium edebant. Aliæ uero ſciſſo uē
tre:inteſtina ſpeculabātur:ſuis uictoriā clamitātes. In ipſis uero certami
nibus:extentas ad carroꝝ uelamina pelles:tantis pulſabant ictibus:ut in
genti cum horrore fragor efficeretur. Ea uero Germanorū regio:quæ ad
Aquilonem uergit:ut dixi: ad Oceanum pertinet. Cogniti ſunt aūt qui
ab exitu Rheni:uſque ad Albin initium capiunt. e quibus celeberrimi
ſunt Sugambri:Cimbrique. Illa uero plaga: quæ trās Albin Oceanum
ſpectat:nobis prorſus eſt incognita. Nullum enim priorū ad orientem:
uſque ad Caſpii maris oſtium:hanc peregiſſe nauigationem accepimus:
Neque Romani Albin ipſum tranſcenderūt. Nec ulli ſimiliter iter pe
deſtre ſuſcepere. Quod autem per longitudinem ad ortum tendētibus:
Boriſthenis:& Boreæ partes:& ponti regio tota offertur:manifeſtum eſt
quidem ipſis ex climatibus. & parallelorum interuallis. Verum enimue
ro:quid ultra Germaniam exiſtat. & quid de aliis ex ordine poſitis:ſiue
Baſtarnas appellare oporteat:ut plures arbitrātur: ſiue alios ītermedios:
ſeu Iazygas:ſeu Rhaxnalos: ſeu quoſliber alios: ex iis qui ꝓ tecto carris
utuntur:non facile ꝓtuletim. Neque utrū tota longitudine:ad Oceanū
uſq; ptineāt. Vel ſi aliqd ob frigoris rigorē cauſaue aliā:ihabitatū ſit. uel
ſi aliud etiā mortaliū genus īter mare:orientaleſq; Germanos ſitū:ſucce
dat. hoc ſane ipſū īcognitū. Et de cæteris ad Aqlonē ordine iacētibus:di
cetet. Nec enī Baſtarnas:nec Sauromatas:& generaliter ullos ſupra pōtū

habitátes:nouimus. Nec quantũ ab Atlãtico remoti sint pelago. Neque si ad illud propinqui sũt. Australis uero pars Germaniæ trãs Albin fluuium:quæ quidem cõtigua est:a Sueuis adhuc tenetur. Deinde Getarũ mox terra copulatur. Principio quidem angusta : ad Istrũ porrecta. qua plagam spectat Australem. Contra uero e regione ad mõtanam Hercyniæ siluæ radicem:pars mõtium in ea continetur. Postmodum extendit' latus ad Aquilonem usque ad Tyrregetas. Certos uero terminos pfer re non possumus. Veq; propter Istorum ignoratiõem locorum: q Rhipheus montes:& Hyperboreos fabulando narrauere : digni:quorũ sermones admitterentur:habiti fuere. Illi autẽ omittantur:simul & Pytheas Massiliẽsis:i quibus de Oceani littore mẽtitus est:quodam usus prætextu:inquisitione uidelicet rerum cælestium: atque Mathematicarum Et siqua Sophocles in Tragico carmine de Orithya cecinit:ut a Borea rapta:super omnem pontum ad telluris extima transportaret'. Noctisq; fontes:& cæli uertices:ac uetustum Phœbi ortum: nihil quidem ad præ sẽs institutum. Sed omittãtur: Vt i Phedro ait Socrates uerum quæ ex antiquorum monumẽtis:& huius ætatis accepimus in medium proferamus. Getas igitur Græci Thraces opinati sũt: qui quidem utrunq; Istri latus incolebant:ut & Mysi. Thraces sane utrique. Et quos nũc Mysos nũcupãt A qbus Mysi quoq; educti sũt illi: q iter Lydos & Phrygas.& Troas habitant Et ipsi etiam Phryges Thracium genus sunt. Bryges dicti. Sicut & Mygdones:& Bebryces.& Medobithyni . & bithyni & Thyni. Reor etiam ipsos Matiandynos. Isti omnes Europã omnino de seruere. At Mysi:una permansere. Recte Homerus mea simul & Posidonii sẽtentia:opinari uisus est. Europæ cultores Mysos nominare. Eos inquam qui in Thracia sunt:cum dicit.

Hic uero rursus splendẽtia lumina uertit.
Præsertimque equitum Thracum speculatus i agros.
Mysoq; ensiferum:pugnantium cominus armis.

Quoniam si quis positos i Asia Mysos accipiat:alienus & disiunctus sermo foret. Aspectum enim ab Troianis:ad Thraciam terram cõuertentem:& eidem annumerare Mysorum agrum:non seorsum existẽtium: sed finitimorum Troicæ oræ. & post illam locatorum. atq; adeo utroq; ex latere:quos disiungit latior Hellespontus:hominis esset littora cõfũdentis:& loquutionis modum minime intelligẽtis. Nam cum dicit:rursus uertitur:maxime retro intelligendum est : qui autem ab oris Troũ uisum trãffert:non ad eos qui aut post illos: aut ex transuerso cõsistunt: ulterius quidem traducit non autem ad posteriora multum : Affertur inde ipsius testimonium:quod equas mulgẽtes:& Lactisagos: & Abios:

hoc est uictus efferati:accolas illis adiungit:qui pro domo plaustris uten
tes:sunt Scythe.ac Sarmate.Hæ enim nationes Thracibus hac tẽpesta
e promiscuæ sũt: & Barstarnice magis:iis qui extra Istrũ:& intra Istrum
sunt.Cũq3.his miscent Gallicæ gentes: & Boii: & Scordisci: & Thauri
sci.Sed Scordiscos quidã Scordiscas uocant. Tauriscos uero quidã Li
gyriscos:& Tauriscas uocant.Scribit autẽ Posidonius Mysos religioni
idulgẽtes:ab animãtibus abstinere. Et eã ob causam pecus omne uitare.
Melle uero & lacte:& casio uesci.Cũq3 tranquillã exagitent uitã:ob deo
rũ culturã:deicole & Capnobatæ:idest fumi conscensores: nominantur.
Plerosq3 itẽ Thraces esse: q sine mulieribus uitã ducitẽt.quos Ctistas
idest creatores nominant. Sanctificatosq3 honoris gratia: omnimoda cũ
libertate uictitare.Hos sũmat:m uniuersos poetã dixisse:Equa℞ mulso
res:& lactifagos insignes Abios idest minime uiuos homĩes iusticia præ
stantissimos.Præcipue autẽ minime uiuos appellat:a mulieribus disiun
ctos. Vitã nãq3 cælibẽ:ac sine cõiugibus didimidiatam esse putãs:sicut
& Prothesilai domũ: quia foret absq3 cõiuge semiperfectã fuisse ꝓtulit.
De propinquo
De ꝓpinquo etiam pugnaces Mysos dixit quos nemo populetur:sicuti
bonos bellatores.Oportere in decimo libro ĩscribi.Myso℞ de propĩquo
pugnãtium.Ve℞ enim uero scripturã tot ꝑ annos approbatam mouere
forte supuacaneũ esset.Multo etiam uerisimilis est initio Mysos nomia
tos fuisse Mutato aũt subinde nomine: nũc etiã appellari. Abios autem
cõiugum expres potius: q̃ sine lare:& carros pro tecto colẽtes accipiẽdũ
est.Cum enim circa contractus:& pecunia℞ precia conflari soleant iniu
riæ:qui adeo tenuem ex modicis uictum agitẽt:eos iure ac merito iustis
simos uocitemus.Quoniã philosophi proximam iustitiæ temperantiam
collocantes:uitam tenuitate satis contẽtam beatam imprimis dixere.Ex
quo plerisq3 eo℞ rerum eiectiones ad sectam compulere Cynicã. De eo
rũ uero celibatu nullã tamẽ subscribit significationem.Præsertim apud
Thraces & in hiis Getas.Ve℞ quæ de ipsis Menãder memorat inspice.
Non quidem fingens:ut deco℞ est. Verum ex ipsa memorãs Historia:
Thraces uniuersi nos præsertim Getæ.
Nam eo℞ indigenam esse me ipse glorior.
Non omnium continẽtiã nimis agimus & paululũ infra:de ipsa in muli
eres cõtinentia ponit exempla. E nobis uxorem ducit nemo.Nec ut ple
riq3 undecim:duodecimq3 & amplius. Quod si quaternas:quiasue uxo
res duxisse cõtigerit: subuersio quædam est.Is hymenei protsus expers:
infelix anymphus inter concives uulgatur. Ad hæc quidem & reliqui
consentiunt.Et una cõfessione consonant. Nec sane decet:ut iidẽ miserã
piter esse uitã putẽt inter plures nõ uersari mulieres.Simĩ ꝓbũ & æquũ

fine uxoribus esse censeant. At eos religiosos deum cultores arbitrari: & fumi cõsce(n)sores: quod fœminis careãt: cõmunibus admodũ opinionibus aduersaε. Cuncti nãq; fœminas supstitiõis duces: & autores esse existimãt. Ee enim sũt: quæ uiros ad deorum cultus ad dies festos ad uenerationes ad preces inuitẽt: ãplius Raruq; ẽ: ut uir quispiã sine uxoribus solus degẽs talis reperiaε. Eundẽ rursus poetam inspice & quæ loquitε. Introducit enim tristẽ quẽdã mulierẽ fraudibus circa sacrificia succescentẽ: hunc i modũ dicẽtẽ. Dei nos præcipue iquit q uxores duximus: cõsumunt. Semp enim dies aliqs festus necessario agẽdus ẽ. Qui autẽ mulieres prius ẽ: hæc ipsa subincusat. In dies uero quiquies imolabamus. Septẽ uero circũcirca ancillæ cymbalis isonabãt. Quædã ululatus ædebãt Proprie uero Getas uxoribus carentes: religiosos putandos declarat. Id quæ præter opinionẽ. Cæterum diuinarum rerum studiũ: hac ipsa in gente pluri mũ esse posse. Ex iis quæ locutus est Posidonius: haud abroganda fides est. Nec non ab animãtũ esu abstinuisse religionis gracia nõ negauerim: sicut & reliqua tradit historia. Proditũ ẽ enim memoriæ: ex Getarum gẽte quempiã nomine Zamolxin seruisse Pythagoræ: & cælestium rerum aliqs ab eo didicisse. Cũq; ad Egyptios usq; pegrinatus errasset quædã etiam illorum accepisse. Cũq; suam reuertisset i patriã magna i caritate ac studio apud principes nationẽq; illã habitum quid portenderẽt signa præsagientẽ. Deniq; psuasum Regẽ animũ induxisse: ut illũ in Regni sotietatẽ accipet ut qui ad deorum arcana ãnuntianda foret idoneus. Et ab initio qui dem eius quẽ maxime ueneramur: dei sacerdotem cõstitutũ. Postea uero dei appellationẽ comparasse. Inde speluncã nactũ subterraneã cæteris quidẽ inaccessibilẽ: eo in loco degere solitũ Externis excepto rege. Eiusq; ministris colloquia rara facientẽ. Adiutasse etiã Regẽ: cum homines longe magis quã prioribus ãnis: cerneret animos illi attẽtius adhibentes tanq; e deorũ consilio edicta efferẽti Hic quidẽ mos ad nostrã usq; pductus ætatẽ pseuerat. Vt semp aliquis eiusmodi præditus institutis inueniaε qui regi consiliarius assit. Et ipsos iter Getas dei nomẽ assequatur. Sacerq; relictus est mons quẽ sic nominant. Nomẽ uero est illi Cogeonum. Quo uocabulo & amnẽ prælabentem uocitant. Eoq; tempore Byrebistas Getarum tenebat imperium: aduersus quẽ diuus Cæsar iam istruxit exercitũ. Deceneas hoc præditus erat honore. Abstinere enim ab animantium esu ex ipsius Pythagoræ institutis: ab Zamolxi traditis modo quodam permanet. Talia igiε male aliquis dubitauerit: de poetæ ipsius textu. Deque Mysis quos illustres: & equarum mulsores appellat. Minimeque asseruerim ea: quæ Apollodorus in secundo de nauibus uolumine præfatus inquit. Eratosthenis enim sententiam approbat: qui

Homerum ait:reliquosq; scriptores antiquos rerum quidem græcarum noticiam habuisse.Reliquarꝫ autē lõge positarꝫ permultam imperitiam tenuisse.Longas enim illos ignorasse uias.Nullāque nauticæ artis peritiā accepisse. Quibus adstipulatum dicit Homerū cū lapidosā uocat Aulidē queadmodū & ē Multarūq; Tibiarum Eteonō. Columbisq; copiosā Thisben.Herbosū Haliartū.Cæterꝫ quæ procul disiūcta sunt: sibique & aliis prorsus ignorata. Cūq; amnes circiter quadraginta pontum īfluāt:ne celeberrimorū qdē mētionē ullā fecisse ut Istri Tanaidis Borysthenis Hypanidis Phasidis Thermodōtis Halidis:Enā de Scythis nullā eū egisse memoriā cū uniuersos claros quosdā equarꝫ mulsores:Lactiphagos Abiosq; idest absq; uita nūcupat:Paphlagonesq; mediterraneos ab eis nouisse:qui terræstribus propinqui sūt locis. Littora quoq; ac maritimā plagā ignorasse iure id quidē.Ea enim tēpestate id mare nulli pa tuisse nauigatiōi & ,pinde Axenon idest īhospitalē Pontū appellari solitum ,ppter tēpestuosa: & p hyemes īterclusa loca & Accolarꝫ immanitatē maxime Scytharꝫ hospites imolare solitorꝫ & humanis uescētium carnibus.Et pro pateris Caluarias usurpannū. Nouissime autē:cū Iones in littore urbes cōdidissēt Euxinū:idest benignū hospitē uocari cœptum. Pari modo & Egypti plagā:& Africe ignotam:habuisse sicut incremēta Nili & limosas ex pelago aggerationes. Quarꝫ nullā fecisse mentionē. Neq; mediæ inter mare rubrū & mare egyptiū telluris. Neq; Arabicorꝫ & Ethiopicorꝫ ad Oceanū ptinētium nisi Zenoni philosopho mēs magis intendenda est qui sic scriptum reliquit.

Ethiopasque Arabasq; adii tunc Sidoniosq;.

Nec uero de Homero mirādū esse. Et eni iuniores etiā illo: cōplura nescisse:& mōstra garrisse. Hesiodū semicanes dixisse homines & ī caput crescētes.Et pygmæos idest statura cubitali: Almanē uero pedibus indiuisis solidos.Eschylum canimis capitibus:& oculatis pectoribus: & unoculos in Prometheo Tragœdia & alia pene innumerabilia.Ab iis uero transit ad Historicos qui Ripheos mōtes nūcupāt: Et Ogyin montem: & Gorgonū & Hesperidū domicilia.Penes Theopōpum terrā Meropidē.Penes Hecateū uero urbē Cimmeridē.Apud Euemerꝫ rura Panchia.Apud Aristotelē lapides ex arena fluuiatiles īdurescere q ab hymbre liquescant.In Libya Liberipatris oppidū existere:quod ab uno eodē que bis reperiri nequeat.Intendere etiā rebus circa Siciliā gestis:& secūdum Homerū Vlyssis erroris oportere illis in locis errorem fuisse dicere:cum poeta fingendarū gratia fabularum exterius in Oceanū fuisse canat.Reliquis quidē dādū ē uenia:Callimacho autē nequaquā qui Grāmatici sibi nomē uendicat.Is enim Gaudum Calypsonis insulam dicit.

Corcyram quoq;. Scheriam. Alios de Gerrenis mentitos accusat atq; de
Acacesio & de Ithace populo:& de Pelethronio ĩ mõte Pelio:& de Glau
copio Aathenis. His paruula quædã opponens talia. finẽ facit translatis
ab Eratosthene plurimis cũ quẽadmodũ antea diximus:non bene dicta
sint. Posteriores uero:q̃ priscos peritiores extitisse:& Eratostheni & huic
concedẽdũ est. Adeo autẽ immodeste produci: ĩ Homerꝫ præsertim iu/
re optimo repræhendi posset Et contraria dicere cum quæ ignorãt ipsi
ea poetæ exprobrãt. Verꝫ enim uero:alia quidem in singulis ꝓpriã quã/
dã commemorationẽ assequũt. Aliqua uero in uniuersum. Nũc sane de
Thracibus dicebamus Mysisq; pugnantibus cominus & claris equarũ
mulsoribus:& lactiphagis:& abiis ĩter mortales iustissimis. Volẽtes quæ
a nobis quæq; a Posidonio:& quæ ab istis dicantur inuicẽ conferre. Pri/
mum quidẽ quod argumẽtationẽ ꝓpositionis fecere contrariam. Propo
suerat enim docturũ sese cur de rebus a Græcia lõge semotis:maior pri/
scis illis q̃ iunioribus affuit ignorãtia. Oppositũ uero demõstrauit. Nec
longinqua solum: sed etiã quæ in ipsa sũt Græcia uerum:ut dixi reliqua
omittant̃. Quæ uero ĩ præsentia occurrunt:consyderemus. Scytharum
& enim mentionẽ non esse factã p ignorantiam inquit. Nec de eorꝫ cru/
delitate in hospites quos immolãt:& corporibus uescunt̃ & capitũ ossi/
bus paterarꝫ uice utunt̃. Quorꝫ causa Pontus axenus: idest inhospitalis
appellabat̃. Fingit autẽ claros quosdã equarꝫ mulsores lactiphagos: Abi
os atq; iustissimos homines:qui nusq̃ terrarꝫ existant. Quonam igit̃ pa/
cto inhospitalẽ nominassent nisi agrestẽ Efferatamq; uitam nouissẽt. Ne
que ipsos præcipue qui tales essẽt sũt nimirꝫ isti Scythæ. Antea uero nõ
equarꝫ mulsores qui ultra Mysos:& Thraces atq; getas sunt. Neq; lacti
phagi & Abii. Sed nũc carros habitãt ꝓ domibus & Nomades idest pa
stores uocãtur qui e pecoribus lacteq; & caseo degũt præsertim equino.
Thesaurizandi prorsus ignari & cauponandi præter q̃ onus pro onere.
Qualiter autẽ poeta Scythas ignorauit: cũ homines equarũ mulsores &
lactiphagos appellarit. Quod uero illius ætatis scriptores eos eq̃rũ mul/
sores uocabãt testis ẽ Hesiodus ĩ uersibus quos de Eratosthene adiecit. E
thiopasq; & ligustice Scythas equarꝫ mulsores. Quidnã uero mirꝫ est si
in magna rerꝫ cõtractarꝫ apud nos copia:& ipsarꝫ iure uiolato iustissimos
clarosq; dixit eos qui minime in cõuentis:& quæstu uitã agũt quin com
munia cuncta possideãt Excepto ense dũtaxat & cyatho. In hisq; uxores
& liberos ĩprimis:pro Platonis instituto cõmunes habent. Eschylus ipsi
quoq; poetæ consonans de Scythis inquit conuiue æquitatis seruatores:
Scythæ. Ista & adhuc in Græcis opinio permanet. Eos enim simplicissi/
mos cẽsemus esse:& ad mala minĩe pronos. Et nobis ipsis cõnnentiores:

& paucioribus contentos. Noster sane uictus ad omnia ferme peiora immutatus protenditur. Delicias uoluptates malas artes ad infinitas auaritiæ uias inducens. Talis igit' maliciæ magnitudo: cum ad reliquos Barbaros: tū ad Nomades irrupit. Nā mare attingentes deteriores effecti latrocinari cœperūt. Mactare hospites. Quandoquidē multis implicati eo℞ luxuriā: & lucra sordida sotietatē℃ auaritiæ commigrarunt. Quæ cū ad mansuetiorē uitā tēdere uideant' mores corrūpunt & pro simplicitate superius nuper exposita in re℞ uarietatē adiit. Huiusmodi maiores nostri potissimū Homeri ætati priores extitere. Talesq; apud Græcos putabant' quales Homerus ipse loquit'. Aspice quæ de Scytharū Rege dicit Herodotus. Aduersus quē Darius ductauit exercitū uide quæ ab illo scribunt'. Intuereque quæ Chrysippus de regibus Bosporanis circa Leuconē scripta prodidit. Plene huius quā dico simplicitatis Persicę sūt epistolæ. Similiter & Egyptio℞. & Babyloniorum & Indorum extētcōmentaria. Hanc ob causā & Anacharsis & Abaris & pleriq; alii generis eiusdē: e Græcia laudē cōparunt quod gentile quoddam præ se ferētes insigne: innatā facilitatē lenitatē iusticiāq; ostendant. Quid priscos illos cōmemorare oporter. Alexāder sane Philippi filius i ea expeditiōe quā aduersus Thracas: ultra Emū suscepit: cū triballo℞ gentē icursasset: uidit eos usq; ad Istrū ptinētes. In quo & peucē. Insulā Vlteriora uero tenētes Getas. Eo usq; pfectus Insulā qdē igredi neqsse dicit' nauigio℞ penuria Nā cum in eā ipse Triballo℞ Rex Syrmus confugisset aduersus eius impetū obstitit Cæte℞ transgressus in Getas eo℞ urbē in potestatē redegit. Quibus subuersis accipiens a gentibus illis: & a Syrmo Rege munera e uestigio remeauit ad suos. Vt autem Ptolemeus Lahi phibet. Ad Alexādrū Galli Adriæ uicini amicitiæ & hospitalitatis gratia conuenere. Quos cū Rex ipse comiter accepisset. In conuiuio pcōtatū: qdnā esset quod ii maxime ptimescerent. Illo ratus sese ipsū respōsuros. Ate/os respondisse nihil aliud præstātissime Rex q̄ ne supra ipsōs cælū ruat Nihilominus tanti principis amiciciā plurimi facere. Hæc sūt simplicitatis Barbaro℞ signa. Qui cū descēsū in Insulā minime consenserit: missi muneribus amiciciam conciliarint. Neminē timere dixerint Ingentium uiro℞ familiaritates maximi facientes Successorū Alexandri tēporibus Getis iperitans Dromichetes Rex Lysimachum aduersus se belligeran/tem uiuum ceperat Cui cum suam gentisq; suæ commonstrasset inopi/am similiterque contentos re sua homines ne talibus inquit mortalibus bellum ifer. sed eis potius amicis utere: his dictis donatum hospitalitēr Lysimachum & amicicia sibi deuinctum liberauit. Plato etiam in libris de rep. fugiendū esse mare censet: peritide ac improbitatis magistrum.

Nam ab eo remotissimos optime administraturos remp. & iuxta illud minime habitaturos. Ephorus quidē ī quarto Historiæ uolumine: quod de Europa īscribit Cum Europam usq; ad Scythas perlustrasset. In fine inquit dissimiles esse. Tū cæterorū Scytharum tum uero Sauromatarum uiuendi ritus. Quosdā enim adeo seuos atq; morosos: ut humana carne uescantur. Aliquos & ab cæteris abstinere animalibus. Alii quidē inquit ipsorū crudelitatem eloquunt quā nouere: quorum & grauitas & admiratio obstupefacit. Grauitas autē cū contraria dicat: etiā exemplificat ut de illis uerba faciat quos iusticia præditis uti moribus asserit. Esse enim aliquos Scytharū nomades qui equarū lacte allant cunctas æquitate supantes quorum poetæ mensionē faciat. Homerus quidem de lacthphagis Abiis idest duri uictus hominibus mortalium iustissimis qui terram iteneant. Hesiodus uero ī scripto de terræ ambitu. Sic enim uocat. Pheneum ab Harpyis in terram lacthphagorum duci dixit. Cuius deinde rei causam reddidit quoniā uictu sobrio & parco sūt. Non quæstuosi. Inter se sanctis utentes legibus Omnia cōmunia habētes cū reliqua tū uxores ac filios uniuersamq; ꝓsapiā. externis iexpugnabiles & inuicti: cū nihil possideant: cuius rei gratia serui fiant. Vocat autē Choerilis qui in Darii trāsitu cū rate quā ipse construxit Opiliones appellat Sacas origine Scythas: Asiā icolētes frugiferā creati ex nomadibus homīes ex iustis dom[i]bus Ephoꝝ etiā cū Anacharsim sapientē appellet ex hoc esse genere dicit. Vnū e septē sapiētibus cēseri cū moderatiōe & prudētia pfecta & intellectu. Eiusq; inuēta ꝓfert exuscitatores ignis folles. Bicipitē anchorā. Rotā figularē. Hæcipsa autē loquor apte haud ignarus: quod hicipse nō omnia uerissime ꝓferat. Et illud præcipue de Anachar side. Nā quomodo tota ipsa ex eius iuentione extat: quā Homerus antiquior illo nouerit: Ceu figulus cui dextra rotā quatit otius aptā: & reliqua. Cū autem communi quadam & ueteꝝ & posteritatis fama creditū sit: illos maxime nomadas seorsū ab aliis mortalibus habitantes lacthiphagos & abios & iustissimos esse: nec homeri figmentum fieri uoluit: Apollodorus illud significare. Iure etiā rationē de Mysis ī carmine ipso dictis subire eum oportuit: Putet ne etiā ficta de illis esse: cū poeta dixerit. Illustres mysos quis lac mulgetur equarum.

Cominus ii pugnant.

Vel eos qui Asiam icolunt accipit. Qui si in Asia habitantes accipit: maligne poetam interpretatur ut prædiximus figmentum appellans. Tāq in Thracia Mysi illi non ultra q̄ res ipsæ sint. Nostris ꝗtem annis Elius Cato ex transistrana regione quinquaginta Getarum millia in Thraciam habitatura traduxit. Quæ gens eadem qua Thraces utitur lingua

qui hac etiam ætate ibidem habitant. Mysique uocitantur. Videlicet qa
& prius eo nuncupabant nomine: habitantium quoque Asiam Mysoꝝ
translatum secum est nomē: quia affine nomen est magis ipsius Poetæ
historiæ: & eoꝝ declarationi Mysoꝝ qui Thraciam ĩcolunt sic prius uo
catorum. De his quidem satis Redeo deinceps ad ĩstitutam ordĩe descri
psionem. De Gens sane uetusta illa omittantur. Quæ uero nostra sentit
ætas huiusmodi fuere. Boerebistas uir natione Geta cum gẽtis eius præ/
fecturæ insisteret: homines frequentia belloꝝ: & cladibus afflictos refi/
ciendos esse curauit. Eosque eo magnitudinis extulit nunc exercitatione
corpoꝝ nunc uictus sobrietate nunc eductoꝝ obedientia ut ĩtra paucos
annos latum adeptus sit Imperium. Plurimosque fininmorum Getarũ
ditioni subdiderit. Traiectoque audacter Istro Thraciam diripiens us/
que ĩ Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incusse/
rit. Deque Gallis finitimis Thracibus & illyriis prædas ĩgentes reporta/
uit. Boios autem & subditos Critasiro populos fũditus deleuit: simul &
Taurisos. Ad natiõis uero ipsius commoditatem adiutorem habuit Ce
neum uiꝝ magicis deditum; diu Egypti oras puagatum. Augurioꝝ pe/
ritum. Per quæ deorum responsa renunciabat: & paruo in tempore ĩ de
orum numero constituebat quemadmodum de Zamolxi narrauimus.
Ingentis obediẽtiæ argumẽtũ ẽ. quod eius suasiõe ĩducti uites excidere:
& sine uino uitam agitare consensere. Ipse autem Boerobistas ĩsurgenti/
bus nonnullis prius periit q̃ Romanus populus aduersus eum mitteret
exercitum. Regnique successores plures ĩ ptes diuisi sunt. nunc cũ Cæ/
sar Augustus cõtra eos quinquagita millium misit exercitum: tũc quat/
tuor ĩ ptes distincti erant. Huius autem generis partitiões ad tempus fu/
unt. Et aliæ alio in tempore. Fuit & alia Regionis diuisio ex antiquis p/
manens temporibus. Alios enim Dacos: Alios Getas appellant Getas q/
dem qui ad Pontum in orientem uergunt. Dacos autem qui ĩ oppositũ
uersus Germaniam & ad Istri fontes. Quos olim Dauos uocatos esse re/
or. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarũ nomina seruilia plu/
rimum abundabant. Hoc sane credibilis est q̃ a Scytharum gente diri/
uari: quos Daas uocant. Longe enim illi prope Hyrcaniam popositi sũt.
Nec eo ex loco Athenas mancipia deportari est putandum. Seruos eni
aut e populoꝝ nomibus uocabant a quibus uectabantur: ut Lydũ & Sy
rũ. Aut iis maxie quæ illis ĩ locis magis ac magis usurpata erãt ut Manẽ
& Midã: ex Phrygia Tibiũqꝫ e Paphlagonia Genus inde: quæ Boerebi/
stæ ductu ĩ tantã cõscẽderat amplitudinem demum ob domesticas sedi
tiones: & ex Romanoꝝ bellis depressa est. Tamen adhuc ad millia ho/
minũ quadraginta emittere apte ualent. Per ipsos autẽ Marisus fluuius

Danubium influit p quē Romani milites uasa illis necessaria bellis deuehere solebant. Supiores enim fluminis partes uersus fontes usque ad præcipites eius decursus quos Cataractas nominãt. Dãubiũ uocãt. Quæ maxime per Dacorꝝ agrũ delabuntur. Alias uero inferiores usqꝫ in pontũ per Getas Istrum uocitant. Cæterꝝ idē Dacorum & Getarũ sermo est Græcis uero Getæ notiores fiunt quia frequentius ad utranque Istri ripam migrant. Accedit quod misis & Thracibus immixti uersant̃. Triballi quoque Thracia natio sunt quibus idē obuenit ut transmigrationes patiant̃ cũ finitimi aduersus inferiores insurgant quotiens ex ulteriore ripa Scythæ: Bastarnæ Sauromatæ uictoriã & quidem sæpe referant ut cũ in expulsos insultent uel in insulis uel in Thracia maneant aliqui. Nonnulli uero eiecti ab alterius partis incolis præsertim Illyricis ualentioribus. Aucto igitur plurimũ & Getarꝝ & Dacorꝝ imperio ad.cc.milirum millia exercitũ amplificarant. Hac uero tēpestate ad millia.xl.ipsorum contracta potentia est. Eoque prope peruentum ē ut Romano subdantur imperio. Necdum autē subiecti sunt Romanis omnino: propter quandã in Germanis positã fiduciã qui in eos hostilē gerunt spiritum Inter mare põticũ ab Istro ad Tyrã fluuiũ Getarꝝ solitudo preiacet plana tota & aquarꝝ indiga. Quo in cãpo Dareus Hystaspi filius destitutus: cũ traiecto Istro expeditionem suscepit aduersus Scythas maximũ iniit periculũ: ne toto cũ exercitu siti deleret̃. Qua re sero ĩtellecta remeauit. Posteriori tēpore Lysimachus contra gentem Getarum eorũque regem Dromicheten exercitũ ductans non solũ discrimen adiuit: sed etiã uiuus in potestatem pertractus est Rursũque salute donatus benignũ nactus Barbarũ: quēadmodum prius enarraui. Eruptioni uero fluminis magna propior est insula: Peuce nomine. Eã Bastarnæ cũ occupassent: Peucini sunt appellati. Sunt & aliæ insulæ multo minores supra istã sitæ: Et aliæ inferius mari proximæ. Cũque septena distinguatur in ostia maximũ ē quod Hierostomũ idest ostiũ sacrꝝ uocant: per quod supra nauigatio ad Peucē stad̃.c.ac.xx.paret. Infra ipsã Dareus pontē construxit: cum & supra construere ualuisset. Hoc autē ipsũ ostiũ primũ intra Pontũ nauigãti sinistrorsũ occurrit. Eorꝝ quæ deiceps sunt ad Tyrã fluuiũ nauigantibus in orientē cursus capessitur. Ab eoque septimũ distat ostiũ.ccc.circiter stad̃. Inter ipsorꝝ ostiorũ sane interuallũ exiguæ quædã existunt ĩsulæ. Tria quidem ora post sacrũ ostiũ exilia sunt ordine sita. Reliqua aũt illo quidem minora: cæteris uero ampliora existunt. Ephorus quiqꝫ Istrꝝ constare ostiis asserit. Hinc ad amnem Tyram nauigabilem.dcccc.stad̃ sut. Admedio in spatio duo ingentes lacus. Quorum unus ita aperitur: ut uice portus eo uti liceat. Reliquus ore caret. In Tyræ uero fluminis

ostio turris existit: quã Neoptolemi uocãt & uicus Hermonactis appellatus. Aduerso autẽ flumine nauigãtibus p stad.c.&.xl. utraq; ex ripa ciuitates occurrũt: hinc Niconia hic a Leua Ophiussa. Atqui fluuio propiqua tenẽt habitacula urbẽ.c.&.xx.stadiis ascẽdẽti occurrere dicunt. Distat autẽ Insula Leuca ab ostio per.d.stad. interuallum ĩtra pelagus educta. Achilli sacra deinde Borysthenes fluuius ad stadia.dc. nauigatiõi cõmodus. Cui alter amnis proximus est Hypanis. Ante Borysthenes ostiũ iacet Insula portum habẽs Cum uero Borysthenẽ.cc.stad. enauigaueris eiusdẽ nominis offert oppidum. Eadẽque urbs Olbia idest beata nominatur. Amplum sane Emporium quod cõdidere Milesii. Supra iacens regio uniuersa iter Borysthenem & Istrũ prima est Getatũ solitudo. Postea Tirrhegetæ. Post quos sarmatæ cognomẽto Iazyes & qui Basilei dicũt & Vrgi E qbus pars maxima nomadibus.i. pastoribus cõstat. Pauci agrorũ colẽdorũ studio tenẽt. Hos utrãq; Istri ripã ĩcolere sæpe traditur. Intra terram sũt Bastarne Thyrregetis uicini & Germãis. Et ipsi fere ex Germãis originẽ ducẽtes & ipsi plures ĩ uicos natiõesque diuisi. Nã Atmoni quidam dicunt atque Sydones. qui uero Peucen Istri insulam habitant Peucini Rhoxani uero magis ad Aquilonem spectantes iter Tanaĩ: & Borysthenem campestria pascũtur uniuersus autem aquilonaris & Germania usq; ad portas Caspias tractus cãpester est q nostras ad aures cognitionẽq; puenit. Num qui uero supra Rhoxanos habitent ignotum est nobis Rhoxani qdẽ aduersus Mithridatis Eupatoris ductores belligerarũt quibus Impator erat Tasius Aduenerãt autẽ Palaco Sciluro sotii. Cũq; pugnacissimi iudicarent contra ĩstructam egregie phalangem & armis ornatã natio barbara omnis infirma prsus appuit & nuda fere. Illi igit milibus quinquaginta cõsistẽtes aduersus millia.lx. militariter instructa ductu: & auspicio Diophanti ducis Mithridatici resistere ac suffetre non ualentes impum maxima ex pte trucidati sunt. Vtuntur autem galeis ex crudis boum coriis thoracis & scutis Ad pcuciendũque lanceas habent arcusque & gladios. Reliquæ fere huius generis plures. Nomades & enim tentoriis utunt centonum ĩstar pilo contextis in plaustris uitam degẽtes. Circumque tentoria pecora comitant a quibus uictum captant. Et alunt lacte caseo carne. Pascua uero sectantur loca semper hærbosa permutãtes. Hybernis quidem temporibus Meoticis uersãtur in paludibus. Aestiuis uero per campestria uagant. Regio uniuersa hyemes habet asperas usq; ad uicina mari loca: quæ ĩter Borysthenem & Meoridis paludis ostium iacẽt. Et ex maritimis sane quæ maxie ad aquilõem accedũt: & ad ipsũ Meoridis ac magis etiã Borysthenis ostium: & ĩteriora sinus Tamyraci & Carpãieti: ad quẽ magnæ Cherõnesi

tellus angusta:idest Isthmos pertinet.Frigoris autē documētum ē icola/
rum:licet in cāpis habitātium.Nā nec asinos alunt.Est enim rigoris ipa/
tiēs bestia.Boues sine cornibus generant:& nōnullis lima desecāt:quo/
niam hæc particula frigus sufferre nequit.Equi pusilli sūt.Pecudes ma/
gnæ:æreæ scindūtur Hydriæ.Quæ uero intra sunt cōgelant.Quid de
ipsius gelu uehemētia:qd de aliis ad Meotidis ora puenientibus:Alue/
us nāq; e Panticapeo ad Phanagoriā plaustris deambulatur adeo ut coe
nū uia tota fiat.Destituti uero in glacie pisces ligonibus effodiuntur. ad
Gangamā:sic enim locū appellant.Præcipueq; Antacei delphinibus ma
gnitudine pares:memoriæ quidē pditum ē Neoptolemū Mithridatis
ducē eodē in cursu æstate quidē nauali pugna barbaros:hyeme autem
equestri prælio superasse.Vites autē in Bosporo per hyemē terra infodi
perhibēt:cū multum agri metant.Scriptis etiā mandatum est uehemē/
tes ibidē æstus effici:aut forte quia insueta sūt corpora:aut quia p id tē/
poris nullæ spirāt auræ:aut qa aeris crassitudo plus caloris cōcipit:quē/
admodū i nubilis solis agūt radii.Cæterę Ateas latius in eius loci Barba/
ros regnum tenuisse credit:Is qui aduersus Amyntæ filium Philippū
bellū gessit.Post oppositam Borystheni isulā:deinceps ad solem orientē
nauigatio est ad promontoriū ubi Achilleos dromos:idest Achillis cur/
sus dicit.Nudus quidem locus ē quem sacrę Achilli lucū uocitant. De/
hinc Achilleos dromos:& inter mare porrecta Cherōnesos.Est enim ad
oriētem spectans fascia quædā in stad mille pducta longius:latitudinis
stad.duum minus iugeribus quaternis distans ex utraq; ripa ceruicis il/
lius stad.lx.arenosa.Aquam tātum habens fossilē.In medio Isthmo col/
lum ē stadia ad.lx. Terminatur uero ad pmontorium quod Tamyra/
cum appellant.Stationem habens in ripam continentem pspectantem.
Post illam sinus ē Carpineites magnitudinis nō modice tēdens i Aqui/
lonē stadia circiter mille.Sunt qui usque ad situm stadia ipsa triplicāt.
Hi autem Taphii nominant. Sinumque eodem quo promotorium no
mine uocitant.Hic ille sinus ē qui putrē(sic enim dicunt)a mari lacum
stadia.lx.separat.Efficit etiam pœninsulam siue Cherōnesum quā Tau
ricam siue Scythicam dicunt. Cuius Isthmus.ccc.&.lx. dicit Putrē ue/
ro lacum stad quattuor millibus contineri differūt:Meotidisque portio
ē quæ ad occasum spectat.Magno eni illius ore occludit. Paludosa ue/
hementer ē uixque nauiculis subtilibus nauigabilis uenti nāque coenū
facile detegūt dehinc rursum opplent.Adeo ut paludes ipsæ maioribus
Cymbis peruiæ nō sint.Sinus ipse tris patuas quidē habet Insulas nō/
nullas cecis sub aqua saxis plenas internauigandum occurrentibus. Na/
uigantibus sinistra:pusilla quædam offert urbs. Et alter Cherrōnesitæ

portus.Ingens quoddam in meridiem porrectum extendit᷑ promonto/rium nauigãtibus:Id autẽ totius Cheronnesi pars una ẽ ubi sita ciuitas existit:quam Heraclienses Ponti accolæ:coloniam deduxerunt. Id ipsũ Cheronnesus appellat᷑ a Tyra fluuio distãs stad. q̃ter millibus.&.cccc: cursu maris emetiendo.In ea uirginis Sacellum est deæ cuiusdam: cu/ius & nomẽ habet promontorium ante urbem iacens stadi.c. Partheniũ idest uirginem appellatum.Deæque illius ædem habet & statuam.Inter urbẽ & ꝓmontorium tres iacent portus.Postea antiqua Cherõnesus ex/cisus.Post eam portus oris angusti. Ad eum maxime Tauri natio Scy/thica latronum manus constituebant impetu in eos facto:qui eo diuenis/sent. Vocat᷑ autem pactoꝝ portus Ab hoc alter efficitur portus: Cenun tem uocant.Est uero.lx.stad.Isthmus.Hic ẽ Isthmus qui paruã Cherõ/nesum quam diximus magnæ portionẽ Cheronnesi habẽtem occludit. Habens eodem nomine ciuitatem Cheronnesum uocitatam. Hæc ãtea libera ꝓpriis uiuens erat legibus. At deinde a Barbaris direpta eo neces/sitatis adducta est ut Eupatorem Mithridatem sibi præsulem delegerit aduersus Barbaros bellaturũ. Qui sup Isthmum usq; Borysthenem te/nent:atq; Adriã.Hæc contra Romanos præludia parabant᷑.Ille igit᷑ per has tantas spes in Cherõnesum cum misisset exercitum: pariter contra Scythas arma intulit.Et Scilurum ac Sciluri liberos circa palacium ĩ ca/ptiuos habuit.Eos autẽ quinquaginta fuisse Posidonius scribit:cũ Apol lonides octoginta affirmet.Sic potitus est Bosporo accepta loci ditione a Perisade ultro qui eũ præfectus obtinebat. Eo ex tẽpore ĩ hunc usq; diẽ Cherõnesitaꝝ ciuitas Bosporanis regulis subiecta est. Ctenunta urbem a Cherõnesitaꝝ oppido & pactoꝝ portu æquali distare liquet ĩteruallo. Post hunc autem portum ad usque Theodosiam urbẽ taurica ripa p stadia mille longitudinem aspa montanaq;:& Aquilonibus ꝓcellosa cõ/sistit. Ante ipsã uero ꝓmontoriũ ĩ pelagus ualde procũbit ĩ meridiẽ uer sus Paphlagoniam Amastrũq; urbem ꝓcumbẽs. Appellatur autẽ Criu Metopon.Hoc est frõs Arietis.Opponiturque illi Carambis Paphlago/num promontorium quo põtus Euxinus geminum diuidit᷑ in pelagus. Id utrinque angustat Euripus.Cæteꝝ Carambis a Cheronnesitaꝝ urbe stad᷑.duobus millibus &.d.abest.Ab Arietis autem fronte numero ual de minore.Complures ex iis qui ipsum pernauigarũt Euripum utraq; simul spectasse ꝓmontoria nũtiãt.In rigore Tauroꝝ mõtana:& montẽ esse Trapezuntẽ ferunt.Quo nomine & ciuitas appellabatur ad Tiba raniam:& Colchidem pertinens.In eadẽ regione & Cimmerius est mõs in quo magnus fuerat Cimmeriorum ad Bosporum potentatus ubi & sinus Cimmerius uocat᷑ quodcũque paludis Meotidis ostium cõtinet.

Post iam dictam montanam regionem Theodosia iacet ciuitas campos
habens ubertate præstãtes. Ac portum uel centenis nauibus accommo
dum. Iste finis antea & Bosporanorꝝ & Taurorꝝ agro fuerat adscriptus.
¶Tellus alia deinceps fertilitate conspicua ẽ usqꝫ ad Pãticapeum Bospo/
ranorꝝ Metropolin. Ea uero in ostio Meotidis sita ẽ: Inter Theodosiã &
Pãticapeum stadꝰ. d.ac.xxx. interuallum ẽ. Ora frumenti ferax: uicos ha/
bet multos: & urbem portus optimi: quam Nympheum uocant. Est ue
ro Panticapeum tumulus frequentibus circũpositis habitaculis insignis
ad stadꝰ.xx. Ad ortumque portũ habet & naualia ad naues.xxx. Habet
& arcem a milesiis conditam.¶Leuconis autem ætate Sagauri atque Pari/
sadæ regali gubernabatꝰ statu mľtos per ãnos: & ora hæc & finitimi om
nes accolæ qui Meotidis ostium utroque ex latere tenent. Idque usqꝫ ad
Parisadæ regnum qui Mithridati tradidit imperium. hi uero licet æqui
tate & mansuetudine plures ornati essent: tyrãni tamẽ uocabanꝰ a pari/
sade ac leucone sumpto principio Parisades etiam in deorꝝ numerũ rela
tus est. Eiusdem nominis nouissimus Rex fuit: qui cum exigentibus so/
lito magis tributũ barbatis resistere nequiret: Mithridati cognomĩe Eu
patori regnũ tradidit. Ex illo ad Romanos puenit imperium. Maior au/
tem illius pars in Europa est: cum & in Asia pars una sit. Os ipsum Me/
otidis Bosporus appellatꝰ Cimmerius. Eius uero initium ab ãpliore lati/
tudine ad stadꝰ.lxx. ubi & Panticapeis locis ad Phanagoriã ꝓpĩquissimã
Asiæ ciuitatẽ diuisionem inchoant. Terminatꝰ autem ad angustissimũ
Euripum. Hæc uero angustia Asiam ab Europa sepat. Simul & Tanais
fluuius ab arcto in paludem & eius ostium contra influens: Duobusque
iis in paludem erumpit alueis ad stadꝰ inter se.lx. distantibus. Extat & ea
qua flumen appellatione oppidũ amplissimũ sane barbaris mercaturæ
diuersorium post Anticapeum. Intra Cĩmerium uero Bosporũ nauigã/
tibus e sinistra Myrmecium offertur oppidulum a Panticapeo stadꝰ.xx.
A Myrmecio autem stadꝰ bis totidẽ uicus abest partheniũ: qua ĩgressus
est ãgustissimus stadꝰ.xx. Cui oppõitꝰ uicus Achilleius nomĩatus ĩ Asia.
Hoc ex loco rectus ad Tanain & insulam inter eruptiones iacentẽ cur/
sus accipitur stadꝰ. duobus millibus: atque.cc. Hunc paulo supexcedit
numerum præter Asiam nauigatio. Triplo uero maior a leua usque
ad Tanain nauigatio. In qua situs est Isthmus. Hæc ad Europam uni/
uersa nauigatio solitaria est. A dextra uero minime solitaria tota paludis
circuitio stadꝰ. viii. millibus constare traditur.¶Magna uero Cheronne/
sus idest poeninsula: ipsi Peolponneso forma & magnitudine perquam/
similis est: eam uero totam Bosporani principes bellorum assiduitate
uastatam habent. Illam ante Bosporanorum Tyranni paruam quidam

meotidis ori:& Páticapeo adiacẽtem:usq; Theodosiã tenebãt. Plurimã
uero ptẽ usq; ad Isthmum:sinumq; Carpenitem Tauri habebãt. Ea ue
ro gẽs ẽ Scythica Hæc autẽ ora tota: & aliqua extra Isthmũ usq; ad Bo
rysthenẽ parua Scythia uocabat᷑. Propter transeuntium uero Tyrã flu
uium & Isthmum & eã terram habitantium:multitudinem huius etiam
ps magna Scythia:pua nũcupara ẽ. Cum thraces ptẽ ui ptem loci mali
gnitate(Est enim plurima palustris)cõcesserint. Cheronnesus sane ĩ ma
re uergẽs usq; Theodosiã:tota frugifera ẽ iti cãpis. Non sic autẽ monta
na frumẽto admodũ beata. Vbicũq; forte fossore ꝓscissa ẽ. xxx. reddit.
Mithridati modioꝝ.c.&.lxxx.millia:tributi nomine soluebãt. Ducenta
uero argẽti talẽta:cum Asianis locis Sindicen circũadiacentibus. His ex
locis ad græcos frumẽtarii cõmeatus erãt. Sicut e palude Salsamẽtaria.
Traditũ uero est:Leuconẽ Regem decẽ ac ducẽtas modioꝝ miriadas e
Theodosia Atheniensibus trãsmisisse. Est autẽ Mirias decẽ millia cõti
nẽs numerus. Hos ipsos autem peculiariter agricolas nominabãt. Quia
qui sup eos assistunt Nomades idest pastores cũ alius generis carnibus
quidẽ tum eqnis alunt᷑. Et equaꝝ caseo:& lacte & acetoso lacte quod illi
arte quadam cõdiẽtes eximiũ habẽt obsoniũ. Quã ob causam poeta oẽs
eius tractus incolas lactiphagos appellabat hi quidẽ ipsi Nomades bel
landi magis q̃ latrocinãdi studio tenent᷑. Ipsi enim ꝓ eoꝝ finibus bella
suscipiunt. Siqui colendæ telluris uoluntate ducant᷑:iis terraꝝ usum cõ
cedũt quaꝝ causa libẽter tributa suscipiunt moderate quidẽ magis quã
ad nimiam auariciam imposita nam diurna:& necessaria uitæ iniungũt.
Quod si nõ tribuant᷑ in eos bella suscitant. Sic eos iustos piter:& Abios
hos eosdem uiros poeta nuncupauit Cum tributis recte presolutis:nul
lo pacto bellaturi consisterẽt. Contra uero nõ presolutis armoꝝ uiribus
confisi insurgunt. Similiter & aduersus incursantes aut facile uindicatu
ri aut impetum ꝓpulsaturi. Quemadmodũ Asãdrum factitasse scribit
Hypsicrates:qui ipsius Cherõnesi Isthmum ductis mœnibus uallauit:
ad Meotidẽ.ccc.ac.lx.stad᷑ spatio ad singula stadia turres decẽ ædificãs.
Cæteꝝ ipsius agri cultores magis ac magis cõitate conditi:& ciuili cõsu
etudine fama ipsa prædicãt᷑. Qui ueto quæstuosi sunt:& maritimis ob
uersati actionibus ab latrocinandi uix abstinẽt iniuriis & auiditate lucrã
di. In dinũeratiõe aũt locoꝝ ipsius Cherõnesi & castelloꝝ mĩtus astitit
duæ Scylurus eiusq; liberi cõdiderũt qbus ad discursatiões arcibus ute
bãt᷑. Aduersus Mithridatis duces Palatiũ & Chabũ. Erat & Neapoliis
& Eupatoriũ ædificãte Diophãte duce Mithridatico. Est ẽt ꝓmõtorium
ab Cherõnesitarũ muro ad.xv.distãs stadia ĩgentem sinum efficiens ad
oppidum uergens supra quem salsus incumbit lacus salinam habens

Hic etiam Ctenus erat ut igitᷣ hæc duo regii ductores obtinerent in ob/
sidionē iam dicti promontorii imposito præsidio locū muro circūualla/
runt. Et illius sinus ostiū usq; ad oppidū aggere ducto munierūt ut iter
facile pedestre fieret: & ex ambabus unā quodāmodo ciuitatē efficerēt
unde facilius Scytharꝝ impetum excluderēt. Postea uero q̄ murꝝ Isthmi
spectantis Cenuntē inuaserunt: & iniecto calamo fossā exaggerarūt quā
interdiu ponte cōstructo iunxerūt: Regii milites noctu incenderūt. Et quo
ad illos in potestatem redegerūt: obstinate pdurarunt. At nūc omnia sub
Bosporanis subiecta sūt regibus quos populus Romanus instituerit. Scy
thicæ gentis & Sarmaticæ mos pprius ē equos eunuchos facere: ut man
suetiores ad parendum fiant. Parui enim sunt: at celeres & acres atq; re/
belles. Venatiōes illis sunt intra paludes quidem ceruorꝝ aprorūque. In
campis autem onagrorꝝ & caprearꝝ. Hoc autem locis illis peculiare ē ne
aquilā gignāt. Inter quadrupedia bælua ē quam Colon appellāt: magni
tudine inter ceruum & arietē albicāte corpore: eximiæ super hos leuitatis
ad cursum: naribus potās trahit ad caput: hinc postmodū complures ad
dies seruās: adeo ut p carētes aquis agros facile pabulum carpat. Huius
generis uniuersa extra Danubium regio ē in medio Rheni & Tanaidis
spatio iacēs ad Ponticū mare Meotidemque ptēsa paludē. De reliqua p
te Europæ. Reliqua pars Europæ intra Istrum ē & maris circuitum. Hu
ius initium ab Adriatico sinu usque ad sacrꝝ Istri sumitur ostium: In qua
& Græcia & Macedonum & Epiri gentes comprehendātur: & super eos
ad Isthmū ptinētia. Et ad utriusque littoris pelagus Adriaticum ac pon
ticum. Ad Adriaticū quidem Illyricus tractus est: ad alterꝝ uero usq; ad
Propōtidē & hellespōtum ora Thraciæ locata ē. Et siqui admiscentᷣ his
Scythæ uel Galli. Ab Istro autem exordium ii capiāt oportet: quibus tra
ctandi sūt ordinatim loci situsque dicendi. Hæc autē Italiam & Alpes &
Germanos & Dacos & getas attigunt. Hæc etiā bipartito pcurras. Quo/
dam enim modo una ducta quasi linea parallela mōtes Illyrici & Peoni
ci & Thracii inter se distāt: quæ ab Adriatico sinu in Pontum usque per
ueniat: cuius ptes in aquilonē spectātes inter Istrum mōtesq; cōsistūt. In
Austrū uero Græcia tellus: & usq; in mōtanos tractus barbara. In pōtū
quidē uergit mons Emus cæteros eius spatii magnitudine ac sublimita/
te superās: mediamque Thraciam diuidens. E cuius uertice (ut autor est
Polybius) utrūque mare cernitᷣ. Minime uera dicens. Nam ingens inter/
uallum est ad Adriam & obscurantia permulta. Ad Adriaticum nan/
que tota ferme Ardea: In medio autem peonia & hæc celsa tota. E cu/
ius latere utroque in Thraciam quidem Rhodope propinquus & sub
limis sane mons est post Emum. Altera ex parte ad septentrionem ora.

Illyrica:& Augaritarų regio & Dardanica. De Illyricis igitur dicendi su/
mamus initium: quæ Istro sunt alpibusque contigua: interque Italiã &
Germaniã iacentia.Incohant autẽ a lacu uindelicorų & Rhetorų & Toe/
niorų.Ipsius profecto oræ partẽ desolatã fecere Daci superatis bello Bo/
iis atque Tauriscis.Ea Gallica natio est Cretosiro subiecta.Eam suæ diti
oni subiectam regionẽ asserenti tametsi Parisius amnis disterminet qui
e montibus per Scordiscos Galatas appellatos in Istrum influit Et enim
illi cũ Illyricis:& Thracibus promiscuæ habitabant.Cæterum illos qdẽ
Daci deleuerunt.Hos autem crebro in bellorų usum socios adsciuerunt.
Reliquam plagã pannonii obtinent usque ad Segesticam atque Istrum
ad septentrionem atque orientem. Ad reliquas uero partes amplius etiã
porriguntur.Cæterum Segestica urbs est Pannoniorũ ubi fluuii plures
confluunt.Omnes sane nauigationibus idonei Arx in gerẽdo contra Da
cos bello natura perutilis:Subiacet enim Alpibus ad Iapides usque pro
rendentibus nationem Gallicã simul ac Illyricam.Ex iis locis complures
labuntur amnes quibus cum aliunde:tũ ex Italia multa conuehunt one
ra.Nam post promontoriũ ex Aquileia conscendentibus Naupontum
stad.sunt.ccc.l.Ad quã Rhede perducuntur.Ea uero est Tauriscorum
colonia.Quãquam nonnulli.d.esse dicant. Promontorium illud:quæ/
dã est Alpium pars humillima quæ ex Rhetica usque ad Iapides porri
guntur.Hinc montana attollitur denuo ad Iapides Regio quam Alpiã
uocant.Pariter e Tergesta pago Carnico:transmisso est per promonto/
rium ad paludem nomine Lugeum.Naupõto proximus ẽ fluuius Cor/
coras qui onera excipit.Hic sane Sabon intrat. Sabusque in Drabon in
greditur.Hic uero in Noaron penes Segestam. Hinc Noarus augetur
accepto Calapi qui ex Albio monte fluens per Iapides Danubium illa/
bitur ad Scordiscos. Hæc ipsa nauigatio magna ex pte per fluuios ĩ A/
quilonem ex Tergesta in danubium cursum habet:p stad. circiter mil/
le ac.cc.Penes Segesticam castellum est Siscia & Sirmium ea ĩ uia sitũ:
quæ in Italiam ducit.Pannoniorum gentes sunt Breuci Andizetii Ditio
nes Pitiuscæ Mazei Desitiate quibus Baton imperauit.Et alii conuentus
ignobiles in Dalmatiam usq; distẽti.Sũt & Sardei ad meridiẽ pcedẽti.
Quorų ab initio Adriæ sinu:regio montana ad Rhizonicũ sinũ pgredi/
ens:agrũq; Sardieorų iter mare gẽtesq; Pannonias cadit.Hoc ex loco de
cõtinuo orbis circuitiõe dicturis ferme faciẽdũ ẽ initiũ pauca de supius
dictis reperẽtibus.In ipso sane Italiæ ambitu:diximus primos Illyrici lit
toris Istros esse:Italiæ carnisq; uicinos & usq; ad Polam ciuitatem Istriæ.
Huius tẽporis Imperatores Italiæ terminos extendere. Hi qdem ab itimo
sinu stad.circiter.dccc.sũt. Totidemq; e promõtorio ante urbes posito

Anconem conspectantes. Cum dextrorsum habeas oram uenetica͂. To/
ta uero Istriæ nauigationis longitudo. M.ac.ccc. producitur stadiis. ¶De/
hic cursus Iapidicus stad̃. M. continetur. Iapides enim ĩ Albio monte si/
ti sunt qui Alpibus posterior est excelso admodum. Hinc q̃dem ad Pã/
nonios Istrumque pertinentes. Hic autem ad Adriaticum mare. Pugna
ces quidem. Cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad unũ.
Eorum oppida Metullim. Arupinum Monetium. Ṽedonis urbs Loci
autẽ ĩfœcundi Alica & miliũ plurimũ gẽticibus. Ritu gallico armãt̃ Il/
lyricorum quoque more ac Thracum stigmatici ¶Secundum Iapides in
Liburnos est nauigatio priore maior stad̃. In ipsa nauigatione fluuius oc
currit aduersa cum oneribus nauigandus aqua usque ad Dalmatas &
Scardo oppidum Liburnicum. Ad oram uero omnem quam dixi mari
timam Insulæ sunt quas Absyrtidas uocant. Circa quas Medea fratrem
Absyrtum cum eam p̃sequeret̃ necasse tradit̃. Inde Cyratica est ad Iapi
das ptinens Postea Liburnides: numero. xl. Post illas aliæ Insulæ iacens.
E quibus nobiliores pariter Tragurium ab Isseis cõditum. Pharos: quæ
ante Paros dicebat̃ a Pariis ædificata. Huius oriundus fuit demetrius
Pharius ¶Dehinc Dalmataꝝ littus & eoꝝ Emporium Salone. Ea gens an
nos compluris aduersus Romanos bella gessit. Castella ad. l. habuerũt:
dignitare præstantia. In his & oppida quædam Salonas Priamonem Ni/
mam atq; Sinotium: & nouũ & uetustum. Quæ Cæsar Augustus uasta
uit ĩcendio. Extat & Andretrium munitus admodum locus. Daimmiũ/
que ampla sane ciuitas a qua & cognomen gens illa uendicat. Eam Nasi
ca exilem reddidit Agrumque desolatum pecori pascendum tam ĩpro
ba ĩcolarum etat auaritia. Nam Dalmatarum mos ꝓprius est p̄ octen/
nium ab inquilinis tributa exigere. Solent & illi nullo cum maritimis
uti numo. Cum Barbaris communiter usurpant. Mons est Adrius me/
diam diuidens Dalmatiam hic ad mare hic autem ad terram reliquam.
¶Post Varo fluuius est cui adiacent Daorizi Ardei & Plerei. Quibus pro
p̃iqua est Insula Melena quam Corcyram appellanr. Et oppidum quod
cõdidere Gnidii. Ardieorum est primo quidem Paros dehinc uero Pha
ros dicta. Eam ædificauere Parii Posteritas autem Ardieos uocauere Va
ralios. Verum reiecerunt illos Romani in interiora terræ longius a ma/
ri cum latrociniis cuncta uastarent. Et agris ĩcumbere colendis coegere.
Asp sane & sterilis ager est & hominum minimæ culturæ deditorum.
Adeo ut fũditus deleti ferme defecerit. Quod & reliq̃s eius ore mortali/
buo obtigit. Nã q̃ prius porẽtia ualebãt ad ima redacti euãuere. Sicut ex
Gallis Boii: & Scordicæ. Ex Illyriis uero Autariatæ & Ardei & Dardanii.
Ex Thracibus Triballi. Hi q̃dẽ p̃ricipio ĩter se prœlia cõserẽtes: Postea

uero Macedonicis armis: & Romanis debellati sunt. Post Ardieorum
& plereorum otam marinmã Rhizeorꝝ sinus ẽ & Rhizonis oppidũ cũ
qbusdam castellis. Et Drilo fluuius cuius aduerso flumine nauigario ad
ortum usque ad Dardanicos porrecta ꝓpinquat Macedoniæ gentibus.
Propíquat & Peonibus ad meridiẽ. Sicut & Autariatæ & Dasaretii. Cũ
alii aliis ex locis íuicem finitimi sint Ipsi & Autariatis Dardaniorꝝ sũt Ga
labrii apud quos & urbs peruetusta & Thunate ipsis Medis quæ gens
Thracia est. ad orientem uicini. Dardanii natio ꝓtsus Agrestis: Adeo ut
sub fimo speluncas defossas ícolant: degãtqꝫ. Studio tamẽ capti musicæ
Tibias & fides: & id genus ístrumenta usurpãt. Hi qdem mediterrane
am habitant. De ipsis posterius mentio facienda erit. Post sinum uero
Rhizicum Lissi oppidũ ẽ & Acrolissi & Epidamnus: quã Corcyrei con/
didere. hoc tẽpote dicta Dyrrachium ab Cherõneso: ubi sita ẽ: nacta uo
cabulũ: Dehinc Apsus amnis & Aous: sup quo Apollonia ciuitas extat:
optimis instituta legibus. Eam Corynthii & Corcyrei ædificauere. A flu
mine qdem stađ. x. longe abest. A mari uero. lx. Cæterꝝ Aoum Eantem
hecateus appellat: asseritqꝫ eodẽ ex loco circa lacmũ: immo uero ex co/
dẽ sinu: Inachũ quidẽ aduersus austrũ argos irrũpere. Eantem uero uer/
sus occasum í pelagus Adriaticũ. In ipsis autẽ Apolloniatarꝝ finibus ce/
leber locus extat: quẽ Nympheum uocitant. Ibi uero & petra est ignem
uomẽs: cui fontes subsunt: qui aquas tepidas bitumẽque scatent dũ ipsa
Bituminis petra (uti par est) urit͛. Prope uero in tumulo eius metalli ef/
fosilis locus est quod excisum temporis spatio denuo replet͛. Cumqꝫ tel
lus intra fossas aggesta sit í bitumẽ trasformat͛: Possidonio teste. Idẽ me/
moriæ prodidit terrã uinetis consitam bitumíe refertam quæ í Seleucia
pieria iacet: uineis esse remedio quæ pediculosæ sint. Eas enim si cũ oleo
illã íunxeris bestiolas: priusq̃ ad germina e radice ascenderint necare. E/
ius generis aliam Rhodi eo tẽpore fuisse reptam quo ibi præturam ad/
ministrabit. Sed oleo amplius opus fuisse. Post Apolloniam: Belliaca ẽ:
& Oreum eiusqꝫ Emporiũ Panarmus idest cõmoda cũctis statio. Iugaqꝫ
Ceraunia: Hic sinus Ionii os: & Adriæ capit initium. Os quidem ipsum
utiqꝫ cõmune est. Differt autem Ionum. Idcirco primæ huius maris par/
ti appellationẽ affert. Adriæ uero írestinum mate: usqꝫ ad extremum re/
cessum nomen accepit. Hoc autem tempote etiam uniuersum. Horum
nominum alterum ab uiro Anare descendere: Theopompus autor est
qui eorum locorum tenuit imperium. Vnde & natio est. Adriam uero
a flumine cognomine idem assequutum. A Liburnis ad Ceraunia stađ.
sunt paulo plura supra duo millia. Totam uero ab initio recessu naui
gationem dierum sex Theopompus diffiniuit. Tractus autem Illyrici

longitudinẽ pediti.xxx.dieꝝ ait. Ar mihi amplius esse uidet̃ Alia quoq;
fide minime digna tradit. Maria ipsa cõmisceri. Ideo quia in urbe Naro
ne tegula Chia & Thasia inueniat̃. Et utraq; maria e monte quodã spe
ctari. Et Insulas Liburnas ita constituit ut stad̃.d. circuitionẽ habeant &
Istrũ in Adriacũ pelagus uno itrũpere ostio. Talia & Eratosthenes scri/
bit. Quædã autẽ sũt e uulgi sermonibus audita quẽadmodũ Polybius:
& de illo & de aliis scriptoribus dixit. Vniuersus igitur oræ Illyricæ cur
sus maritimus portus habet optimos. Ita enim & ex perpetuo ipsius litto
re: & ex ipsis propinquis Insulis euenit. E contra uero Italicũ littus Illyri/
co obiectũ se habet: quod iportuosũ prorsus est. Aprica itaque Regio si
militer frugifera bonisq; feracissima fructibus oliuetis uinetisq; specio/
sa nisi sicubi rara & aspera omnino rupes iacet. Talis cũ plaga esset Illy/
rica maritima præsertim spreta prius erat uirtute locoꝝ fortassis ignota:
Idq; ut plurimum ꝓpter agrestes hominũ ritus gentẽq; piraticam. Sup
hãc sita regio tota montana frigida & niualis est Ampliusq; ĩ aquilonem
spectat adeo ut rato uitẽ ferat. In altioribus uero & ãplioribus locis mon
tanæ sũt planities: quas Pãnonii tenent in austrũ usq; Dalmatas & ardie/
os porrectæ ad septẽtrionẽ Istro terminante. Ad orientem uero Scordi/
scis proximæ: qua Macedonũ Thracũq; montes existunt. Fuerunt autẽ
autariate Illyricoꝝ gens amplissima atque optima: qui cũ ardieis assidue
belligerabant. Belloꝝ causa erat Sal: quod in eoꝝ finibus coagulatur ex
aqua quæ e uase quodã uerno stillat tempore. Exhaurientibus enĩ & de/
ponentibus sal ipsũ die quinto coagulat̃. Conuenerat aũt inter eos: ut p
uicissitudinẽ congelatorio uterent̃ loco. Conuenta uero transgressi ma/
nus conferebant. Cæteꝝ Autariate Triballos ab Agrianis usq; ad Istrũ
pertinentes aliquando deleuerunt. Erant autẽ dieꝝ quindecim iter ex
aliis Thracibus & Illyricis protensi. Extincti uero prius a Scordiscis fue
rãt Postea autẽ ab Romanis qui etiã Scordiscos diutius potentissimos
debellatũt Enimuero ii penes Istrũ habitarãt: duas ĩ partes diuisi. Nã &
alii magni Sordisci appellari sũt. Alii uero parui. Illi quidem duos inter
fluuios habitabant. Istrũ illabẽtes. Alter noarus appellat̃ præter Segesti/
cã fluens. Alter Martus: uel ut alii Bargus. Parui aũt ultra Istrũ ĩcolebãt
Triballis & Mysis finitimi. Quasdã etiã ĩsulas habebant Scordisci. Ea
aũt magnitudinis aucti sũt: ut usq; Illyricos & Peonicos & Thracios pro
uecti sint termios. Cõplures igit̃ iacẽtes ĩ Istro Insulas occupauere. Ipsi
etiã urbes habuere Heortẽ: & Capedunũ. Post Scordiscoꝝ agrũ ad Istꝝ
qdẽ adiacet Triballorum & Mysoꝝ plaga: De qbus supius mẽtio a no
bis facta est. Et paludes Scythiæ intra Istrum quam minorem uocant.
Et harum meminimus superius. Habitant & isti & Crobyzi & alii quos

Trogloditas uocãt:ad loca quæ ad Calatin & Tomæem & Istrum ptiněť.Dehinc Emi accolæ & qui usq; i Pontum uergũt.Coralli & Bessi &
Medo⁊ quidã & Dantheletæ. Hæc uero uniuersa latronibus refertissi
ma loca.Bessi magna ex pte montẽ Emũ incolunt:& propter latrocinan
dum latrones uocitanť.Quidam Calybitæ & Lyprobii:Rhodopæ ꝓpi
qui atq; Peonibus & Autariaris & Dardaniis ad Illyricũ In horũ medio;
& Ardieo⁊ Dasaretii iacent & Hybrianes & gentes aliæ obscuræ quas
cum diriperent spoliarẽtq; Scordisci:desolatum reddiderũt agꝛ̃ & mul
ro⁊ die⁊ nemoribus inaccessis referserũt.Inter Ist⁊ & montes.ex utroq;
Peoniæ latere maritima ponti ora ꝓtendiť.Ab ore sacro Istri ad mõtanã
usq; Emi plagam. Ostiũq; Byzãtico ꝓpinquũ quẽadmodũ littus Illyri
cũ adeuntes usq; ad Ceraunios mõtes ꝑuenimus: qui extra tractum exi
stunt Illyricũ: ꝓprium tamẽ quendã habẽs terminũ.Mediterraneas ue
ro istis gentes terminauimus cũ ad huiusmodi descriptionẽ insigniores
fore tum ad præsentia:tũ ad posteriora putaremus.Eodẽ modo i ore hu
ius loci maritima ꝗ̃uis montanã egrediatur lineã:ad proprium tamẽ ali
quem terminum finiť: Ponti scilicet ostium & ad ea quæ modo & ad ea
quæ deinceps agent.A sacro igiť ostio Istri dextrorsũ habenti littus ꝑpe
tuũ oppidulũ occurrit Ister nomĩe:ad stađ.d.A Milesiis ædificatũ.Inde
Tomis oppidulum alte⁊:ad.cc.l.stadia.Dehinc urbs Callatis i stađ.cc.
&.lxxx.ab Heracliensibus deducta colonia.Postea Apollonia stađ.M.
&.ccc.Milesio⁊ colonia.Cuius maior muri portio quadam i exili condi
ta Insula est,Vbi Apollinis Sacellum existit. Quo ex loco.M.Lucullus
Colossum extulit & in Capitolio collocauit. Fuit autẽ Apollinis statua:
Calamidis opus,In medio autẽ Calatidis:& Apolloniæ spatio Bizona ia
cet maxĩa ex pte sui terræmotibus absorpta.Inde cruni:& Odessus Mi
lesio⁊ colonia.Et Naulochus: Mesembrianorũ castellum. Postea mons
Emus:ab hoc usq; mare ꝓgrediens.Deinde Mesembria Megarensium
colonia quã antea Menebram uocabant ueluti Menopolis; idest Mene
ciuitas.Eius enĩ ædificator Menas appellabať.Brea uero sermone Thra
tio ciuitas nominať Sicut & Selyos oppidũ Selymbria dicta est. Et sic
Enus quãdoq; Poltyobria nominata erat.Deinceps Anchiala castellũ:ab
Apolloniatis conditum Aquæ & pollonia dicebať. Hoc in littore Cere
rizis ꝓmontorium prominet. Locus munimĩe ualidus quo aliquando
Lysimachus opũ suarũ Thesauro:& ærario usus est.Rursus ex Apollo
nia ad Cyaneas ĩsulas stađ.sũt.M.&.d.In eo autẽ interuallo Thynia A
pollonita⁊ ager & Anchiala eorũdẽ ora & Phthinopolis & Andriaca ꝓ
pĩque Salmydisso.Littus uero hoc desertum est petrosum importuosũ
ad Aquilonis flamina late patens & apertũ.Ad Cyaneas usq; lõgitudo

est stad. circiter. dcc. Ad quod naufragio eiecti: ab oppidanis spoliantur:
Thracia gente superhabitante. Cyaneæ autem duæ perexiguæ extant
Insulæ. Altera in Europam altera in Asiam uergẽs: Euripo disiũctæ lati/
tudinis stad. circiter. xx. Tantũdẽ a Byzãtinoꝝ: & Chalcedonioꝝ tẽplo
distãtes. Quod Euxini maris angustissimũ ostiũ ẽ. Cũ hinc stad. x. pro/
mõtoriũ obuiat fretũ quinq; stad. angustãs. Deinde dilatatur ãplius &
ꝓpõtidis initiũ efficit. Ex eo ꝓmõtorio: quod stad. quinque angustũ Effi/
cit fretũ: ad portũ nomĩe ficulneũ stadia quinq; & triginta ĩtersũt. Hĩc ad
Byzãtioꝝ cornu quinq;. Est autẽ cornu ad Byzãtii moenia ꝓpe spectãs si
nus ĩ occasũ extẽsus ad stad. sexagĩta cornu ceruino ꝑquã similis nam in
plures sinus ꝑide ac ramos quosdã scindit̃ ĩ quos irruẽtes Pelamydes fa
cile capiũtur. Id autẽ cũ eaꝝ multitudine: Tũ ui & impellẽtis fluxus im
petu cũ ꝓpter sinus ãgustissimos uel manibus cõpræhendãtur. Eaꝝ ge/
neratio ĩ Meoticis paludibus fit. Inde uero paulatim erumpũt grege fa/
cto ꝑ os ipsũ ac ꝓpter littus asiancũ usq; Trapezũtẽ ac Pharnaciã excur
rũt. Hĩc primũ eaꝝ uenatio existit nõ copiosa admodũ. Nõdũ enim con
ueniẽs ẽ multitudo Vt uero sinope ꝓprius accesserit: speciosior nimirũ
eaꝝ ẽ piscatio simul & salsamẽtaria: Postq̃ uero Cyaneas trãsierit & ex ri
pa Chalcedonia albicãs occurrerit petra quædã: tãtus bestiisq; ipsis ter/
ror incutit̃: ut e uestigio ĩ ulteriorem cõuertãtur ripã. Quas cũ præceps
aquaꝝ cursus corripiat & ĩnata locoꝝ aptitudo maris fluxũ ad Byzantiũ
cornũque Byzãtii deflectat. Et eo naturæ ĩpetu propellat copiosum By/
zãtinis populoque Ro. suppeditat ꝓuẽtũ. At enim Chalcedonii ĩ ulteri
ore prope cõsistentes littore in nullã eius ubertatis cõmunionẽ accedũt.
Quoniam ad eoꝝ portus ne una q̃dẽ Pelamys sese applicat. Memoriæ
ꝓditũ ẽ: cũ Byzãtii cõditores post ædificatã a Megarẽsibus Chalcedonẽ
Apollinis oraculũ cõsulerẽt: eis mãdasse ut cõtra cæcos habitatõnẽ loca/
rẽt. Cæcos enĩ ideo Chalcedonios uocabat: quia cũ prius ad ea loca naui
gassẽt: omissa tã locuplete ripa tẽuiorẽ accepissẽt. Iã usq; Byzãtiũ ꝓgres/
si sumus. Illustrissimã sane ciuitatẽ ad nobiliora cõfinia ꝓpinquã: & Istri
ostio uicinã ab eo flumine nauigationẽ plane demonstrãtẽ. Supra Byzã
tium uero gẽs Astorũ idest ciuium iacet: in qua Calyba ciuitas ẽ. Eã Phi
lippus Amyntæ filius collectis de exercitu ignauissimis habitãdã consti
tuit. Hæ igit̃ nationes memoratu dignæ sunt: quas Ister & mõtes Illyri/
ci Thraciq; terminãt. Maritimam Adriatici maris orã uniuersam ab ĩ/
ito sinu inchoatã tenentes & sinistram ponti plagam ab Istro flumĩe us/
que Byzantium. Reliqua sunt de regione dicta montana ĩ austrum spe/
ctantia. Quæque his subiacent ordine loca: in quibus est Græcia: & con/
tigua usq; in mõtes protẽta barbaries. Hecateus itaque Milesius hæc de

oſtenditur & inſigne ſepulchrum: & Acheæ petræ: eius montes rupes
abſciſſæ. Super quibus Samos (ut diximus) ciuitas condita eſt. De qua

nauigandi ſcriptores non ad modum poſteritati memoriam reliquerũt.
Forte uel quia iam dudũ diuulſa eſt: uel quia in obſcuro ſita ſit. Poſidiũ
ſiue Neptũnium lucus eſt: ſicuti diximus ad mare poſitum: cui excelſũ
cacumen incumbit: ante Samicum: ſic enim modo uocatur ubi Samos
erat: adeo ut e mari conſpici nequiret. Ibidem cãpus eſt Samicus nomĩa/
tus. Ex quo maior fieri coniectura poteſt: aliquãdo Samũ urbẽ extitiſſe.
Eſt & Rhadina: ĩ qua Steſichorus poema ſcripſiſſe uidetᷣ: cuius initium
eſt. Age canora Muſa cãtũ incipe: laudeſque de filiis Samiis: reſonãti a/
mabiliter Lyra: hinc filios appellat. Rhadina enim Corinthi dedita Ty/
rãno dicitur: e Samo flante Zephyro nauigaſſe: non quidẽ ex Ionica Sa
mo. Eius autem fratrẽ Architheoꝝ: eodẽ uento delatũ Delphos aduẽtaſ
ſe Ipſius etiam Rhadinæ patruelẽ Erõtem ad eã curru prouectum eſſe
Corĩthũ. Tũc Tyrãnus cum utrũque mactaſſet: cadauera curru expor/
tanda curat. Inde pœnitentia ductus reuocatos ſepulturæ mandat. Ab
hac Pylo: & Lepreo. ad Meſſeniam Pylũ & Coriphaſium arces ĩcumbẽ/
tes pelago. cccc. ſtadᷣ ĩteruallũ eſt: & ad Inſulam Sphagiam illis adiacen/
tẽ: Ab Alpheo ſtadᷣ. dcc. l. A Chelonata mille ac trigĩta. In medio ẽ Ma
ciſti Herculis ſacellũ: & amnis Acidõ: qui præter Iardani ſepulchrũ labi
tur: atque urbem Chaan: quæ quõdã Lepreo uicina extiterat. Vbi Epha
ſius cãpus iacet. Huius Chae cauſa bellum ĩter Archades & Pylios con
flatum plerique aiunt. Cuius mẽtionẽ fecit Homerus: & ſcribẽdum ſic
eſſe cẽſẽt. Ea utinã ætate pubeſcerem: qua aggregati Pylii & Arcades
prœlium cõſeruere: præcipitẽ ad Celadõtem penes Chae moenia. Nec
ſcribẽdum eſt Phee: nec Celadõtẽ. Hũc enim ſepulchro proximũ alla/
bi Iardani. Et uiciniorem hũc Arcadibus locum eſſe: q̃ illum. Ad mare
Triphyliacũ Cypariſſina eſt: & Pyrgi ideſt turres & fluuius Acidõ Ne/
dia flumẽ: nũc quidẽ Triphyliæ: & Meſſeniæ termĩus: impetu e Lycæo
Arcadiæ mõte delatum e fonte: quẽ Rhea cum Iouẽ eſſet enixa: rupiſſe
ferᷣ in fabulis ut unde lauaret: haberet. Præterfluit autem Phygaliã ubi
Phyrgetæ gens Triphylioꝝ extrema: Cypariſſiis Meſſenioꝝ primis cõ/
fines ſunt. Priſcis uero temporibus alii erant termini: ut aliqui trãs Nedi
am ſubiecti Neſtoris eſſent: & Cypariſſentem: & alia ulterius uti mare
Pylium Poeta ꝓtendit: uſque ad urbes. vii: quas Achilli ſpondet Aga/
mẽnon. Cũctæ uero prope mare Amathoentis Phyli habitanᷣ. Hoc eſt
iuxta mare Pylium. Poſt Cypariſſentem ad Meſſeniam Pylum: ꝓpter
Coryphaſium nauiganti Erena occurrit: quam nonnulli Arenam prius
uocari eodem quo Pyliaca nomine: falſo arbitranᷣ: Eſt & Platamodes a
qua ad Coryphaſium & Pylum: ſic enim modo uocant ſtadᷣ c. ſunt. Eſt
& Cenetium: & in eo quoddam oppidulum eodem uocabulo dictum.

Nec uero tātopere prisca idagāda sūt. At uero satis esset: quonam modo hac tēpestate singula sese habēt ꝑferre:nisi nobis ab ineunte pueritia fama quædam de hisce tradita foret. Cūque alii alia memorēt:indicare necesse est. Cæteꝝ: ii quoꝝ illustriora sunt nomina:quique antiquitate præcellunt:plurimum sibi fidei uendicāt:cum in experiundo primarii sint. Cūque Homerus in hoc genere uniuersos antecellat:quæcunque ab eo dicta sint: simul discutiēda sūt:& ad præsētia cōcurrere oportet sicuti & paulo antea dicebamus. Quæ igiť ab Homero de Caua Elide:atque Buprasio tradunť:prius a nobis examinata fuere. De illa uero quæ Nestoris subdebať impio hūc ꝑfert in modum.

Qui coluere Pylū:& amœnæ mœnia Arenæ.
Inde uadū Alphæi Thryon:altis turribus Epy.
Et Cyparissentem:simul Amphigeneā habebāt.
Ac Helos: & Pteleon:tū Doriō:ast ibi musæ
Threicio inciderāt Thamyri:resonoque canore
Priuauere uiꝝ:Oechalia tū forte ꝑfectum.
Regis ab Eurythi regno: Oechaliaq; creati.

Hæc igiť Pylos: de qua iq̄sitio fit. De ipsa uero mox pscrutabimur. De Atena diximus. Quā uero nūc uocať Thryon: alibi Thryoessā appellat.

Vrbs Thryoessa manet mōtis sublime cacumen.
Eminus Alphæo.

Alphæi uero uadū iccirco dicit:quoniā eo in loco pediti transitu facilis esse uideať. Hodie uero Epitalium Masticiæ locus uocať. Cum autem dicat: Altis turribus Epy. Quærunt aliqui utrū utrius adiectiuum sit. Et quænam urbs. Nunquid quæ Margale: Amphipoliæ terræ hoc tempore nominanť. Hæ quidem nullum natura munimen habent. Alterum in Masticia commōstrať:naturale munimē habēs. Hoc quidem intelligēs urbis nomen Epy:hoc est sublime dixit:ex eo ꝙ illi situ naturali obueniebat. Sicut Helos idest paludem & Egialum hoc est littus:aliaque permulta. Margalan:idest rubicūdam forte per oppositum. Thryon:& Thryoessā Epitaliū aiunt appellatā: qa tota ea regio Thryo: idest iuncis aut uluis passim referta ē. Flumina præsertim:āplius hoc ipsū apparet: ad loca fluminis uadosa. Vnde & forsan Thryon transitum uadūque dici aiūt. Epy uero altis munitum turribus Epitalium inquit. Natura enim ualidum ē oppidum. In aliis nanque Epeam Colonam: idest sublime cacumen ait.

Vrbs Thryoessa manet montis sublime cacumen.
Eminus Alphæo:postrema Pyli Amathoentis.

Cyparisseis est circa pristinā Macistiā:quæ deserta est:sicut & Macistū.

Alia ẽ Messeniaca Cyparissia. Eiusdem similiter nominis: ut illa dicitur Cyparissia numero singulari genere muliebri. Amnis uero Cyparisseis dicitur. Et Amphigenea Macistiæ cẽsetur circum Hypsoentẽ: ubi latonę templum est. Ptelеum uero ab iis: qui e Thessalico Pteleo habitaturi uenerũt: ædificatũ est. Ibi enim dicitur.

Atq; Antrona salo ꝑpius: Pteleũq; uirescẽs.

Et enim memorosũ est: ac minus habitabile: quod Pteleasimum uocităt. Helos sunt qui oram quandam penes Alphæum esse dicant. Alii urbẽ uti Laconicam. Sicut dicitur Helos maritimũ oppidulum. Quidã circa Helos Alorium: siue paludem ubi Dianæ Elaeæ templum situm est: Arcadiæ subiectum. Nam Arcades eius sacerdotium gerebant. Doriũ: quidam mõtem: quidam campum esse scribunt: cuius hoc tẽpore pars nulla monstratur. Aliq̃ tamẽ Olurin nunc: seu Oluram in Messenia ualle iacentem: Dorium uocant. Illic prope Oechalia Euryti est: quæ nunc Andania dicitur. Vrbs Arcadiæ tenuis: cuius nominis est altera in Thessalia. Altera etiam in Euboea. Ex hac proficiscentem Thracem Thamirin ad Dorium a Musis: Musica fuisse spoliatum poeta commemorat. Ex his patet: ut Nestori subiecta plaga ex utraque Alphæi ripa iaceat. Quam Pyliorum omnem terram nominant. Cæterum Alphæus nulla in parte neque Messeniam: neque curuam attingit Elin. Qua in ora Nestoris est patria: quam Triphyliacam Pylum appellamus: & Arcadicã: & Lepreaticã. Et enim cæteræ Pyli mari uicinæ ostenduntur. Hæc autem amplius stad'.xxx. supra mare distat. Quod & Homeri uersus itidicant. Nuntius enim ad Telemachi comites mittitur ad nauem: qui eos inuitet ad hospitiũ. Cum Telemachus in reditu e Sparta ad urbem currum agitare non sinit. Sed flectẽtem ad nauigium accelerare. Tanq̃ nõ eadem ad ciuitatem: & ad portum uia sit. Quando retro facienda Telemachi nauigatio: hoc modo proprie dicitur.

Prælapsis Crunos: & pulchras Chalcidis undas

Occiderat Phœbus: terrasq; inuoluerat umbra.

Cymba Pheas adiit: Iouis aspirantibus Euris.

Elida dehinc diam: Late hic dominãtur Epæi.

Huc usque sane in Septentrionem tẽditur nauigario. Hinc ad ortum flectitur cursus. Rectum autem iter omittit nauis: & quod initio cœperat: & quod Ithacam ducat. Quoniam Proci pelagus inter Ithacam: & Samũ iacens: insidiãtes occuparãt. Hinc rursus insulis sese immisit Thois. Thoas autẽ acutas dixit. Hæ autẽ insulæ sunt Echinades. Primis Corinthiaci sinus partibus simul & Acheloi proruptionibus proxime. Flectẽs uero cursum ab Ithaca: ut ad Austrum consisteret: denuo ad suum sese

xer conuertit in Acarnaniæ & Ithacæ medio: & per alteram insulæ par/
tem reducitur. Non autem per medium Cephalleniacum fretum: quod
Proci per insidias seruabant. Siquis igitur Elæam Pylum Nestori subie
ctam existimet. Nõ sane proprie diceretur. Nauem præter Crunos hic:
atque Chalcidem usque ad solis occasum deferri. Dehinc noctu Pheas
adiisse: & tunc præter Elæam oram cucurrisse. Hæc nanque Elidis loca i
Austrum sunt spectãria. Primæ quidem Pheæ. Postea Chalcis. Dehinc
Cruni. Deinde Pylos Triphyliaca & Samicũ. Ex Pylo igitur Elidis in
Austrum naniganti: hic maritimus cursus esset. In Septentrionem autẽ
nauiganti ubi est Ithaca: omnia hæc postea relinquũtur. Hæc uero Elæa
plaga præternauiganda erat: & quidem ante solis occasum. Is autem post
occasum inquit. Atqui iterum siquis Messeniacam: & Coryphasiam Py
lum initium nauigationis a Nestore capiendæ ponat: maius esset inter/
uallum: temporisque lõgioris. Ipsum autem ad Pylum Triphyliacam:
& Samicum Neptunni templum stad. cccc. est. Nauigatio quoque pro/
pe Crunos: & Chalcidem & Pheam circũducitur: quæ ignobilium flu/
uiorum sunt uocabula: immo sane riuulorum. Sed penes Nedam pri/
mum. Deinde Cydonem. Dehinc Alphæum: & regiones inter hos posi/
tas. Postremo si & illorũ facienda sit mentio. Et enim præter illos nauiga
tio agenda erat. Atqui Nestoris enarratio: quam ad Patroclum de bello
Pyliorum aduersus Elæos digerit: magno nobis est documento: de iis
quæ explanare aggressi sumus: siquis uersus ipsos diligẽter animaduer/
tat: i quibus ait: Cum Hercules Pyliam popularetur oram: & iuuentus
uniuersa defecisset: e filiis duodecim: quos Neleus tunc habebat solum
Nestorem fuisse superstitem: adolescentulum admodum. Quocirca E/
pæos Neleum senio & orbitate obsitum floccifacientes superbe contu/
melioseque Pylios conculcasse. Contra illos igitur Nestorem: suis quos
cunque potuit adunatis: Elæum inuasisse agrum: & multam inde prædã
abegisse. Quinquaginta boum armenta. Totidem ouium. Totidem su
um Totidem capratum greges. Equas pilo flauo. c. & l. equinis fere cun
ctas pullis sectantibus. Plurima inquit eadem nocte intra Pylum Nele/
iamque urbem impulimus: ut cum die quidem incursionem populatio
nemque fecerit. Et ferentes cõtra se subsidium fuderit: fugaritque. Quo
in tempore Itymoneum trucidarit: noctu reuerterit. Ita ut nocturnus ad
urbem accesserit. Ipsis autem circa distributionem: & sacrificium occu/
patis: Epæi tertio post die peditum & equitum multitudinem congregã
tes: exercitum contra ductarunt. Ac Thryon super Alphæo situm cir/
cumlocatis castris obsederunt. Quod ubi statim intellexere Pylii: ad fe
rendam opem concitati sunt. Atque circa Minyæum flumen: penes

Arenam urbem: nocte acta inde mouerunt: & ad Alphæum meridiani peruenerunt. Dehinc diis immolantes iuxta flumen noctē ipsā transege re. Illicoque erumpente aurora prœlium conseruere. Edita uero splen/ dide hostium fuga: non ante sectantes: occidentesque cessauere q̄ Bupta sium: Petræque Oleniam: & Alesium peruentū est: ubi colonā uocant. Quo ex loco Pallas populum retrouertit. Et Achæi e Buprasio Pylum celeres equos agitarunt. Ex his igitur quonā modo aut Eleam: aut Mes/ seniam dici quisq̄ Pylum existimet? Eleā quidem: quæ cū popularetur: simul & Epæorum terra ab Hercule populabatur. Hæc autem Elea est. Quo etiam pacto mutuas inter se populationes passi: & finitimi talem superbiam: & talē contumeliam capescere debuerāt contra illos: qui pa/ ri affecti fuerant iniuria. Qualiter autē in oram propriam incursatione facta prædas agerent? Qualiter tandem eosdē simul populo Augeas & Neleus regno continerent: cū mutuas inter se inimicitias exercerēt? Si grande Nelio debitū in Elide clara debebatur: quattuor uictores equi: palmā referre solitī ipsis cū curribus q de Tripode cursū agitaturi erāt. Hos ipsos subinde Rex hominum Augeas retinuit: agitatore dimisso. Quod si hoc in loco Neleus habitabat: & eo in loco Nestoris sedes erat: qua ratione Eleorū & Buprasiorū quattuor ductores erant? & ductorē quenque sequūtur. Veloces bisquinque rates comitantur Epæi. Regio autem. iiii. in partes diuisa erat. Quarum in nulla Nestor erat. Qui co/ luete Pylon & amœnæ mœnia Arenæ: & reliqua usque Messenā. Epæi uero aduersus Pylios erumpentes: quo modo ad Alphæū incitantur at/ que Thryon? Aut quomodo ibi commisso prœlio i fugam uersi ad Bu prasiū sese recipiunt? Rursus si Hercules Messeniā populatus est Py/ lon: quo modo tanto disiuncti spatio in eos contumelias iferebāt & mul ta inter se conuenta pactaque seruabant. Et quod amplius est: abnegatis debitis bellū contraxerunt. Quē autē in modū Nestor agrū incursans: & tantū suū pecudūque præ se agens prædā. E quibus nulla nec celeri/ ter ire: nec longā facere uiā ualet. Plus stad' mille iter absoluit: ad Pylon Coryphasio ꝓximā? Illi autē tertio die ad Thryoessā: & Alphæū ānem pueniunt: oppidū ipsū obsessuri. Hæc autē loca qua ratione ipsis Messe niæ principibus attineāt: continētibus & habētibus Cauconibus: & Tri phyliis & Pysanis. sed ipsa Gerena siue Gereniā: utroque enī modo dici/ tur quidā nominauere. Sic locū forsitan de idustria quidā nuncuparūt. Fortuito quoq; ita nominari ualuit. Vniuersa uero Messenia Melenai re gno suberat: cui & Laconica sicuti posterius patebit. Cum Pamisus per hanc effluat & Medon. Alphæus uero nullo pacto qui tellurem Pyliam pcurrit. Cui Nestor iperitabat. Cui probabilis sermo ille fuerit: q̄ uirū

alienum educit in regnū. Et annumeratas illi ciuitates adiunt. Cunctasque suæ subiecta ditioni facit.

Restat de Olympia dicere:& de traductis ad Eleorum subiugationē rebus omnibus Est in agro Pysano templum ab Elide stadi minus trecentis absens. Ante illud uero lucus agresti uestitus olea surgit:in quo stadium iacet. Alphæus autem alluit ex Arcadia labens & Triphyliacum in trans mare:iter occasum ac meridiem. Initio quidem ex Olympii Iouis oraculo ingentem sibi claritatem uendicauit. Eoque deficiente nihilominus templi fama remansit. Et quantum ipsi nouimus adaucta est: & celebritatis gratia:& ludorū Olympicorū causa:quos sacros & corona illustres:aliorum omnium maximos arbitrantur. Magno illi ornamento fuere:tot oblata ex uniuersa Græcia munera. Præcipuum extitit: solidū ex auro Iouis simulachrum:a Cypselo Corinthiorum Tyranno donatum Ingentior his omnibus Iouis statua fuit: quā Phidias carmini Atheniensis filius fabrefecit ex ebore. Opus magnitudine tanta:ut cum ædes sacra sit amplissima : artifex ipse non recte symmetriam aut proportionē uideatur annotasse: sedentem effingēs. tectum fere uertice pertingētem. Vnde aperte demonstratur:ut si erectus exurgat:tectum templi deiiciē dum fuisset. Statuæ mensuram inscripsere quidam. E quibus Callimachus quodam carmine Iambico extulit. Multum Phidiæ attulit adiumētum Pandenus:e sorore illius nepos. Operisque suscipiendi socius: cum ad statuam coloribus adornandā: Tum uero ad amictum. Picturæ quoque plurimæ mirabilesque demonstrantur in templo:illius opera. Vnū de Phidia memoriæ proditum est: ab eo Pandeno responsum. Q ui cū Phidiam interrogaret. Q uod uam ad exemplar Iouis statuam facturus esset? Ad Homeri respondit imaginē. Q uā hisce uersibus explicauit.

Atque superciliis Saturnius annuit atris.
Ambrosiæ fluxere comæ de uertice Regis
Aeterni. Ast nutu magnū concussit Olympū.

Pulchre nimis dixisse uisus est:cum aliis ex partibus. Tum uero ex superciliis. Q uoniam poeta mentem: cogitationemque prouocat:ut summā quandam formā & magnā: Ac Ioue dignā potentiā denuo pingat. Sicut in Iunone. Ipsū pariter ī utroque decoꝝ obseruās. Inquit enim.

Sederat in solio:lōgūque reuoluit olympū.

In illa uero euenit: ut tota commoueretur. Cum tantum annuente Ioue superciliis occurreret. Et aliquid simul patiente coma: lepideaque nimitum dictum est. Q ui deorum imagines uel solus uidet: uel solus ostendit. Digni uero profecto sunt Elæi. quibus magnificennæ & honoris in Olympiæ templū causa tribuatur. Troianis enim

temporibus:& adhuc antiquioribus: nulla fœlicitatis parte florebant. A
Pyliis primum: deinde ab Hercule in ima depressi. Cum augeas Rex
illorum in perniciem tractus est. Cuius quidem rei signum est: quoniã
illi quidem ad Troiam misere naues.xl. At Pylii:& Nestor.lxxxx. Poste
rius autem post Heraclidarum reductionem contra obuenit. Aetoli eni
simul cum Heraclidis:cum Oxylo redeuntes:& cum Epaeis cohabitan/
tes:cognationis uetustate Curuã Elin ad dignitatis amplitudinem extu/
lere. Et Pysanos magna agri parte multauere. Et Olympia illorum iuri
subdita fuit. Et Agonẽ ipsum Olympicũ ab illis excogitatum atque iuẽ
tũ fuisse constat. Et Olympiades primas:ut illi pariter celebrabant(An/
tiqua enim illa omittenda sunt: & de tẽpli ædificatione:& de ludorꝶ insti
tutione. Cum nonnulli asserant Herculẽ unum ex Idæis Dactylis:earũ
rerum autorem extitisse. Alii Herculẽ Iouis & Alcmenæ filium. Quẽ
etiam primũ ibi desertasse:& palmã comparasse tradunt. Hæc enim cũ
multifariam uulgẽtur:non multum fidei consequuntur.) At propius ue
ro est:quod ab Olympiade prima:in qua Coroebus Elæus ĩ cursu uicto
riam adeptus est:usque ad.vi.&.xx.& ipsius templi: & ludorum præfe/
cturam Elæi optinebãt. Troianis uero temporibus Agonis illius uel co/
rona:uel gloria nulla erat. Ex iis autem:qui nunc illustres habentur: nec
iste nec alius ullus fuerat. Quorũ memoriam nullã facit Homerus: nisi
funebrium aliquorũ. Tametsi quidam arbitrentur illum Olympici me
minisse. Cum Augeam inquit quattuor equos intercepisse in certamine
primos:qui ad ludorum præmia uenerant. Referuntque ideo Pysanos
Troiani belli participes minime fuisse: quia Ioui consecrari censerẽtur.
Nec uero Pysea tellus Augeæ regno subiecta fuit: in qua Olympia est:
sed Elæa solum. Nec in Elæa Olympicorũ ludorum certamen agebat.
Ne semel quidem: sed in Olympia semper. Ille etiam Agon:qui nunc
proponitur in Elide factus apparet: ĩ qua debitum illud debebatur. Nã
debitum erat in Elide dia:(ut poeta testatur)quattuor uictores sequi. Et
iste quidem non erat corona insignitus. Nam cursus super Tripodis
præmio futurus erat. Ille autem post sextam &.xx. fuit Olympiadem.
Pysani igitur recuperata suorum possessione: Agonem ipsi conficiebãt
cum tanta celebratum gloria intuerẽtur. Aliquot post temporibus Py/
sæa rursus plaga in Elæorum iura cocedente. Denuo ad eosdem conces/
sit Agonis:& ludorum ĩstitutio. Lacedæmonii quoqꝫ ad id suã opam cõ/
tulerunt. Post ultimã Messeniorꝶ destructionẽ: contra quos ipsi sotia ar
ma cõiunxerãt. Quo ĩ tẽpore Nestoris nepotes & Arcades ꝓ Messeniis
bellum susceperant. Adeoqꝫ sotiam illis nauarunt operam:ut oram uni/
uersam usqꝫ Messenios fines Elæam appellari contigerit. Quæ & in hoc

usq; tẽpus perdurat. Pysanorũ autem & Triphyliorum & Cauconum
ne nomen quidem esse reliquum. Ipsáq; Pylon Amathoenta ad Lepreũ
cultoribus implerũt: ut morẽ gererẽt: & ipsis Lepreatis bello uictoribus
gratificarent. Aliosque cõplures pagos distraxerunt: quos p se ac marte
suo res suas gerere uolentes aspicerent. A quibus & tributa exegerunt.
Tractus autẽ ipse Pysæ plurimum nominis consequutus est. Imprimis
ppter principes ipsos lõge lateque potentes. Oenomaũ scilicet eiusque
successorẽ Pelopem: & illius filios cõplures. Saloneus quoque hoc in lo-
co imperitasse traditur. Itaque Pysana regione in urbes octo diuisa: harũ
una Salmone uocat. Has ob res & Olympicũ tẽplũ: & regio magnope-
re p ora uirorũ: & omniũ præconia uolitat. Ea uero uia antiquæ audiendæ
sunt historiæ: ut eas inter se minime cõsonãtes recognoscamus. Iuniores
enim repugnantia sæpenumero referre putãt: sicuti Augeã Pysanæ pla-
gæ regnũ tenuisse. Oenomaũ uero & Salmoneum Elaeæ. Quidã autẽ
gentes ipsas in unũ cõiungunt. Sequenda uero sunt magis quæ concor-
dia fiãt. Cum & ipsũ Pysæ nomẽ recta neqnaq̃ ratione explanẽt. Aliqui
enim ciuitatẽ Pysam a fonte Pysa nomine: eodẽ quo fõs uocabulo ap-
pellari. Fõtẽ uero ideo Pysã uocari: a pitissando: ut quasi potricẽ itelliga-
mus. Vrbẽ autẽ in sublimi ædificatã uertice mõstrant: duos inter mon-
tes Ossam & Olympũ. Quo nomine & alter in Thessalia nũcupatur.
Nonnulli ciuitatẽ nullam Pysã fuisse contẽdunt. Nã inter. viii. illas esse
reperiretur. Cæterum fõtẽ duntaxat affirmant: qui nunc Besa uocat iu-
xta Cicysium. Vbi ex illic. viii. amplissima una est. Stesichorus regionẽ
quæ Pysa dicit ciuitatẽ uocari scribit. Vt poeta Lesbũ Macaris urbem.
Euripides quoque in Ioue Tragœdia: Euboea inquit quædam Athenis
uicina ciuitas est: Et in Rhadamanto: qui terram inquit Euboeã habitãt
finitimã ciuitatẽ. Et Sophocles in Mysis. Asia quidem tota uocat Ope-
regrine. Mysorum uero urbs appellata Mysia. Verũ Salmone fonti sui
nominis uicini est. De quo fluit Enipeus Alphæum igrediẽs. Nũc uero
Batnichius nominat. Huius amore captũ fuisse Tyronem memorant.
Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum.
Hoc enim in loco illius genitorem Salmoneum imperasse aiunt: ut i Fo-
lo scribit Euripides. Alterum sane i Thessalia Eniseum scribũt. Qui ex
Othry oriens accipit Apidanum e Pharsalo delabentem. Apud Salmo-
nem autem urbs iacet Heraclea: ex illis. viii. & ipsa una distans ab Olym-
pia stad. xl. penes Cytheriũ flumen posita. Vbi Goniades Nymphæ sa-
cellũ habent. De qbus opinio est: ut aquis earũ morbos sanitati restituãt.
Iuxta Olympiam consistit & Epina: & hæc ex. viii. una: per quam Parthe-
nias excurrit ãnis: ubi ad Pheream ascenderis. Est autẽ Pherea i Arcadia

fupra Dymeã & Buprafiũ: & Elidẽ fita. Q uæ ad Arcton adiacẽt Pyfa/
næ regioni Ibidẽ eft & Cicyfiũ ex.viii.una atque difpõtium:ea ĩ pte:qua
ex Elide itur Olympiã.Iacet autẽ plano ĩ cãpo:deletumque eft omnino.
Et icolæ magna ex parte Epidãnum ideft Dyrhachium & Apolloniã cõ
migrarunt.Pholoe quoque Olympiæ proxima imminet Arcadiæ mõs.
Adeo ut Agri Pyfæi radix exiftat. Sic uniuerfa Pyfana regio & maior
Triphyliæ tractus: Arcadiæ confinis eft. Hanc ob caufã loca ipfa Pylia
quæ in Catalogo defcribũtur:maxima ex parte quibufdam iuris effe ui
dentur Arcadici:quod tamẽ periti negant.Ex iis enim fluuiis qui labun
tur in Alphæũ:Amarynthum effe: qui Arcadiã terminet. Extra illũ ue/
ro hæc fita effe loca.Ephorus autẽ tradit Etolum cum Epæo & Pifanto
ex Elide a Rege Salmoneo eiectum:in Etoliã fefe recipientem:Regioni
nomẽ a fe tribuiffe.Et urbibus illis habitatores impofuiffe.Ab hoc per
generis fucceffionem procreatum Oxylum Heraclidis a Temeno pro/
gnatis:familiaritate ac beniuolẽtia cõiunctum: eis Pelopõnefũ repeten/
tibus ducẽ extitiffe.Et hoftilem illis agrũ difpartiffe. Aliaque documẽ/
ta fuppofuiffe ad cõtinẽdam Regionis poffeffionẽ.Pro quibus quidem
mentis hanc accepiffe gratiã:ut in Elæũ Regnũ:quod ei fuerat auitũ re/
duceretur. Adunato poft modũ ex Etolia exercitu:in Epæos Elidis occu
patores aduentaffe. Occurrẽtibufque cũ armis Epæis: poftq̃ aduerfariæ
utrinque cõftiterãt copiæ ad fingulare de uetufto Græcoꝝ more certa/
mẽ proceffere:Pyrechmes Etolus:& Degmenus:Epæus.Degmenus qui
dem folo ĩftructus arcu. Vt qui armis obfitum lõginquo fagittæ iactu:
facile foret fuperaturus.Pyrechmes autẽ fũdam tenẽs: lapidumque fac
culũ:intellecto aduerfarii dolo.Nuper autẽ fundæ fpeciem ab Etolis re/
pertã.Itaque cũ lõgiquior fũdæ iactus fuiffet: occidiffe Degmenũ.Et ui/
ctores Etolos eiectis Epæis terrã occuparã tenuiffe.Et fic Olympiaci cu/
rã tẽpli fufcepiffe:quã prius habuerãt Achæi . Ob intimãque Oxyli er/
ga Heraclidas beneuolẽtiã cõueniffe facile cunctos:adactos iureiurãdo:
ut Elæa terra Ioui dicata & cõfecrata foret. Q uifquis contra locũ arma
ferret.Q uiquis etiam contra ferẽtẽ non ulcifceretur: & pro uiribus nõ
fuccurreret: eũ nefarium & abominabilẽ haberi. Q ua ex caufa:qui po/
fterius Elidẽ ædificiis auxere:fine mœnibus nudam reliquere. Q uique
per agrum exercitus ductarũt: arma tradidiffe donec ea fines egreffi re/
ciperẽt.Ab Iphito autem Olympicum agonem ĩftitutum conftat: cum
Elæi facri forẽt. Talibus ex initiis creuiffe hominum dignitatem. Nam
cum cæteri mutua femper bella inter fe gererent: folis iftis longam ex/
titiffe pacem. Nec fibi modo fed etiã externis obtigit. Adeo ut pluf q̃ re
liqui omnes hominum frequentia uiguerint.In quibus Phedon origine

decimus a Temeno omnium ætatis suæ potētissimus fuit. Qua ex re ef/
fectū est: ut cū Temeni stirpē plurimas in partes dispersā: sensim tabe/
scere cōtingeret: eā recuperatā fouerat. Hic mēsuras excogitauit. A quo
etiā Phedoniæ uocitātur: & pōdera & numum: cum alium: tum argēteū
signari docuit. Inuētas īsuper ab Hercule ciuitates: additis augere popu/
lis. Ipse etiā positos ab illo ludos: & agonas ponere dignum esse arbitra/
tus est. In quibus Olympiacum esse uoluit. Quem ui & potētia ueniens
posuit. Cum Elaei nulla propter pacem haberēt arma: quibus Phedonē
ihiberēt: & reliqui hominis potestate uicti tenerētur. Elaei tamē hāc ipsā
positionē īscribere minime uoluere. Sed ob hoc iam comparatis armis si
bi ipsis opem ferre cœperunt. Quam quidē ad rē: manum attulere atq;
operam Lacedæmonii Seu quia prospere cedētibus ex pace rebus inui/
derēt: seu qa ad Phedonis destructionē eos adiutores habere cogitarēt:
a quo de Pelopōnesi pricipatu deiecti forēt: quem illi prius obtinebant.
Sic res Phedonis deletæ fuere. Qui tamē Pysaeam terrā & Triphyliā
Elaeorum iuri cōstruxerat. Tractus Elæus ætatis huius nauigationis to/
tius spatium habet: finibus nō cōputatis. stad' mille ac.cc. Hæc qdē de
Elidis ora.

Messenia uero terra Elaeæ contigua est: maiori ex parte ad Austrum: &
Africanum pelagus īclinās. Hæc autem Troianis temporibus Menelai
subdebat' imperio: cum Laconicæ pars regionis esset. Ora quidem ipsa
Messena uocabat'. Eā uero quam hāc ætate Messenā urbē nominant: cu
ius arx fuerat Ithome: nōdum ædificatā esse contigerat. Excedente uero
rebus humanis Menelao. Postmodūq; iis qui laconicæ gubernacula su/
sceperant: ad impotētiam redactis. Nelei nepotes Messeniæ regnū occu/
pauere. Quo tēpore fuit Heraclidarum reuersio: facta regionis diuisio/
ne. Tūc Messenioꝝ Regnū Melāthus habebat: qui suis regerētur insti/
tutis. Cū ātea Menelai sceptro paruissēt: cuius rei documētum ē. Est nā
enim Messenio: & Asineo illi ꝓxio: q sic ab Asina Messenia nominat':
septē fuere oppida. Quæ dotis nomie Achilli pollicebat' Agamemnō:
Cardamyla: Enope. Ira herbosa: Pheræ diuinæ. Antea pratis conspicua.
Pulchra Epæa: & iter uineta posita Pedalus. Eas sane sic nec sibi nec fra/
tri ptinuissēt nequaq̄ spōpōdissēt. Cōmilitones & Pheris Menelaum co
mitatos: poeta manifestat: cum partim Laconico cetui: partim Messenio
annumeret sinui. Extat autem Messena secundum Triphyliam. Est
autem mons utrique communis. Post quem & Coryphasium & Cypa/
rissia est: atque inter stad'. vii. mons Egaleos: inter illum & mare incum/
bit. Antiqua igitur Pylos Messenia sub Egalio ciuitas erat Ea uero di/
scerpta: quidā sub Coryphasio habitauere. Eā uero secūdo reædificarūt

Athenięses:quo tpe cũ Eurymedonte ac Stratocle in Siciliã nauigabãt. Vt aduersus Lacedæmonios murũ iterponerẽt. Ibi ẽ & Cyparissia Messenia:& Sphagia insula penes Pylum adiacẽs. Quæ eadẽ & Sphacteria nũcupatᷣ. Ad quã Lacedæmonii.ccc.e suis uiros amiserũt:uiuos ĩ potestatẽ ab Atheniẽsibus p obsidionẽ redactos. Ad hanc maritimã oram:duæ Cyparissiorũ extra in pelagus præiacẽt insulæ. Quas Strophades appellant:ab cõtinẽti stadᷣ.cccc.absentes. Ad Africanũ:atque meridianũ pelagus. Hanc Pylum Messeniorum nauale quondã fuisse: Thucydides autor est. A Sparta uero longe abest stadᷣ.cccc. Ordine deinceps sita est Methone. Hanc esse aiuut ex iis. vii. unã:quem Agamemnõ spopondit Achilli Pedasum appellabant. Eo ĩ loco Agrippa Bogũ Maurisiorũ Regem:Antonii partes sequutum ĩ Actiaca pugna: supplicio affecit:Locũque internauigãdum intercepit. Methone autem contiguus est: Acritas Messenii sinus initium. Diciturq; etiam Asineus ab urbe Asina: primo ipsius sinus oppidulo. Cuius nominis & alia ẽ Hermionica. Hoc quidẽ sinus initium ad occasũ spectat. Ad ortũ autẽ sunt fenestræ: sic eñi uulgo uocantᷣ. Cinædio ac Tenaro nũc Laconicis cõfines. A fenestris uero ichoans iter mediã Pylum offẽdes: quã Berylum pleriq; nominãt: Inde Leutra. Quæ a Boetiis Leuctris deducta fuit Colonia. Dehinc ĩ petra ualido mummine sita est Cardamyla. Postea Pheræ urbi Thuriæ atq; Gerenis finitimæ. Quo ex loco Nestorẽ Gereniũ uocitari traditᷣ: quoniam ibi falutẽ(ut diximus)comperauit. Ostenditᷣ quoq; in Gerenio agrũ sacellum Aesculapii: Tricceũ cognomine. Quia ueniẽtes e Thessalica Tricca mortales illud condidere. Fama ẽ Leuctrum & Charadram & Thalamos nunc Boetios uocatos:cultoribus a Pelope ex Boetia quibusdam introductis habitatos:cum sororem eius Niobem nuptui locasset Amphioni. Præter Pheras autẽ Nedon Amnis p Laconicum labitᷣ agrũ:alter a fluuio Neda. Nedusiæ uero Palladis cognomẽto ĩsigne tẽplũ habet. Est etiã ĩ Poeassa Nudesiæ Palladis facellũ nobile:a Nedõte loco nomẽ assequutæ. A quo ductis habitatoribus Teleclus Poeassã coluisse prædicatᷣ. Simul & Etheas atq; Tragiũ. Ex prolaris. vii. urbibus Achilli. De Cardamyla qdẽ & de Pheris explicauimus atq; Pedaso Cæterũ Enopen quidã Pelana nominãt. Aliqui uero locũ quẽpiam Cardamylæ adiacẽtem. Quidam Gereniam terram . Hiran autem commonstrant in monte: iuxta Megalopolĩ Arcadiæ ciuitatem ; qua ad Ardaniam iter habetur . Q uam a poeta Oechaliam uocari ante diximus . Nonnulli Mesolam hoc nomine nunc appellari asserunt . Q uæ inter Traigetum & Messenam ad sinum pertinet . At Epæa hoc tempore Thuria dicitur. Quam Pheris conterminam commemorauimus. Sita uero est in excelso colle.

Vnde Epæa id est celsa: nomen sortita ē. A Thuria uero sinus Thuri/
ates:in quo ciuitas quædā fuerat Rhium nomine:e regione Tenari. An
theā quidā sane Thuriam ipsā esse aiunt. Nonnulli quoq; Epæam Me/
thonem. Alii uero eā quæ inter Asinā Messeniā urbem: ꝓprie Pratosā
nuncupatam:cuius urbs ē Coronæ mari uicina. Et hanc nonnulli Peda/
sum a poeta nominatam esse inquiunt. Omnes quidē pelago proxime.
Cardamyla quidē ad mare iacet. Pheræ uero a mari distāt.v.stad.spatio.
Illa quidē æstuam habet stationē. Reliquæ uero maritimis inæqualiter
utuntur interuallis. Prope coronam circa fere medium sinū Pamisus af
fluit amnis. Hanc & reliquas ordine positas:dextrorsū habēs. Quarum
nouissime in occasū spectantes sunt:Pylus & Cyparissia. Harū media ē
Erana. Quā nonnulli Arenā falso quondā crediderunt. Thuriā uero &
Pheras sinistrorsū. Hic inter omnes Isthmi fluuios magnitudine præcel
lit. Tametsi nō amplius stad.c.a fonte ꝓfluat:abūdātes ꝑ Messeniū cā/
pum:oramq; Macariam:id est fœlicem trahēs aquas. Hic ipse fluuius a
ciuitate Messenia stad.cc.&.l.distat. Est & alius Pamisus ꝑ ualles serpēs
tenuis:circa Leuctrum Laconicū. De quo Messenii aduersus Lacedæmo
nios controuersiam sub Philippo Rege habuerūt. Quem (ut antea dixi/
mus) quidam Amathō appellauere. Ephorus scriptis prodidit Cresphō
tē:postq̄ Messenam terrā subiugauit:eā.v.ī ciuitates diuisisse:sicuti ī su/
perioribus exposuimus. Ita ut Stenicłarus in huius regionis medio posi
ta:regia illi sedes institueret. Inde Hiamitin legatū Pylum & Rhiū mi/
sisse:qui Messenios omnes eodē & pari cū Doriēsibus iure faciet. Qua/
re cum Doriensibus indignatione cōcitati forēt: ipse pœnitentia ductus
solā Stenicłaꝝ ciuitatē cēsuit. Et ad hoc Doriēses cunctos adegit. Verū
Messenioꝝ oppidum Corintho perq̄simile est Mōs.n.præruptus præ/
cepsq; īcumbit utriq;:cōmuni muro cōprehensus:ut in arcis usu sit. Ille
quidē Ithome Hic autē Acrocorinthus appellat. Quocirca Demetrius
Phalereus Philippo commode dixisse uisus est. Quin has inquit urbes
ambas capesse:si adipiscēdæ Pelopōnesi cupiditate duceris. Vtroq; enī
cornu bouē continebis:Cornua quidem Ithomē:atq; Acrocorinthū:Bo
uē uero Pelopōnesū esse dictitās. Hac igit opportunitate propter urbis
istas concitata sæpius esse bella. Corinthum igit a fundamētis esse deie
ctam:rursūq; restitutā. Et Messenā a Lacedæmoniis quidem esse destru
ctam. A Thebanis autē restauratā:& a Philippo Amyntæ filio postea:
uerū arces ipsæ inhabitatæ mansere. Dianæ uero palustræ templū ī Laco
nicæ siue Messeniæ terræ finibus est: ubi utriusq; populus cōmune sa/
crificium:conuentumque celebrabat. In eo profectasferiatum uirgines
Messenii procaciter incestarunt. Cum autem Messenii nullis uiolatores

pœnis mulctassēt:cōflatū est bellū. Ab hac Palude Dianæ Tēplū i Spar
ta cōstructū ē:cognomēto palustre. Rebellātibus aūt sæpenumero Mes
seniis:frequēter dimicatū est. Primā igit̃ eoꝶ subiugationē a patruū pa/
tribus fuisse: Tyrteus in suo testat̃ poemate. Secūdā uero qua Elæos:&
Argiuos:& Pysæos:sotios assumētes desciuere. Cū Arcades Aristocra/
tē Regē Orchomeni:ducē exhibuere belli. Pysæi uero Pātaleonē Om
phalionis filiū. Quo in tēpote ipse illius belli Imperatorē sese Lacedæ/
moniorꝶ fuisse testat̃. In eo Elegoꝶ opere quod Eunomia.i. bona iscribi/
tur institutio:& paulo post. Ipse enim Saturnius coronate Iunonis mari/
tus Iuppiter:hanc Heraclidis urbē tradidit. Quibus cū nos uētosā liquē
tes Erineū:ad amplissimum peruenimus Pelopōnesū. Dicūt̃ enim hæc
Tyrtei quorū quædā ꝓposita sūt. Itaque aut ipsū carmen Elegiacū auto
ritatē amiserit:aut Philochoro negāda fides est:& Calistheni:aliisq; com
pluribus:qui ex Athenis & Aphidnis illū aduētasse memorant Cū Lace
dæmonii Apollinis responsa flagitassēt: qui ut ducē ab Atheniensibus
peterēt edixit. Ductu igit̃ & auspicio Tyrtei:secundū gestū est bellum.
Tertium subinde ac quartum constitisse bellum ferūt: in quo Messeni
orum ruina consequuta est. ¶ Tota uero Messenii tractus nauigatio: sinu/
bus computatis:ad stad̃.dccc.foret. At enim plus:q̃ satis ē:ne stra diuer/
titoratio:dū loci notitiam ex historiis tractam sectamut. Plurima tamen
omittētes desolata regione Laconica: si ad uetusti status compationē re/
uocet̃:qui tam præclari populi multitudine floruerat. Nā præter Spar/
tā exilia quædam:numeto circiter.xxx.restant oppidula. Verum enim/
uero cū priscis annis cētenis preesset urbibus Hecatōpolin uocitatā:me
moriæ datū est. Inde quot annis per eos boues cētenos immolari consue
tum fuerat. Quod sacrū Hecatombas appellabant. ¶ Post sinū Messenia/
cum deinceps subest Laconicus:inter Maleas & Tenarum: paulatim a
meridie uergens in ortum. Centum autē ac.xxx.distāt stad̃: a Tenaro
Thyridis:idest fenestræ:Messeniaco existentes in sinu:quid confragosū
& præceps ē fluētum. Super has Taygetum imminet. Est uero mōs su/
per mare:non grandis admodū. Cæteꝶ excelsus & erectus. Ex Aquilōis
parte Arcadiæ radices contingēs. Adeo ut in medio uallis relinquatur:
qua Laconicæ Messenia cōiungatur. Taygeto autem subiicit̃ Sparta:&
Amycle in regione mediterranea:ubi Apollinis tēplum: & Pharis loca/
ta est. Ipsius uero urbis solum in curuo magis loco sedet: licet in medio
mōtes assumant̃. Nec uero pars ulla stagnat:cum prisco tēpore subur/
bium late stagnaret: & ꝓinde illud lacus uocaret̃. Liberi quoque patris
delubrum intra lacum existebat:quod hodie ædificium habet in arido.
In ipso autem littoris inflexu Tenarus: ripa erecta est:sactam Neptūni

ædem constructã continẽs in luco. Propinquaque spelunca est: per quã Cerbeꝝ ab inferis superius reductũ ab Hercule: fabulæ canũt. Ex eo loco ad ꝓmontoriũ Phycontẽ: in Austrũ interuallum Cyreneæ est: stadꝭ trium miliũ. Ad Siciliæ uero promõtoriũ Pachynum: in occasũ uersus: quattuor milium.dc. Aliqui stadꝭ mille.iiii.dicunt. Ad Maleã uero in ortum.dc.lxx.cũ sinu computant. Veꝝ ad faucẽ Asini: depressã quãdam Cherrõnesũ interius Maleã.d.&.xx. Hotsũ prominet intra stadꝭ.xl. Insula quædam Cythera: cõmodis instructa portubus: & eiusdẽ nominis urbe. Quã Eurycles ætate nostra Lacedæmonioꝝ ductor in peculiaris iuris possessionẽ uẽdicauit. Circũcirca pusillæ quædã Insulæ: ptim ꝓpiores: ptim aliquãto remoniores adiacẽt. Ad Cretæ sane ꝓmõtorium Corithũ: nauigatio ꝓpĩquissima stadꝭ.cc.&.l. Post Tenaꝝ: cũ ad Asini faucẽ Maleamque nauigas Amathus occurrit urbs. Inde Asine atque Cythium Spartanoꝝ nauale nobile. Intra.cc.&.xl.stadꝭ ædificatum. Habet autẽ ut traditꝭ nauium stationem manu effossam. Deinde fluuius Eurotas inter Cythium & Acteos erumpit. Hactenus præter littus commode nauigatur stadꝭ.cc.&.iiii. Postea palustris ora est: & uicus Helos: idest palus nomine. Qui prioribus annis: Homero teste ciuitas extitit.

Quiq; Helos oppidulũ pelagi: atque tenebat Amyclas.

Helius uero Persei filius: illud ædificasse phibetꝭ. Est & campus nomine Leuca. Inde ciuitas ĩ Cherrõneso sita: Cyparissia cum portu. Dehĩc faux Asini: portum continẽs: dehinc urbs Boia. Post Malea. Ad quam ab Asini fauce stadꝭ sunt centum.l. In agro Laconico ciuitas est Asopus. In cõfecto ab Homero Catalogo Messan quidem nusq̃ monstrari dicũt: & Mesoan Spartani agri ptem esse negãt: sicut & Lineũ At quidam sic Messã admittũt: ut p extremæ abscissionẽ syllabæ Messenã dictã cogitẽt. Quoniã & hanc agro pertinere Laconico asserãt. Ad quod ipsius poetæ utũtꝭ exemplo: qui Cri pro Crithẽ: idest ordiũ: & Do idest doma ꝓ tecto usus sit: & alia alii sic posuere. Et etiam heros: Automedõq;: & Alcimus ꝓ Alcimedon. Et Hesiodus: qui Brithy: & Briaron Bri dicit. Sophocles uero & Hyon pro Rhadio: Rha. Et Epicharmus Li ꝓ Liã. Et Syraco ꝓ Syracusas. Et Símia: dodo ꝓ dodonã. Apdꝭ Empedoclẽ uero: una fit ex duabus syllabis: Ops ꝓ Opsis: i. facies & uisus. Et apdꝭ Antimachũ: Cereris qdẽ Eleusinæ sacra: ops ꝓ opsis idest facies: & Alphi ꝓ Alphitõ. Euphorium quoque Hel pro Helon: idest claꝝ dicit. Apud Philetem uero Ancillæ quæ in calathis: albam ferunt eri: ꝓ erion idest lanam: & uellus. Inuentumque peda: ꝓ pedalia. Aratus inquit: hoc est gubernacula & clauos nauium. Ex aliis oppidis quæ poeta meminit: quædam dicta sũt. Nõnulla prorsus delcta sunt. Aliquorũ adhuc uestigia restant. Quorundã

permutata sũ uocabula:ficut Augiæ Egeæ. Nam in locrensi plaga nulla penitus superſit. Lanõ a Caſtore & Polluce per obſidionẽ expugnatam ſcriptis cõmẽdatum eſt. Inde illi Laperſe appellati fuere. Apud Sopho-clẽ p Laperſas: ideſt Geminos iurat. Sic & per Spartanos & Argiuos de os iurat. Ephorus poſteritati prodidit Euriſthenẽ & Proclẽ Heraclidas redactã in poteſtatẽ otam Laconicam ſex in partes diuiſiſſe. Ipſamq; in-ductis inquilinis per ciuitates ordinaſſe. Vnã itaque particulam eximiã Amyclas excepiſſe: Et proditori tradidiſſe: qui Laconicam illis regionẽ exhibuit. Quique ſuaſu ſuo præfectũ loci: ut tutus abiret: & cum Achi-uis i Ioniam commigraret induxit. Spartam uero regale ſibi ipſis domi-cilium declarauere. Ad reliquas ſingulos Reges dimiſere: concedentes ut cohabitatores admittere liceret: qui uellent aduenas: cum tot ubique mortales defeciſſe cernerent: uſos autem Laineni opera. Finitimos uero cũctos: licet Spartanis ſubiectos: paribus tamen legibus ac iure uiuere in ſocietatem ciuitatis adſcitos: communionẽque magiſtratuum. Eos autẽ Helotas uocari. Cæterum Agin Euriſthenis filium ius illud dignitatũ æquabile ademiſſe. Mandaſſeque ut Spartæ tributa conferrent: cæteros quidem paruiſſe. Helæos autem qui Helos habitant rebellaſſe. Ipſos in-de ui & armis bello ſuperatos: in ſeruitutem perpetuam damnatos: cer-tis impoſitis cõditionibus dominis ipſorum: nullo pacto licere: aut liber tate donare: aut extra fines eos uenundare. Hoc illud bellũ eſt: quod ad-uerſus Helotas uulgatur. Hælotica etiam ſeruitus uſque in Romanorũ perdurans imperium: ſuperatamque Laconicam: quã Rex Agis demon ſtrauit. Illos quodãmodo Lacedæmonii publicos habebãt ſeruos: aſſigna tis ſibi quibuſdam habitaculis: & contributis peculiariter miniſteriis. De Laconica ſane Reip. iſtitutiõe eiuſque mutatiõe: permulta forent omit-tenda: cum late cognita ſint. Attamẽ pleraque digna memoratu ſũt. Fa-ma eſt enim Achæos Phthiotas una cũ Pelope Peloponneſũ ingreſſos: habitaſſe Laconicã. Illos autem adeo uirtute præſtantes excelluiſſe: ut cũ Peloponneſos permultos prius annos Argos uocaret: Ea tempeſtate Ar gos Achaicum nominari cœptum ſit: nec ſola Peloponneſũ: ſed etiã pro prie Laconicã eo modo appellatam. Illud autẽ Poetæ: Vbi nã Menelaus erat: non quidem in Achaico Argo: ſic accipiendũ quidam arbitrantur: nõ quidem erat in Laconica poſt Heraclidarum reditum: cum Philono mus regionẽ illam Dorienſibus prodidiſſet: e Laconica in Ioniam migra tum eſt. Ea eſt quam hodie Achaiam nominant. De ipſis etiam in rebus Achaicis explicandis amplius uerba faciemus. Quod qui Laconicam ob tinebant: initio quidem uiri modeſtia prædıti fuerãt. Poſtea uero q̃ rei-publicæ gubernacula Lycurgo cõmẽdata ſũt: tãtũ cæteros anteceſſerũt:

ut e Græcis soli terræ ac maris adipiscerentur iperium:tamque diu Græcorum principatū tenuere:donec eis Thebani ducatū ademere. Et secū dum illos continuo Macedones. Verum tamē nec illis omnino cessere. Sed suarum legum istitutione seruata: de prioris loci maiestate contentionem semper habuerāt:& aduersus Græcos:& Cōtra Macedoniæ Reges. Quibus per Romanoꝝ arma deletis:paulū quiddam missis populi Ro. ducibus obstiterunt. Tunc a Tyrannis & improbis reipublicæ legibus oppressis:pristina nonnihil dignitate reparata:præcipuo in honore fuerunt:& sua in libertate manserūt. Vt præter amicoꝝ ministeria aliud nihil tributi nomine conferrēt. Eis uero nuper Eurycles perturbationē importauit:cū malā in partem Cæsaris amicicia fretus imoderate:& ultra q̄ par est:illoꝝ præfectura usus est. Desiit autē confestim ipsius dominatus:cum ipse ut oportuit concessisset e uita:& eius filius talē omnē amicitiam auertisset. Euenit etiam ut Laconicæ libertatores quēdā gubernandæ ciuitatis ordinem capesserent. Postq̄ finitimi primi Romano adhæserunt imperio. Et reliqui & Ilotes Tyrānis seruiēte Sparta. Hellanicus autor est Eurysthenē & Patroclem ciuitatis regimen ordinasse. At Ephorus increpat:cum ipsū nullam prorsus Lycurgi mentionem fecisse dicat. Et illius actiones aliis:& quibus nihil attineat ascribat. Soli itaq̄ Lycurgo facellum esse factū: & annua fieri sacrificia. Illis autē licet urbi habitatores induxerint:ea nequaq̄ esse tributa. Vt ab eis Eurysthenidas & Patroclidas uocari contingeret. At primos autores nequaq̄ ab Agide Eurysthenis filio. Agidas computatos esse:quod omnibus urbium cōditoribus:& earum habitandarum autoribus attributum est. Eius rei causam asserit:q̄ homines suscipientes aduenas:per illos potentatum uendicarūt. De horum natura locorum: atque Messeniorum hæc accipienda sunt:quæ scribit Eurypides: Laconicam quidem latū arandi campū habere. Cæterū cultu difficilem. Inter montes enim curua circūeuntibus collibus ducta:atque aspera hostibus ad icursandū minime patens. Messeniam uero fructuosam:aquis irriguā:innumerabilibus plaustris & bobus refertam:Pastoribus copiosa suppeditantē pascua. Non Hybernis flatibus hyematu molestā. Nec rursus plebæis quadrigis imoderate feruidā:& infra e sortibus:quas de plaga ipsa fecerūt Heraclide Primā Lacenæ terræ fuisse:& primariam telluris nationē. Secūdā autē Messeniæ oræ. Cuius maior ē uirtus:q̄ ulla explicare ualeat oratio. Q ualē & Tyrteus ipse prædicabat. Veꝝ cū ipse Lacōicam & Messeniā Pamiso disterminari asserat:qui pelagus incitatior intrat:cōcedi minime assentio: qui mediā quidē Messeniā perlabitur. Verum eā quæ nūc Laconico appellatur nequaq̄ attingit. Nec illud ab eo recte dicitur: quod cū Messenia

atque Laconica pariter mari sint uicinæ:ipsam longe a nauigatione abesse refert:sed & Elin male terminat. Cũ ultra quidẽ ꝓcesseris Elis uicina Ioui flumẽ emittit. Nã siue quæ nũc terra uocat̃ Elæa:dicere uelit: quæ Messeniæ contermina est. Huic ne cõtiguus quidẽ est Pamisus:sicut Laconicæ. Ipsũ enim per mediam fluere Messeniã dixit:siue ipsã uetustam Curuã Elin appellatã:intelligat:longe magis a uero excidit. Post Pamisi traiectũ:magna est Messeniæ pars. Inde tota Pheraꝝ regio atq; Messeniorũ:quã Triphyliã uocabant antea. Dein Pysana ora & Olympia. Postmodũ stad̃.ccc.interuallo Elis. Cum scriptores quidã Lacedæmonẽ Cetoessam appellent: Alii Cætaessã quærũt quã in ꝑtem accipiẽda est Cetoessa:siue a Cetis idest balenis. Siue qꝛ magnã ĩtelligamus:quod uero similius est. Subinde Cætaessã quidam dici arbitrant̃: quia herba Calaminthoridest Nepita:uehemẽter est abundãs. Alii ad rimas appellari: quas terræmotus efficiunt:qui Cæti uocant̃. Laconicam uero frequentibus terræmotibus agitari. Spelunca etiam quædã ꝓ carcere apud Lacedæmonios est:quam Cætã nominãt. Aliqui etiã tales cauernas Cous dici malũt:unde & feras Orescoas:i. ĩ speluncis cubãtes:poeta dixit. Taygeti quoq; cacumina quædã abscissa fuisse: memoriæ nõnulli ꝓdidere. Sũt & Latomiæ.i.lapidiciæ precioso ꝝ lapidũ Tenarioꝝ:a Tenaro multis iam sæculis. Nup autẽ ingens Taygeti patefacta ẽ effossio impensas ad eã Romana suppeditante luxuria. Vrbem autem ac regionẽ eodem Lacedæmoniis appellari uocabulo: uel Homero cõstat autore. Regionẽ autem dico cum Messenia:cũ de arcubus mẽtionẽ facit. Pulchros illi dedit Iphitus Eurytides hospes in Lacedæmõe occurrens. Tum subĩfert: ãbo ĩuicẽ ĩ Messena ĩ Ortsilochi domo coiere. Pheraꝝ locũ dicit. Cuius pars fuit Messenia. Itaque nihil differt illi dixisse cõmuniter:dedit ĩ Lacedæmõe occurrẽs. Et ãbo ĩuicẽ coiere Nã Pheras Ortsilochi domũ fuisse liqt Ad Pheras uenerãt domũ Dioclei Ortsilochi filii: Telemachus atq; Pisistratus. Pheræ aũt ad Messeniũ agꝝ ꝑtinẽt. Quãdo autẽ ex Pheris discedentẽ inquit Telemachũ: die toto cogitasse iugũ ait:dehinc ait.

Sol petit occasum:subeunt Lacedæmona magnã.
Inque domos agitant.

Menelai urbs tũc accipiẽda est: Quod si ita nõ sit: e Lacedæmone in Lacedæmona peruenisse uidebitur. Alioquin Menelai habitaculum in ipsa Sparta non fuisse credendum erit. Cumque ibi non adsit Telemachũ dicere: Spartam Pylumque ꝓficiscor. Sic enim regionis & urbis Epitheta coincidere uidebuntur:nisi forte hoc poeticæ concedendum sit licentiæ. Contrarium enim ut Messena cum Laconica Pyloque Nestorea sit. Neque ꝑ seipsam instrui:in ipso nauium catalogo. Neque in partem

communiter uenisse militiæ. Post Maleam aũt sinus excipit. Argolicus: ac Hermonicus. Ille quidem usque ad Scylleum nauigãti: ad oriẽtẽ spectanti: & ad Cycladas. Alter magis ad ortum q̃ iste: uergit ad Egınã terramq; Epidauriã. Sinus quidem Argolici primas partes Lacões habẽt: reliqua tenẽt Argiui. In q̃bus sũt & Apollinis tẽplum: Dælium Laconũ: quo nomine & Boetiũ ẽ. Et Minoa castellum quo uocabulo est & Megaricum. Et Limera Epidauria (ut inquit Artemidorus) Scribit autẽ Apollodorus ipsã apud Cythera esse. Quæ cũ cõmodissima portu sit: breuiter ac præcise Limeram: quasi limeneram idest portuosã appellatã esse nomine permutato. At ipsa Laconicæ nauigatio statim a Malea inchoãs: usque lõgum in spatium aspera fit. Tamen stationes & portus habet: reliqua ripa bonis ẽ prædita portubus. Paruæ quædã illi adiacent Insulæ: haud sane memorabiles. Argiuæ autem sũt Prasiæ ac Temenium ĩ quo humatus est Temenus: & prior locus est: per quem Lerna fluuius eodẽ quo palus nomĩe fluit. In qua tantas de Hydra poetæ fabulas ædiderũt. Ipsum uero Temenium longe ab Argo .vi. & .xx. stad' distat a mari: ab Argo ad Hereum .xl. Hinc usque Mycenas decem. Secũdũ Temenũ Nauplia est: Argiuorum nauale: sic proprie dicta: q eo naues nauigent. Ab hoc ficta esse de Nauplio: & filus eius ab hisce iunioribus dicit'. Nec enim illo℞ immemor extitisset Homerus: Palamedis uidelicet: cuius tãta sapiẽtia & ĩtelligentia ostentat': quem iniuste ac dolose necauere Pelasgi. Nec Nauplii qui circa mõtem Caphareum: tantam hominũ cladem cõmisit ac funera. Ipsorum genealogia præter alia fabulis plena errore profertur. Cõcedat' sane ut Neptũno procreatus sit. Quonã uero modo ex Amymone matre genitus sit: qui Troianis adhuc temporibus uitam agebat? Post Naupliam spelũcæ sũt: & in illis Labyrinthorum ædificia: eas uocant Cyclopeas. Dehinc alia loca: & ordine sinus Hermionicus situs est: quem cum in Egina locus ordinet: ipsa etiam circuitionis partitio haud sane despiciẽda nobis indicauit. Eius initium ab Asina est oppidulo: dehinc Hermione: atque Troezen. In ipso maris cursu præiacet Insula Calauria .xxx. stad' habens ĩ circuitu: medio maris brachio stad' quattuor a cõtinẽte segregata Subinde sinus est Saronicus: qui & Põtus a quibusdam uocat': & a nõnullis poros: idest trãsitus. A quo & pelagus Saronicum dicit'. Cũctus ipse trãsitus proximus ab Hermiõico mari: & Isthmico: & Myrtoo: atque Cretico nomẽ assequtur. Ad Saronicum Epidaurus pertinet & procumbẽs Insula Egina. Deinde Cenchree Corinthio℞ nauale ad oriẽtẽ spectãs. Inde Schoenũtis portus: cũ stad'. v. ac. xl. nauigaueris. A Malea uero in summã collectis stad' mille & .dccc.. Ad Schoenũtem portum angustissima Isthmi tellus ẽ: qua nauigia trãsuectãtur

ubi est Neptūni Phanum Isthmii. Sed hæc ī præsentia omittātur. Extra enim Argiuam terrā iacet. Repetētes autem Argiuā perlustremus orā. Erant eo omia quotifariā apud Poetam dicitur Argos: & per se & addito Epitheto. Cū uocet interdum priscū: alias Iasū. Equestre quandoque uel Pelasgicū: uel equorū alumnum. Nā & oppidū Argos dicitur. Sicut illud Argosque & Sparta: & quique habitant Argos: Tirynthaque & Peloponesus ædibus in nostris in Argo. Nec enim urbs erat eius ædes: & uniuersa Græcia. Vnde omnes Græcos uocat Argiuos: sicut & Danaos & Achiuos. Cognominationē igit̄ per Epitheta distinguit: Thessaliam quidem Argos Pelasgicum uocitans: ut quot Pelasgicum Argos habebant & Peloponnesū. sicun Sin Argos uenienmus Achaeū: uel ex Argo non erat Achaeo. Significans hic q̄. Achaei proprie Peloponnenses alia quadam significatione nominarentur. Argos quoque Iasum Peloponnēse dicit: sicuti si omnes Achaei Argos intuerētur Iasum & Penelopē: ut pluris procos acciperet. Non enim ex uniuersa Græcia procos capere uerisimile sit. Sed propinquos. Equestre uero & equorū alumnū cōmuni quadā proprietate dicit. De Græcia uero deque Græcis & pangræcis controuersia est. Thucydides enim poetam nullo in loco barbaros appellasse dicit eam ob rationem: quia Græci nondū ī unum nomē aduersatiū discernebant. Autoritate etiā Apollodori solos Thessaliæ incolas uocari Hellenes seu Græcos liquet. Nā Myrmidões Græciq; idest Hellenes nuncupabantur. Hesiodus sane & Archilochus & qui Græci & q̄ Pangræci uocarentur: profecto omnes nouere. Alter enim Proetidas inquit: Pangræci petiere Græci. Alter Pangræcorum ait calamitas concurrit ad Thasum. Aliq uero cōtra ponunt: quod poeta & hos & barbaros nominauit: Caras Barbariloquos appellans: & Græcos omnes. Græciam adit uaga fama uiri: mediumque per Argos. Argiuorū urbs magna ex parte planis in locis sita est promontorium Larissam nomine: habēs collem ualde septum: in quo Iouis phanū est. Fluuius iuxta labitur Inachus inter saxosas cōualles. Oritur ex Lyrcio ad Cynuriam montē Arcadiæ. Quæ de illius fontibus fabulosa uulgātur: poetica sūt cōmēta. Argos quoque aquis carere: cōmēta sūt: cum dicitur.

Dii posuere Argos Lympharū protinus expers.

Cum regio curua sit amnibus rigua: paludes & lacus exhibēs. Oppidū quoq; plurimos aqs uberrimos abundantes puteos continet: minimeq; profundos.

locũ munitũ & ualidũ: uereque Scaligerũ iter quattuor castella sitũ tãq quaternis a lateribus iacẽtia Triccam & Metropolin & Pellineũ & Gomphos. Verũ Ithome Metropolis regiõi addicta est. Ipsa uero Metropolis prioribus ãnis tribus habitata erat oppidulis & quidem obscuris postea plures assumptæ urbes sunt e quibus una fuit Ithome. Enimuero Callimachus in Iambico carmine Veneres nũcupauit. Dea enim non una ẽ: sed castniensem reliquas superare cunctas. Vel eo sapiendi genere: qd sola sues immolandos acceptos admittit. Atque siquis alius: ipse peritissimus extitit: & per omnẽ eius uitã (ut ipse inquit) hæc fabulis tradere uolẽs. Posteri uero redarguerunt nõ unam Venerẽ modo: sed plures hũc immolãdi ritũ approbantes admisisse. E quibus unã esse in hac ipsa Metropoli. Nõ unam quoque ex urbibus additis: ad eã habitãdis esse Ominium hũc morẽ tradidisse. Est & Pharycadonis urbs in Istieorũ plaga per quos Penæus fluit: atque curalius. Curalius quidem templum Palladis Ithome præterlabẽs: Penæum intrat. Ipse uero Penæus (ut diximus) oritur ex Pindo a sinistra relinquens Triccen: & Pellineũ: Pharycadonem. Penesque Atracẽ Larissamque defertur. Acceptisque Thessalicæ telluris amnibus: per Tempe ad erũpendum progredit᷑. Oechaliam uero urbem quæ Euryti dicit᷑: & in hisce locis: & in Euboea & ĩ Arcadia esse: scriptores memorant: & alio pacto nomẽ illius permutant: quod in exponendis Pelopõnesi rebus diximus. Hos autem in quæstionem deducũt præsertim quænam ea fuerit: quæ ab Hercule capta est: & quã scriptis declarat ille qui Oechaliæ captiuitatem uersibus ædidit. Hæc nãque loca Aesculapii filiis subiecta cecinit. Porro Eurypylo terram subditam ait: orteniumque colunt quos fons Hyperæa tenebat Asteriũque habitant: fastigiaque alba Titanii: Ormenium igit᷑ hodie uocat᷑ Orimnium: uicus qdem sub mõte Pelio: ad sinum pagaseũ sub illis urbibus: quas Demetriadi habitatas: addictas esse commemorauimus. Boebeidẽ uero lacum ꝓpe esse oportet quãdoquidẽ Boeba ex circũadiacentibus Demetriadi urbibus una fuit sic & ipsum Ormeniũ. Abest aũt a Demetriade Ormeniũ stadia septẽ ac uiginti itinere terræstri. Locus quidem Iolci ĩ uia situs: lõge a Demetriade stadia septẽ semotus ẽ. Ab Armenio aũt reliquis uiginti. Scepsio aũt teste: Phœnix Ormenii ortus ẽ. Indeq; patris cõspectũ Amyntoris: Ormenide fugiẽtẽ Phthiã ad Peleũ sese regẽ recepisse. Ormeniũ uero Cercaphi filiũ Aeolo prognatũ hũc ædificasse locũ. Ormeniũ duos procreasse filios Amyntorẽ & Euemonẽ e quorũ altero Phœnicem. Ex altero uero Eurypylum ortos esse. Successionẽ qdẽ cõmunẽ Eurypylo: de patria egrediẽte Phœnice: fuisse seruarã. Sic eni scribit cũ primum fecũdam ouibus Ormeniũ liqui ꝓ eo ꝙ ẽ. Græcia omissa mihi

famosis plena puellis Cæteræ Crates phocensem extitisse Phoenicem af ferit ductis ex Galea Megetis coniecturis:qua i nocturnis excubiis Vlyxem usum poeta testatur:quod Ex eleone Amyntoris Ormenide Autolycus rapiens uallatas pforat ædes. Eleonem enim i Parnaso oppidulũ quoddã esse. Amyntorem uero Ormenidẽ nõ aliũ sane dici nisi Phoenicis genitorem. Autolycumque Parnasi icolã res uicinorum furto surripuisse. Quod cuiuscũque furis cõmune officiũ est: non lõginqua surripere:& Toechorychin idest parietes pfforare. At enim Scepsius ait nullum Parnasi locum mõstrari Eleonẽ appellatũ sed Neonẽ:quã scilicet post Troianum bellũ habitatã fuisse refert. Nec uero uicinorum parietes solũ a furibus pforari solere:Multaque præterea sũt alia quæ dici possent: sed in hisce amplius imorari uereor. Alii Exeleonem scribũt. Ipsa uero Tanagræ tellurisest. Illud autẽ argumẽto est:rem absurde dici cũ sic referat. Dehinc se etiam fugiẽs per Græciã:Phthiã profectus est. Fons uero ipse Hyperea in Pheræorum medio oppido Neraleusa cõsistit. Titanus autẽ idest calx ab eo quod illi accidit nomẽ est assequuta. Ager enim albicãs natura existit Arnæ proximus. Nec procul ab iis Asterium est. Hi quidem huic parti affinis esse dicunt qui Polypoetæ subditi sunt:

Quique Argissã habẽt:Gyrtonẽ deinde colebãt.
Orthen Elonãque urbẽ:niueãque Oloossonem.

Hanc sane regionẽ primum coluerunt Perrhebii:fruentes parte maritima & Penæo usque ad illius ostium & Gyrtonẽ in Perrheborum plaga. Inde Lapithe illos affligẽtes mediterraneã: flumini uicinam orã occuparũt. Ixion:filiusque Perithous qui Pelium ui occupauit. Eius persequẽs occupatores centauros. Durã sane agrestemque nationem. Eos igitur electos e Peleo ad Ethicas compulit. Lapitis autẽ campestria concessit. Eorũ aũt partem olympo propinquam Perrhebi tenuere. Nonnullis uero in locis omnes promiscuas domos habuere. Igitur Argissa quæ nunc Argusa uocatur:Penæo adiacet. Cui superimminet Atrax in stadia quadraginta: & ipsa fluuio proxima. Regionem uero fluuiatilẽ mediam circũtenebant Perrhebi. Ortã sane quidã Phalãnæorũ arcam esse ferũt. Phalãna uero ciuitas Perrhæborum iuris est. Apud Tempe Penæo finitima. Perrhebi autẽ cũ Lapitharum potẽtia fracti essẽt: maiori ex parte in montana profugerunt:Pindo uicina:& ad Athamanes & ad Dolopes. Argiui autẽ cæterosque Perrhebos Larissen in suã ditionẽ redegerunt iuxta Penæũ cõsidentes:Illorumque uicini fertilissimam quidẽ pascentes agri partẽ:nisi siqua curua nimis uallis Nessõidi ppiqua lacui fiat:quã ãnis stagnãs arã di facultatem Larisseis interciperet. Eam tamen iacturam postea Larissei cõstructis aggeribus emẽdauere. Interim igitur isti Perrhebiã occupantes

tenebāt & tributa exigebāt: donec Philippus locoꝝ potitus ē. Larissa quoque Ossae locus est: quae pēsilis aut obliqua dicitur a plerisque est & alia in Creta ciuitas: quae hodie quoque Hierapygiae cōfinis habitatur: a qua subiectus cāpus Larissius uocatur. Est & ī Peloponeso Argiuoꝝ arx Larissa. Eleoꝝ quoque agrū Dimāque disterminās Larissus fluuius est. In eadem quoque Larissa urbē in cōfinibus esse: Theopōpus scriptis testatur. Et ī Asia Larissa Phriconia ē iuxta Cymā: & ad Troados Hamaxitū. Est & Ephesia & Ensyna Mityline ad stadia quinq̄gita. Larissae petrae sitae ad Methymnē uia. In agro quoq; Attico Larissa est. Trallibus quoq; uicus est: longe distās triginta stadia: Supra oppidū ad Caystri cāpū: qua p mediterraneā itur ad Isodromae matris tēplū sitū habēs simile: locique uirtute ipsi: quā diximus pēsili Larissae. Nā & aquaꝝ bonitate & uinetorum specie praestās ē. Forsitan aūt & Larissius Iuppiter hinc cognomē assumpsit. Ad sinistras quoq; pōti ripas Pagus ē Larissa nomie: extremis Haemi finitimus. Est & Oloosson ciuitas: quae Leuca uocat idest Alba: cū in Alba consistat Argila & Elona: ambae Perrheboꝝ urbes & Gumnus. Et Elona quidē in Lemonem nomē pmutauit hodie diruta iacēs. Vtraque uero sub Olympo iacēt: nō pcul ab Eurota fluuio. Quē q̄dē poeta uocat Titaresiū. De isto & de Pherrhebis deiceps poeta cecinit q̄ndo dixit.

Viginti atq; duas guneus Cypho egerat alnos
Sunt Enienes ei comites: foresq; Perrhebi.
Dodonē hi sedes circūposuere niualem.
Armaque iucūdi Titaresi pulchra colebant.

Haec igit loca dicit Pherrheboꝝ ab Hestieoꝝ ora: in parte comprehēdētia. Subiecti quoq; fuere Polypoto ptim. Perrhebica tamē illa Lapithis attribuit: cū promiscue habitarent: & plana tenerētur a lapithis: & in hoc tractu natio Perrhebica maiore ex parte illis subiecta foret. Montana uero in Olympum uergētia atq; tēpe: ab ipsis Perrhebis incolerent: sicuti Cyphus & Dodona: & plaga Titaresio finitima q e mōte Titaro Olympi uicino labēs: ad plagā Tempe contingētem Perrhebiae quodāmodo pertinētem: ī Penaeū effluit. Penaei quidē perlucentes aquae sunt. Titaresii uero crasse quadam ex materia. Qua ex re factū est: ut illi nō commisceat: quin instar olei desuper fluat. Inde cum sic mixtim cohabitent Simonides Perrhebos & Lapithas uniuersos Pelasgicos appellat: ī orientē uergentes: ad Gyrtonē & Penaei ostia: ad Ossam & ad Peliū: & quae circa Demetriadem: & quae in Regione campestri sunt Larissam: Crannonē: Scotussam: Mopsium: Atracem: & adiacētia Lacui Nesomedi & Boebeidi: de quibus paruam sane mētionem poeta fecit: quoniam alia quidem necdum habitabantur. Alia uilia quaedam erant habitacula propter alia

atque alia uariis in tẽporibus inducta diluuia. Neque Nesonidem Lacũ meminit:sed Boebeidem tãtum qui longe minor est. Hoc quidem solo manente.Illo uero queadmodũ consentaneũ est:non ita: cũ modo exun/det modo deficiat.Scotusæ uero recordationẽ fecimus:cum de Dodona sermonẽ haberemus & de Thessaliæ oraculo:quia hoc in loco fuerat.In Scotusa autẽ locus ẽ:quẽ Cynos cephalas idest canis capita uocãt. Vbi Romani ac Etoli duce. T.Flaminio:ingẽti prœlio Philippum Demetrii filium:& Macedoniæ regẽ uicere. Tale quiddam & in Magnesiis acci/dit.Eorũ enim locis compluribus dinumeratis: ne unũ quidẽ Homerus Magnesiũ nominauit sed eos tantũ:quos Cece ac nulla nota cognitos in/dicat.Q ui Penæũ inqt frõdosumq; peliũ incolebãt. Sed tamẽ circa Pe/næũ atq; peliũ habitabant:& Gyrtonis incolæ:quos in numero ille colle/git & Ormenii:aliiq; permulti procul etiã a Pelio. Tamẽ Magnesii erãt sumpto ab Eumelo primordio: secundũ posteriores homines. Assiduis igit̃ transmigrationibus:& regũ permutationibus urbanagz: & iquilinorũ permixtiones & nominum & gentiũ cõfusiones obuenisse uidet̃.Eapro/pter aliquando exoritur ambiguitas:sicuti de Crãnone ac Gyrtone hoc ipsum primo factũ est. Antiquitus enim Gyrtonii Phlegyæ uocabantur ab Ixionis fratre Phlegya. Cãnonios aũt Ephyros dicebat.Ex quo nata ẽ dubitatio ob ipsius poetæ carmẽ.Cũq; Ephyris ãbo de thrace scuta gere bãt.Seu post magnanios phlegyãs quosnã uelit eloq; Postea & hoc idẽ in Perrhebis & Athamanibus obuenit. Homerus nanq; eos:ut inuicem finitimos coniunxit.Etiã diutius Athamanũ sedes Dotio in cãpo locatas a posteris extitisse ferũt.Istud autẽ prope dictã nuper Perrhebiã ẽ atque Ossam:Lacũque Boebaidem in media quodãmodo Thessalia:propriis quidẽ iclusũ collibus.De quo Hesiodus hunc in modum inquit.

Sola habitant Dotii geminis in collibus arui /
Permultis coram plantam sibi uirgo seuera.
Boebaide in stagno lauit.

Athamanes igitur in Oetã montẽ expulsi a Lapithis magna ex parte fu/erunt.Hac autẽ in plaga magna imperitabant potẽtia:cũ quãdã agri par tem Doticis & Maliẽsibus ademissent usq; Heracleã & Echinũ.Pars ue ro eorũ circa Cyphũ Perrhebotz montẽ:ubi eodẽ quoque est pagus no/mine permanserũt.Q uædam autem Perrheborũ multitudo ad Olym/pi tractũ progressa in occasum spectantẽ simul illic contractas sedes ha/buerunt Macedonibus finitimas. Nõ parua uero eorũ manus ad Pindũ & Athamaniæ mõtes confugit.Nũc autẽ nimiũ aut nullũ potius ipsorũ restat seruatũ uestigium.Eos uero Magnetas qui a poeta i ultimo Thes salicorum catalago dinumerantur existimauerim Macedonibus Pieriis

7

uicinos qui intra Tēpe a Penæo atq; Ossa usq; ad Peliū trās Penæū lo-
ca habent maritenus. Illis igit̄ Homoliū siue Homolin. Nā utroque mō
dicit̄: attribuemus In reꝶ autē Macedonicarū cōmemoranōe dixius: pe
nes Ossam esse ad Penæi ortū per suū ad Tempe cursum. Si aūt iuxta
ꝓximum littus Homolio progrediere. λόγον ἔχει. ὥστε τὸν ῥίζοντε
πρόσνέμειν. καὶ ἔρυμνας ἐν τῇ ὑπὸ φιλοκτήτου παράλια κείμενας. sub
Philoctete & sub Eumelo. Hoc ipsum igit̄ dubiū incertūq; reliquat̄. Lo
coꝶ quoq; series deinceps ordīe positoꝶ: tenus Penæo nō certa dicitur.
Cumq; loca ignobilia sint nec nos illa multifacere debemus. Tamē ri-
pā Sepiacā tragœdiarū scriptores uulgarūt: posteaque collaudarunt cū
ibi Persaꝶ classis īterierit: & in nihilum omnino redacta fuerit. Ripa q-
dem ipsa saxosa est. Inter illam uero uicūque Casthaneū: sub Pelio loca-
tum littus iacet. In quo classis ipsa Xerxis: cū staret ī āchoris: īgēti flante
Euro: partim ī terram Elisa e uestigio dissoluta est. Partim quidem ad ꝓ
nuntē locū asperum īflicta circa Pelium: partim uero ad Meliboeū: par-
tim denique ad Casthaneam oram periit. Totum autem nauigationis
spatium Penæi stadia octoginta immane ac sæuum est. Tale est enim ac
tantum Ossæ interuallum. Intermedius autem sinus est stadia intra du-
cēta: ī quo Meliboea sita est. Totus autem a Demetriade ad penæum īsi
nuatus ē amplior stadia mille. Ad Euripū uero stadia dnum millium &
octingentum. Rursus ab Euripo stad̄ trecētum & quinquaginta. Hiero
nymus quidē campestrem Thessaliæ ac Magnesiæ circuitū stadiū triū
millium esse demōstrat a Pelasgis habitari solitū Expulsosque inde illos
ī Etoliā a Lapithis. Cāpū aūt Pelasgicum mō nūcupatū existere ī larissa
& Gyrtone & Pheris. Ibique esse Mopsiū & Boebē: & Ossam & Homo-
len & Peliū & orā Magnesiā. Vocatū autē Mopsium nō a filio Tiresiæ
Mopso uate. Sed a Mopso Lapitha Argoñautarū nauigationis comite.
Alius itē Mopsus fuit: a quo Atticā appellauere Mopsopiā. Hæc quidē
singulatim de Thessalia. Ipsa qdē omnis priori sæculo Pyrrhea ab Deu
caliōis uxore Pyrrha nominabat̄: & Hemonia ab Hemone: a cuius filio
Thessalo Thessalia uocata est. Quidā sane Bifariā diuiserūt. Ipsam qdē
partē in Austrum spectantem Deucalioni ī sortē obuenisse dichitantes.
Ipsumq; a matris nomine eam Pandoram uocitasse. Reliquā uero He-
moni: a quo Hemonia est dicta. Transmutato deinde nomine. Hācqdē
Helladem siue Græciam ab Deucalionis filio Hellene. Reliquam uero
Thessaliā ab Hemonis filio dici cœptam. Alii uero uenıētes ab Ephyra
Thesprotidis Antyphum & Philippū ꝓnepotes Thessali Herculege
niti ab Thessalo coꝶ ꝓgenitore: Regionē aūt Thessaliā nomiasse. Eam
quoq; aliqn̄do Nesōidē dixere qdā sicut & Lacū a filio Thessali Nesōe.

Ecimus liber Eroliā continet & circūiacentes Insulas. Cretā etiā omnē. In qua maxime īmorat̃ Iusciuile illius edisserēs: & Curetum & Ideorum insuper magistrorum in eadem genesin & honorificentiam & orgya prosequēs. Priuatam etiam prosapiam suam Strabo ex Creta repetit: præterea positas circū Cretam insulas multas numero in libro existentes. Inter quas & Sporades sunt: & de Cycladibus nōnullæ.

Ostq̄ Euboea ad hoc totū littus opponitur: quod a Sunio tenus Thessalia protendit̃: exceptis extremis utrinq; affine uidet̃. Vt ipsum Insulæ tractum ad ea quæ dicta sunt cōtinēter adiungamus Postmodū ad Erolicā plagā. Acarnanicāq; trāsire: quæ de Europæ partibus restāt. igit̃ Insula a Ceneo ad Gerestum mille ferme ac ducētis stad̃ oblōga porrigitur: eius latitudo haud sane æqualis ē. Ad summū uero ad cētū & quinquaginta extēditur stadia. Itaque Ceneum quidē secūdum Thermopylas: eaque quæ extra Thermopylas sūt paulū abest. At Gerestus atque Pera lia corā Sunio. Atticæ igit̃ atq; Boetiæ: agroque Locrēsi medio Euripo: cōtra respondet & Moliēsibus. Cæteꝝ propter angustam eius formam lōgitudineque prædictā maiores nostri quōdam Macrin illam nominauere. Cumque curua sit. a Chalcide maxime in continētem applicat̃ terram: & Aulidē agri Boetii locum Euripūque efficit. De quo longiorem produximus orationem. Deque locis fere inter se inuicem per freta diuisis & ad continētem: & ad Insulam contraiacētibus ex utroque Euripi latere: & intus & extra: quod si quid omissum fuerit: impræsentia apertius supplebimus. Ante omnia caua Euboeæ oræ esse pars dicitur: quæ inter Aulidē: Gerestumque continet̃. Plaga nāque maritima ī sinus formam flectitur Chalcidi uero propinqua curuatur. Iteꝝ in ipsam spectās continētem. Cæterum nō tātum Macris sed etiā Abātis uocabat̃ Insula. Poeta igitur cum in Insulæ mentionem uenit: nūq̄ Euboeenses: semper autē Abātes dictitat: Euboeamque colūt spirātesq; robur: Abātes & illud pariter comitātur Abātes. Vt autē scriptis affirmat Aristoteles: profecti de Aba Phocidis ciuitate Thraces Insulam incoluere. Vnde illius inquilinos Abantes appellatos. Sunt qui ab heroe dicāt nominari: sicut heroice idolis matrōam Euboeā ei cognomē tradidisse. Fortasse item quēadmodū & ī littore situm ātrū quoddā ī Aegeū uergēs Aula bouis uocat̃: ubi Io Epaphū peperisse fert̃: eadēq; ex causa hoc nomē adepta fuit Insula: quā etiam Ochā uocauere eodē quo mōs nomine. Qui ibi existētes reliquos magnitudīe superat. Ipsa quoq; Hellopia nominata ē ab Ionis filio Hellope: siue ab Aecli & Cothi fratre ut alii perhibent: qui aliam etiam

cõ didisse Hellopiam dicit̃ i ea quæ nominat̃ Oria Istiæa terra iuxta mõ
tem Telethrium & Istiæã adeptus esse Periadẽque & Corinthũ:& Ede/
psum & Orobias:ubi ueracissimũ est oraculũ. Fuit & Selenuntii Apolli
nis oraculum. Verũ Hellopenses Istiæã transtulerũt:& urbẽ amplissimã
reddiderunt:uiolẽtius ingruẽte Tyranno Philistide post tẽ ad Leuctra
gestam. Constructum autem a Philippo Oretanorũ Tyrãno Philistidẽ
Demosthenes scribit. Sic enĩ a posterioribus uocitari cœptos Istiæenses:
& urbs ipsa pro Istiæa Oreus appellata. Aliqui referunt Istiæam ab Istiæ
ensi populo seu tribu translatã ab Atheniensibus:sicut ab Eretriæis Ere/
triã Theopompus autẽ scriptis testat̃ suis cũ Pericles Insulæ potitus es/
set Istiæenses i Macedoniã. Ita enim ex fœdere cõuenerat migrasse. Duo
deinde Atheniensiũ milia Oreũ habitatũ aduentasse. Istiæensium sane
antea ciuitatẽ extitisse. Eã uero sub Thetrio mõte drymo iacere Insulã.
Sic enim uocat̃ iuxta callantẽ fluuiũ excelsa in petra. Itaq; cũ Hellopiẽ/
ses mõtani essent:qui prius inhabitarant : hoc illi urbi esse forsan nomẽ
impositũ. Oros enim montẽ indicat. Hoc etiã in loco educatus Oriõ no
mẽ adeptus esse uidetur. Sũt qui Oretanos: cũ propriã ciuitatẽ haberẽt
ab Hellopiensibus bello superatos: ad Istiæenses transgressos:cũ eis soci
aliter habitasse:cũq; una utrisque ciuitas facta fuisset:ambobus uosos es/
se nominibus:sicuti Lacedæmon & Sparta eadẽ est. Antea dictum est:ut
Istiæensis multitudo Thessaliã habitans:ab eis qui hac ex ora diuulsi fu
ere uocabulum assecuti sunt. Postq̃ uero Hellopia eo nos adduxit:ut ab
Istiæensibus & ab oreo captaremus initiũ: quæ deĩceps locis ipsis finitia
sunt exponamus. Est sane in hæc oreo Clæneum promõtoriũ affine. Su/
per illo quæ Dium:& quædã Athenarũ ciuitas Diades ab Atheniẽsibus
ædificatæ:quæ freto incũbũt.ad Caunum. Ab Dio uero cane Aeolii tra/
ctus frequentes habent habitatores. Hæc que ipsa loca Istiææ circũadia/
cent. Insuper & Corinthus exile oppidulũ mari proximũ. Penes uero ẽ
Budorus amnis:cuius appellationis montẽ habet Salomin i Atticã pro/
spectãtem. In ripa itẽ sub monte Carystus consistit:cui uicina sũt Styra
& Marmarium. In quo Carystiarũ calumnarũ Latomia idest lapidũ exci/
sio est:ubi Apollinis Marmarini tẽplum ẽ. Eo ex loco nauigatio ad Aras
Araphenias habet̃. Ad carystũ lapis nascitur:quẽ pectũt nent texunt. In
de mantilia conficiunt̃ egregie contexta. Ea ubi sordescũt in flãmã pro/
iecta non secus emundãtur:q̃ si maculas elueris:loca ista deductis a tetra
poli circa Marathonem & Styra colonis habitata fuisse memorãt. Euer/
sa uero funditus Styra esse ab Atheniẽsiũ duce Phedro:cõstat in Malia
co bello:locũ quidẽ Eretrii occupãt. In Laconica enã Carystus i Arcadiã
uergẽs locus Aegyis extat a quo uinum Carystium ab Alcmane poeta

celebratur. Nulla ĩ nauium catalogo Gerasti mentio fit. Poeta tamẽ eius meminit illuc hospitio noctu uenere Gerastum ĩdicat autẽ quomodo ex Asia in Atticã trãsmittẽtibus: Sunio proximus opportunus iacet locus: Tẽplũq; habet Neptũni illa ĩ regiõe celebratissimum: egregiaq; domicilia. Secũdũ Gerastũ uero Eretria ciuitas ẽ totius Euboeæ ãplissima post Chalcidẽ: dehĩc Insulæ Metropolis: Chalcis quodãmodo sup ipso Euripo sita: utriusq; moenia Troianis temporibus ãtiquiora posuisse dicũtur Atheniẽses. Post res uero Troianas Aeclus & Cothus ex Athenis profecti habitauerũt: ille quidẽ Eretriã: Cothus uero Chalcidem. Eoleses quoque ex Pẽthili exercitu: ĩ Insula magna ex pte mãserũt. Priscis etiã ãnis Arabes Cadmi comites eo traicientes habitarũt. Istæ igitur ciuitates eximiis amplificare fortunis: Insignes ĩ Macedoniã emisere colonias. Nam Eretria urbes circũ Pallenẽ & mõtẽ Atho ædificauit. Chalcis aũt attributas Olyntho cõdidit: quas Philippus diruit. Italia quoq; atq; Sicilia pleraq; a Chalcidensibus posita loca tenet. Hæ aũt Coloniæ tũc missæ fuerunt Aristotele teste. Cũ Hypoboræ ĩ gubernanda ciuitate plurimũ poterant. Illius nãq; præsules erãt uiri principes ex magnis cẽsibus optimates habiti. Ea uero tẽpestate qua Alexãder traiecit in Asiã: dilatato urbis ambitu intra urbes assumpsere Canethũ & Turipũ: super pontũ turres portas murũque construẽtes. Chalcidis autem urbi campus quẽ Liladũ appellant adiacet: iti quo calidarũ scaturigines aquarũ erũpunt ad curandos morbos aptissimarũ. Quibus Corn. Sylla Romanorũ Imperator est usus. Aderat quoque admirabile æris ac ferri cõmune metallum: quale nusq̃ peruenire memoriæ prodit. Hoc tempore utrũque prorsus euanuit. Tota uero Euboeæ Insula terræmotibus facile percutit: præsertim in ora Euripo uicina subterraneas uẽtorum agitationes admittens: qualiter & Boetia & loca cætera de quibus antea memoriam lõgiore fecimus oratione. Ob talẽ casum etiã eo nomine quo Insula oppidũ absorptũ fuisse uulgat. Cuius Aeschylus in potitio glauco meminit Euboicã curuaturã ad Cenei Iouis ripã: circa ipsam miserãdi lichietumbã. Chalcis aũt eiusdẽ appellationis in Etolia quoque dicitur Chalcida Littoreã simul & Calydona petrosam & alia Eleo nunc ĩ agro prætereunt crunos: & Chalcida pone petrosam: qui a Nestore cũ Telemacho propriã repetebãt patriã. Eretriẽses sane ab Eretria quæ e Macysco Tiphylliaca descẽdit deductos esse quidã scriptores affirmãt. Aliq nero ab Atheniensis ore Eretria: quæ nũc fotũ ẽ. Apud Pharsalũ etiã alia est Eretria. In agro quidam Eretrico urbs erat Tãpiæ Apollini consecrata. Cui ædẽ ipsam sacrã (ut aũt) Rex Admetus struxit penes quẽ phoebũ mercede famnlatum esse uulgat nõ pcul ab Euripo: Eretriã ãtea Melaneidẽ uocitatã fuisse: cõstat

& Arotriam. Huius sane uicus est Amarynthus itra stadia septē a mœnibus. Vetustā igit̃ urbem solo deiecere Persæ instar sagenæ icolas icludētes: ut Herodoti uerbis utar. Tanta Barbarorū multitudo muro sese circūfuderat. Adhucque fundamenta monstrātur: & antiquā uocāt Eretriā. Ea uero quæ hoc extat tēpore postea superædificata fuit: quātā autē superioribus annis potētiam Eretrienses habuerunt. ea testimonio colūna est: quā in Dianæ Amarynthiæ tēplo aliquando erexerāt: cuius hæc ē inscriptio tribus armatorū milibus sexcentis equitibus: sexaginta curribus pōpā factitatā. Andrios itē Teniosq; & Cios Insulasq; alias suæ ditioni subiectas habuere. Aduenas quoq; ab Elide Incolas habuerūt. Vnde & .R. littera non solū in exitu uocabulorum: sed etiā i mediis crebro usi fuere syllabis sicut ab Comediarum scriptoribus illudūtur. Est etiā Oechalia Eretrici uicus agri: deleti uero ab Hercule: superfūt reliquiæ oppidi: hocq; ipso uocatæ fūt nomīe Echalia apd̄ Trachinē. Altera penes Tricē. Alia in Arcadia: quā posteritas appellauit Ardaniā. Vna itē in Etolia iuxta Eurytanas. Hac igit̃ tēpestate Chalcis proculdubio dignitatis pricipatū reportat & Euboeæ Metropolis ipsa prædicat̃. Secundo uero in gradu Eretria præstat. Istæ etiā ciuitates ad pacē bellūque gerēdū ingēti dignitate antea pollebāt. Adeo ut etiā philophānbus amœnū trāquillū que suppeditēt diuersorium. Testis sane est Eretricorum philosophorum schola: quæ Menedemi ductu & autoritate Eretriæ constiterat: & prius etiā Aristotelis secta qui ad Chalcidē uersatus est: quoad uita functus ē. Hæ uero ciuitates diu magis ac magis iter se cōcordes tenuerūt anios: Orta aūt subinde de Lelāto cōtrouersia: nō tamē sic in bello prius constituere: ut cūcta pertinaciter agerēt: quinimmo ea fœdera cōtraxere: qbus una certamē sisterēt. Illud etiā in Amarynthio delubro colūna quædā idicat: ita proloquēs Eminus iactādis nequaq̄ uti: quoniā i bellicis usibus & armaturis: unica neque est neq; fuit consuetudo. Verum nōnulli lōgis utūtur iactibus: sicun sagittarii & funditores & iaculatores. Aliq autē cominus pugnāt: ueluti qui gladiū quique spicula intendūt. Duplex eni hastarum est usus. Vnus e manu: alter i manu ueluti iacula qualiter & contus utrūque præstant usum. Nā & collato gradu & emisso utimur cōto: Quā quidē ad tē & sarissa ualet & hyssum Euboici & ad pugnā statariā & ad iactū e manu agitādum bellatores optimi fuerūt. Hastis (ut inquit poeta) nitētis utebātur porrectis alacres frangunt thoracas ahenos. Fraxineis hastis bellatores: uaria forsan erāt iacula: qualē Peliadē Achillis idest fraxineam fuisse: par est ut est apud poerā: concutere hāc solus cognorat Achilles. Adiecit alius dicēs hasta iaculor: quantū ne alter qdē sagitta & pugiles i singulari prœlio iaculis utētes prius cū hastis itroducūt: deide

Eminus

Cominus

incursant ensibus. Pugnãtes autẽ cominus illi dicunt: qui nõ modo gladio: sed etiã hasta e manu cominus utant ut idẽ ait ferratã intorquẽs hastã sua membra resoluit. Euboicos igit hunc in modũ hastis utẽtes idunt. At de Locris cõtraria cõmemorat: nõ i statario prœlio bellica curant opera sed arcubus certãt. Oraculũ etiã Euboicis redditũ profertur.

Thessalicus sonipes præstat: mulierque lacæna.

Quique Arethuseos haurit uir fonte liquores.

Chalcidẽses explicans uti uiros præstantissimos. Ibi est enim Arethusa. Euboici autẽ amnes nunc sũt Cereus & Neleus: e quorũ altero siqua pecus potauerit alba efficitur. Ab altero uero uellus atrũ contrahit: ac hoc idẽ & ad Crathin fluuiũ accidere fertur. Euboici e Troia redeuntes domũ: in Illyricos eiecti uidelicet Abãtes. Aliqui per Macedoniam penes Edessam substiterũt: sumpto socialiter ꝓ eorũ hospitibus bello. Vrbem que Euboeã condidere: cuius nomis & altera in Sicilia fuit: quã Chalcidẽses idigenæ ædificauerũt. Gelõ uero Rex expulsis eã inqlinis eximanit. Fuit & Syracusanoꝝ castellũ: & in Corcyra erat Euboea: & i Lemno locus & in Argiua terra tumulus quidã. Quãdoquidẽ Aetoli & Acarnanes & Athamanes loca Thessaloꝝ: & Oetæoꝝ in occasũ uergẽtia tenẽt: si & hi ipsi appellandi sunt Græci: de iis explicare nobis restat: ut uniuersum Græciæ circuitũ habeamus. Adiiciamus etiam finitimas præsertim Græciæ Insulas quas icolũt Græci quot necdũ oratione circuimus. Aetoli & Acarnanes igit inuicẽ cõtermini sũt. Inter quos medius ẽ Achelous ab Septẽtriõe & Pindo i Austrũ fluẽs: & ꝑ Agreos gẽtẽ Etolicam & Amphilochos. Acarnanes sane & occidẽtem partẽ habẽt fluminis usq; ad Amphilochiũ sinũ Ambraciũ: & Accii Apollinis tẽplũ. Etoli autẽ ad orientẽ tenus Locris Ozolis: & Parnaso & Oetæis. In mediterranea uero: partibusque in Septẽtrionẽ uergẽtibus supimminent. Ex Acarnanibus quidem Amphilochi: ex his ipsis Dolopes & Pidi accolæ. Ex Etolis aũt Perrhebi & Athamanes & Enianũ porno quædã Oetã habitãtium. Australe sane latus & Acarnanicũ similiter & Etolicũ ipso mari persundit: quod Corinthiacũ efficit sinũ: quẽ Atheolus amnis influit: q & Etolorũ & Acarnanũ littoris terminus est. Superiori uero tẽpore Thoas appellabat ipse Achelous: utque dictũ ẽ. Alter itẽ eiusdẽ nominis Achelous est apud Dymam & apud Lamiã. Huius ostium fluminis Corinthiaci sinus minũ effecit: ut aiunt. In Acarnania uero urbes sũt & Anactorium i Cheronneso conditũ: penes Actiũ & Nicopoleos emporiũ ætate nostra ædificatæ: & Stratus ꝑ quã ad stadia supra ducẽta aduersa nauigatio est per Acheloum flumẽ: & Enea & ipsa fluuio uicina. Antiqua quidẽ inhabitata est & deserta æquali a mari Stratoque distãs interuallo. Altera aũt

hoc habitatā tempore ad septuaginta stadia supra illius ostiū absens. Sūt & aliæ Palerus scilicet & Alyzia & Leucas & Argos Amphilochium & Ambracia: quæ plurimæ immo uero cunctæ: Nicopoleos iuri attributæ sunt habitationes. Medio autē i itinere quo ex Alyzia itur Anactorium Stratus iacet. Etolorū uero ciuitates sūt Calydon & Pleuron: hoc tēpore ad humilē deductæ fortunā. Hæ uero pfecto quondā urbes Græciæ tamē erant. Iā sane bifariā diuisam fuisse cōringebat Etoliā. Nā & atiquā & Epicteton idest post quesitā dicitatiquā enī ab Acheloo usq ad Calydonis littus longe itra mediterraneā pertinentē planā & fructuosam ubi Stratus ē ac Trachiniū optimā tellurē habēs: Epicteton seu post quesitā Locris affinē usq Naupactū & Eupaliū. Asperā sane sterilemq tenus Oetæ & Athamanibus & deinceps montibus atq gēnbus: iā in Arcton uergētibus. Ingētē uero coracē idest coruū Oetæ pximū: habet Etolia & cæteris i medio iacētibus μαλαϲὸν Aracithū: ad quē nouā Pleuronē auctorē habitādā constituere omissa uetere penes Calidonē posita cū illa in cōposita sit atque frugifera. Qua tēpestate Demetrius cognomine Etolicus agrū diripuit. Supra Molycriā Thaphiassus & Chalcis montes admodū excelsi surgūt. In qbus posita sunt oppidula Macyma & Chalcis ipsius montis nomine: quā & Hypochalcidē uocant. Curium uero penes atiquam Pleuronem est: a quo Pleuronii Curetes (ut quibusdam uisum est) nominati fuere. Sed tenius fluuius e Bouiensibus inter Ophientes gente Etolica oritur qualiter & Eurytanes & Agræi & Curetes & alii. Ab initio quidem minime per Cureticam oram labitur: quæ eadem est & Pleuronia. At enim uersus orientem potius præter Chalcidē & Calydonem currit. Inde ad campestria Pleuronis antiquæ deflectens & in occasum permutans: eruptiones in meridiem uertit. Olim autem Lycormas uocabatur. Nessum hac in parte designatum portorem fuisse: occisū ab Hercule uulgat: cū itertraiiciēdū Dyanirā: uiolare conaret. Poeta etiā Olenū Pylenāque urbes Etolicas meminit. E qbus Olenus eodem quo Achaica nomie dicta: ab Aeolicis est diruta nouæ Pleuroni finitia. De eius agro autē certamē susceperūt Acarnanes. Translata ide Pylena i superiora loca: nomē quoq illi pmutauerūt & Proschiū uocauere. Hellanicus aūt eaꝝ nō nouit historiā. Cæteꝝ perinde ac antiquo adhuc i statu existāt mētionē facit illaꝝ. Quæ uero posterius & secundum Heraclidarū reditū cōditæ fuerint: eas in uetustaꝝ numero computat. Macyniū atq Molicriam permultā in toto fere uolumine leuitatē ostētās. Hæc q dē de Acarnanū Etolorūq regione sūmatim dicta sint. De ora uero maritima & adiacentibus Insulis: hæc sūt etiā assumēda. Ab ostio nāq & sinu inchoantibus Ambracio primus Acarnanum locus ē: Actiū eodēq

uocabulo & Apollinis Actii templum & promontorium nuncupatur:
quod sinus ipsius ostiũ efficit & exterius portum habet. A tẽplo autem
stadia quadraginta distat Anactorium ipso ĩ sinu cõditũ. Leucas autem
ducẽtis & quadraginta. Hæc uero in Acarnania plaga posita Cheronne
sus erat. Eã sane littus in continẽti poeta uocat oram e regione Ithacæ ac
Cephalleniæ Epirum idest continentem appellans. Hæc autem Acar/
nania est. Ideo cum continentis littus dicit: Acarnaniæ ripam oportet ac
cipias. Leucadis autem uentosæ quæ Neritus quoque dicitur: quam ce/
pisse Laertes asserit dicens Neritum in potestatem redegi: bonis instru
ctam mœnibus urbem: ripam Epiri idest cõtinentis Cephallenibus im
peritans quasque in catalogo refert Crocylam & Egilipem asperam eas
Corinthii a Gypselo & Gargaso missi occuparunt pariter cũ littore eti/
am ad Ambracium usque sinum progressi & Ambracia & Actorium
inductis cultoribus habitatum: & Cherõnesi terra angusta defossa. Leu
cadem in Insulæ formam redegerunt & ĩ eum locum transportata Ne/
rito: qui quondã fuerat Isthmus. Nũc uero fretũ & Euripus ẽ: põte iuga
bilis mutato nomine dixere Leucadẽ sumpto: ut reor a Leucate uocabu/
lo. Est enim albicãti colore petra in pelagus protecta atque Cephalleniã:
& Leucadi adiacens ueluti hinc accepto nomine. Habet insup & Apolli
nis Leucatæ phanũ. Ibi stultus fit qui ad se dãdos amores ualere credit.
Quo ĩ loco Sappho prima dicitur: superbe ab excelsa se deiecisse petra
stimulante cupidine sicuti Menander autor est. Præruptam nacta ĩ trã/
situ petrã cupidinis oestro pcita e summo præceps ruit ex animi tui sen/
tentia Rex imperiose. Menãder igitur primã saliisse Sappho ĩquit. An
tiquiores uero scriptores non Sappho sed Cephalum prius saltasse tra/
dunt: Prarolæ captũ amoribus Degoneti filiæ. Leucadiis uero mos erat
patriis ut ĩ Apollinis sacrificio: fontem quot ãnis aliquem auertẽdæ de/
orum iræ gratia de mõtis specula deiicerent. Ei quoque applicitis pẽnis
& auibus multimodis quibus leuari posset saltus ipse: perinde ac uola/
tus efficeretur: multosque circunstantes cadentem prius excipere naui/
culis: & pro uiribus conseruatum extra patrios fines emittere supersti/
tem. At scriptor Alcmeonidis epenelopes genitore Icario duos notos
esse filios scriptis suis prodidit Alyzeum atque Leucadium: eosque
cum patre Acarnaniæ regnum tenuisse. Ab eis igitur ciuitates nomen
accepisse testatur Ephorus: Cephallentes ab Insula Cephallenia uoca/
tos hoc aiũt tẽpore. Homerus autẽ cũctos Vlyxi subditos appellat: e q/
bus etiã Acarnanes existũt: cũ ĩqt ipse Cephallẽas secũ ducebat Vlyxes
Qui q; tenẽt Ithacã siluis & Neriton altis: q mons eo ĩ loco illustris ha/
bet. At ẽt e Dulichio Ethniadibusq; sacris. Cũ iter Ethniadas Dulichiũ

consistat:& illud Quiq; Buprasium & Helidem habēt: cum in Helide Buprasium existat:& qui Euboeā habēt & Chalciden atq; Eretriam:his ip sis in Euboea cōsistētibus:quéadmodum Troes ac Lycii & Dardani: cū & ibi Troes sint. Prætetea post Neritū dicit & Crocylā colút asperā que Egylipen & Zacithū & Samū & Epirū idest continētē. Epirū autē siue continētem dicere uult terrá e regione Insulaꝝ positá: simulq; cum Leucade & reliquā comprehēdit Acarnaniā:de qua hunc ī modū mētio nē facit. Bissenos pecudūq; greges Epirus habebat:cū ipsa Epirus quon dā illuc usq; protendebat & nomine cōmuni sic nūcupabat Epirus. Sa mū autem nunc Caphalleniá esse cū dicat. Circa Ithacæque Samiq; fre rū sub rupibus asperis. Per ipsum enī Epithetū nominis paritatē distin xit:cū nequaq̄ de urbe sed de Insula nomen posuerit. Quoniá cū Insula sit Tetrapolis:idest quaternas cōtinet urbes. Ex iis una est quæ Samus siue Same dicit utroque usitato uocabulo:ipsi enā Insulæ cōmuni. Quā do enī dixit:quotcūq; optimates Insulis imperitabāt. Dulichioq; Samen appellans Insulā quā primo Samū uocauit. Apollodorus autē ait p adie ctiuū distinctionē ab eo nomis fieri. Nā cū Samū dicat asperā Insulā di ci. Interdū uero cōtra scribi oportere. Dulichio Samoq; nō aūt Sameq;. Vnde maifestat Samū Sameq; p urbe pferēdū esse. Insulā uero Samū tantummodo. Quod enim urbs Same dicit Haud sane dubiū:cū e qua libet urbe pcatores dinumeret. Eque Same uiri quattuor ac uiginti fue re. Præterea e sermone Crimenis:quā inquit ad Samen missam dedere. Hæc sermonis rationē habēt. Non enī distincte apteue poeta ædidit ne que de Caphallenia neq; de Ithaca locisq; reliqs ppioribus. Ex quo ē ef fectū ut expositores & reꝝ īdagatores discrepēt. Statim enī de Ithaca cū inquit:quiq; habitāt Ithacā & frondosum Neriton inde:quod qdē Neri tū mōtē uerbo dixit expresso. Apricāq; Ithacā colo:mōs ubi frōdet opa cus:Neritus frondosus atq; decēs. Siue urbē enim siue īsulā hoc ī uer su dicat Ithacē:ī ambigua linquat. Vt ī eo quoq; Quiq; habitāt Ithacen: aut Neriton:haud certe declarat. Aliquis autē pprie audiēs ciuitatē intel ligeret:sicut & Athenas siqs dicat & Lycabottū sic & Rhodū: siqs dicat & Atabyrin. Itē Lacedæmonē si Taygetum:poetice uero contra. Nam ī eo certe dicto: Apricamq; Ithacam colo:& in ea Neritum montem:quip pe cum in Insula non autem in urbe mons sit. Quando uero ita inquit: nos ex Ithaca sub Neio uenimus:siue enī Neritū & Neiū eūdē esse dicat siue alteꝝ:siue mōtē siue locū res ipsa liquet. At enī q p Nerito Neriū scribit:aut ecōuerso aberrat omnino. Quoniā Neritū mōtē quidē frōdo sū poeta nūcupat: Nericū aut bñ muratū appellat oppidulū & illū qdē ī Ithaca; hoc aūt cōtinentis:idest Epiri littus esse ait. Hoc etiā obiectionē

quãpiam uidetur ostẽdere tanq̃ humilis:q̃ summa salo iacet ipsa sonãti. Humilis tanq̃ ad ima spectat:q̃ sũma uero celsa & alta:qualẽ plurifariã significãs aspã sterilẽq; uocat. Viãq; ex ipso portu tramitẽ asperũ ac durũ atq; incultũq; & absq; materia locũ:Illud etiã. Nulla eñi Insula semp Apprica:nec optimis prædita portubus appellat̃: etiã sup oẽs Ithaca: huius generis igit̃ expositiões habet elocutio. Explicãt aũt nõ male expositores: nõ eñi humilẽ ad ima depressã ĩ hoc accipiũt loco:sed humo & terræ cõtinẽti finitimã ac ꝓximã. Neq; uero sũmã celsam altãq; ĩtelligãt: sed sup oẽs extremã ad Aquiloñẽq; cõuersam. Hoc etiã dicere uult ad tenebras. Cõtra uero ad Austrũ:cũ aliis ad Austrũ uergẽtibus & ab Epiro cõtinẽtiq; seorsum ad aurorã & solis ortũ. Ithaca sane prope Arctoñ accedit: q̃ autem sic Australe uocat latus in hisce uersibus manifestat.

Dextra siue adeant aurorã & solis ad ortum.
Siue petant illi leuã:obscurasq; tenebras.

In illis etiã lõge magis nouimus haud sotii tenebræ loca lucis & ortũ aut ubi sol nitidus terræ succedit ad ima aut ubi conscẽdit. Est enim accipere quattuor climata:cũ aurorã Australẽ accipias ptẽ: & hoc q̃dẽ quandã habet explanationẽ Præstat aũt ipsum solũ solis ꝓcessum ĩtelligere: Aquilonari oppositũ regioni. Quãdã enim rerũ celestiũ mutationẽ:& quidem ꝑmultã sermo ipse significare uult non nudam climatum occultationẽ. Oportet eñi ĩ omnibus cõtinuatiõis tẽpora:siue ĩterdiu siue noctu cõtingãt cõseq. Cælestia uero ãplius mutãt̃ ex eo q̃ nosipsi ĩ meridiẽ plus minusue secedamus q̃ ecõtra. Hoc aũt nõ occasus & oriẽtis occultatiões faciũt(& eñi cũ serenitas adsit hoc cõtingit)sed meridiei & Septẽtriõis effecit. Maxime eñi polus Arcticus ẽ:quo moto & ĩterdũ ad uerticẽ nobis ĩterdũ sub terra existẽte:ipsi Septẽtriones pariter permutãtur. Nõnũq̃ & deficiũt secũdũ tales discessiões:quo tamẽ fit ut nõ ignoscas:quo ĩ loco Septẽtrionale sit clima: neq; principũ ẽ. Si aũt hoc est neque oppositũ agnosceres. Ithaca sane ad stadia octogita ĩ circuitu patet. De Ithaca quidẽ hæc dicta sint. De Cephallenia uero quæ est Tetrapolis idest ciuitates quaternas continet:neq; huius tẽporis nomine dixit:neq; ulla de ciuitate:una tãtũ excepta: siue Same siue Samo: quod oppidũ hodie deletũ prorsus est. Ad mediũ autẽ Ithacæ fretũ ipsius uestigia cõmonstrantur. Ab ea uero Incolæ Samei nuncupãtur. Alia sunt adhuc his temporibus exilia quædam oppidula: Pronesus & Cranii. Aetate uero nostra alterã. C. Antonius ædificauit. M. Antonii patruus:cum post consulatum quẽ Collega Ciceronis oratoris gessit exul ĩ Cephallenia morã traxit: & uniuersã Insulã sicut peculiare prædiũ subiectã habuit:quã tamẽ a se habitari & condi cœptã nõ absoluit. Sed ab exilio reuocatus adhibita rebus

Ad tenebras
Ad Arcton
Ad Aquilonem
Ad septemtr
Ad leuam.
Ad Auroram
Ad Solis ortum
Ad Austrum
Ad dextram
Ad meridiem
Ad orientem
Vbi sol conscend
Ad occidentem
Vbi sol terre succe
ad ima.

amplioribus cura fūctus ē uita: nō dubitauere pleriq; Cephalleniā eādē & Dulichium appellare:& Taphum alii & Taphios Cephallenios eosdem dixere Teleboas:& aduersus illos Amphitryonē exercitū ductasse. Assumpto sotio Deionei filio Cephalo ex Athēis ꝓfugo Amphitryonē dehīc Insula potitum:eam Cephalo tradidisse:ab illoque nomē assecutā esse Insulā. Oppida uero ab illius filiis sumpsisse cognomina. Hæc quidem minime sunt Homerica:quoniam Cephallenes Vlyxis & Laerti subditi fuere imperio.

Taphos autem Mēte ditiōi paruit unde.
Mentes Anchiolo prognatus glorior acri.
At pelagi doctos Taphios rex ipse guberno.
Hac autē tēpestate Taphus Taphius dicitur.

Nec uero Hellanicus Homero concordat:Dulichiū Cephalleniā nūcupās. Illud enim sub Megete fuisse phibetur:sicut & Echinades reliquæ. Eius autem īquilini Epei fūt dicti ab Elide profecti. Quāobrē Otū Cyllenia de gente Phyllei sotiū magnanimoꝝ ductorē Epeorum uocat. Ast Vlyxes magnanimos duxit Cephallenes. Itaque neque in Cephallenia Dulichiū extitit:si Homerum seqmur:neq; Cephalleniæ iuri attributū: Androne teste. Illud enim tenuerūt Epei. Totā uero Cephalleniam Cephallenes sub Vlyxe. Ipsos autē Meges habuit. Arqui Palenses Dulichios appellauit Homerus:sicuti Pherecydes scriptis ostendit. Is præcipue contradicit Homero:qui Cephalleniā & Dulichium unum idēq; ꝓnuntiat. Siquidē ex procatoribus duo & quinquaginta e Dulichio ꝓficiscūtur. E Same uero quattuor & uigīti. Haud enim hoc diceret ex uniuersa tot. Ex una uero de quattuor ad unū dimidios:quod si quis concedat interrogabimus quænā fuerit Samæ quādo ita īquit:Dulichiūque Samenque & nemorosam Zacinthū. Cæteꝝ ad Acarnaniā Cephallenia sita ē:e Leucata circiter quīquaginta distās stadia uel quadragīta: ut alii dicunt. Ab Chelonata uero octogīta. Hæc uero ad stadia trecēta circuitū habet. In lōgum autem porrecta tēdit ī Austrum montana: maximus ī ea sane mōs extat. In quo Iouis Enesii templum ē:penes illud āgustissima ac durissima Insula Isthmum efficit humilem:quē fluctus sæpenumero e mari superūdat ī mare. Penes āgustū autē hūc locū ī sinu sūt Cranii & Palēses. Inter Ithacā uero & Cephalleniā Insulā iacet Asteria quā poeta nominat Asteridē. Quæ nō q̄lē poeta loqtur:talis ꝑmanet autore Scepsio:portus qdē īsunt ad locāda nauigia utroq; ex latere ꝓfūdi. At Apollodorus adhuc eā manere dicit. In q̄ oppidulum esse īqt Allalcomenas nomīatū: super ipso Isthmo iacēs:a poeta quidem Samum dictum & Thraciam: quam hoc tempore Samothracem uocamus. Ionicam quidem nouit ut

Superundat

pat est. Nā Coloniā Ionicā nosse uidet: nec dubie protulit illius appel/ latione: cū de Samothrace uerba facit nōnunq per adiectiuū. Threicie/ que Sami nemorose i uertice sūmo: aliquādo ppiquarū cōiūctionē Insu larū: i Samō ac Imbrō: & quae planissima longis. Est nucibus Lemnō & rursū. Inq Sami atq Imbri steriles medio. Norat igit Verrū illā minie: nominauit. Nec sane eodē quōdā appellabat nomie: sed Melamphilus postea Anthenis. Deīde Parthenia a flumie Parthenio: qui mutato uoca bulo Imbrasus uocat. Quādo quidē igit reg Troianarū tēpore Samus & Cephallenia & Samothracia nominabātur earū nomina ab priscorum aliquo illis induta fuisse liquet: ex quibus & illud manifestū ē q præter antiquā historiā qua colonos post Ionicā Coloniā Tēbrionisq præsenti anīæ Samo uenisse fingunt & Samon Samothraciā nominasse. Planū iquā ē Sāios hoc esse cōmētos gloriæ causa. Vero aūt similius illi dicūt qui nomē Insulæ ab altitudine ipositū aiunt. Samos nanq summitas & altitudo uocat. Ex eo nāq loco tota prospectui patebat Ida: & Priami ci/ uitas & Acheorū naues cernebant. Sunt qui a Saiis priscis Thraciæ cul/ toribus: qui & continētē finitimā habitabant: Samū appellatā esse dicūt. Seu illi fint qui Sapei aut Sinti uocabātur: quos poeta Sinnas nūcupat aut alii. Saiorū quidē meminit Archilochus: quispiā Saiorum clypeo ma gnatur quē ad Thamnū sine probro nō sponte reliquit: de ipsis Vlyxis ditioni subiectis Insulis zacinthus explicāda restat: pauloplusq Cephal/ lenia & Peloponnesus i occasum uergēs: eāq magis attingens. Zacinthi uero ambitus ultra centū & sexagita stadia est: abest autē a Cephallenia ad stadia sexagita. Nemorosa quidē urbs uerū fructifera eiusdē nominis ciuitas est celebris. Ab ea distās ad Hesperidas Aphricæ stadia tria mil/ lia trecēta. Inter hāc & Cephalleniā ad orientē solē Echinades Insulæ ia/ cēt: e quibus Dulchiū ē. Hodie uero Dolichā uocāt: & quæ uocātur acu tæ idest Oxeæ quas poeta celeres appellat. Dolicha quidē iacet ad oenia/ das & ad Acheloi ostiū. Distat aūt ab Araxo Elidis promōtorio stadia cē tū. Reliquæ Echinades plures extant cunctæ steriles & asperæ: e quibus quæ lōgissime abest āte Acheloi eruptionē stadiis qndecim distat. Quæ uero propius stadia quinq: cū prius pelago circūfluæ forēt. Limus enim qui frequēs defertur quaſdā illarū i cōtinētis terræ faciem redegit. Alias mox rediget qui etiam Peracheloin (sic enim finitimam fluuio plagā uo/ cant) effecit: quā amnis inundat. Ea uero cum antiquis temporibus sem/ per limites confunderet bella inter uicinos ciebat Etolos: & Acarnanes terminos designans. Cumque arbitri nulli essent armis ut iudicio decer tabant. Victoriam uero reportabant qui plus uirium uendicarant. Qua ex causa talis conficta est fabula quasi debellāte Acheloū Hercule: cum

Samos
Sam[illegible] Altitudo

uictoriæ præmiũ reportaret Oenei filiæ Deianiræ nuptias adeptus ẽ. Ea quidem tragœdiarũ scriptor Sophocles hoc pacto loquẽtem introduxit. Procus sane mihi amnis fuerat Achelous. Qui tribus me formis a patre petiit manifestus iccessit taurus: alias tortus uarias per notas draco aliquãdo mole ualida bouis præ se ferens frontẽ: addũt nõnulli Amaltheæ cornu capræ id esse: quod Hercules ab Acheloi fronte effregit. Idq; Oeneo matitale munus dedit Hercules. Quibus e rebus ueram pleriq; similitudine quadam Alegoriam educẽtes Acheloum sicut flumia reliqua tauro comparant: ob sonos ipsos & Alueorũ circũflexiones: quas cornua uocãt draconi quoq; propter obliquatã ipsius longitudinẽ: eadẽ est & bouinæ frõtis causa. Herculẽ quoq; omnibus alioquin beneficiũ mortalibus Oeneo affinitate cõiunctũ aggeribus: & aquarũ ductibus fluuiũ perpetuã & damnose labẽtẽ coercuisse. Cumque is abũdãtia ferretur ingenti cursus aquarũ propinquus Acheloo uastatis agris. Oenei gratia siccauit amnem. Hoc aũt Amaltheæ cornu esse. Troianis itaque tẽporibus Megetem Echinadas & Oxeas ditiõe possedisse Homerus dicit de quo addit; Diis carus genuit Phileus agitator equorũ. Qui iam Dulichiũ condit sic census ab ita. In patrẽ. Fuit aũt pater Augeas Elidis & Epeorũ dominus. Vnde has Insulas Epei tenuerunt: fuge Philei ad Dulichiũ comites. Taphiorũ autẽ Insulæ Teleboarũ prius extitere: quorũ fuit & Taphus quã nunc Taphiuntẽ uocant. Seorsum ab iis fuerunt nõ quidẽ spatiis: sunt enim propinque sed aliis sub ducibus: Taphiis scilicet Teleboisq; constitutæ. Primum igit̃ Aphitryõ una cum Cephalo Deionis filio & athenis ꝓfugo aduersus illos ductãs exercitũ: ipsis regẽ imposuit Cephalũ. At Homerus eos regis Mẽte dominationi subditos dixit. Ipsos latrones appellans sicut & Teleboas appellat uniuersos. Hæc quidẽ de adiacentibus Acarnaniæ Insulis dicẽda occurrerũt. Inter Leucadem uero Ambraciũq; sinum salsus ẽ lacus Myrtũtius nomie. Ab Leucade uero deiceps Palerus: & Alyzia Acarnaniæ ciuitates sunt: e quibus Alyzia lõge a mari quindecim distat stadiis: ad quã dicatus Herculi portus est: & cũ luco phanũ Herculis certamina cõtinẽs. E quo dux quidã Lysippi opera Romã trãstulit: Herculis labores ĩ loco propter solitudinem abiectos. Inde promontorium Crithota & Echinades & urbs Astacus eodẽ nomine quo & alia Nicomediæ sinusq; Astacenus singulari numero nominata. Est & Crithota quo uocabulo oppidulũ appellat̃ ĩ Cheronẽso Thraciæ quæ autem in medio sita sunt: cuncta commodos portus habent. Dehic sunt Oeniadæ & Achelous. Postea lacus ad Oeniadas pertinens. Melita nomine stadia quidem triginta longitudine patens. Latitudine autem uigĩti. Est & lacus alius Cynia lõgitudie & latitudie duplo maior. Tertius

item nomine Vria hisce longe minor . Cynia quidẽ mare igredit͛.Reli/
qui uero dimidio stadio superiacent.Postea Euenus ab Actio stadiis sex
centis septuaginta remotus.Post Euenum mons Chalcis est: quẽ Arte/
midorus Chalce appellat.Deinde Pleuron: deíde Licyrna pagus cui Ca
lydon incũbit stadia triginta in mediterranea Prope Calydonẽ uero La/
phræi Apollinis templũ existit.Postea mons Taphiasus Post Macynia
ciuitas.Deinde Molycrea. Iuxta eã est promõtoriũ Antyriũ:Etoliæ finis
& Locridis plagæ:ad quẽ ab Eueno stadia sunt circiter centũ & uiginti.
Hunc í modũ de monte siue Chalcide siue Chalcia Artemidorus disse/
rit.Eã iter Acheloũ & Pleuronẽ cõstituẽs Apollodorus autem(ut supe/
rius a me dictũ ẽ)supra Molycreã & Chalcidẽ & Taphiasũ & Calydo/
nẽ iter Pleuronẽ & Chalcidẽ sitã esse affirmat:ni forte alius iuxta Pleu/
ronẽ ponẽdus ẽ mõs quẽ Chalciã : Alter aũt quẽ Chalcidẽ uocitent:q
qdẽ iuxta Molycreã surgit.Quidã enã penes Calydonẽ lacus ẽ magnus
sane atq; ꝓfundus admodũ:quẽ Patrarꝫ Incolæ Romani possidẽt.Cæte
rũ í mediterranea Acarnaniæ gentẽ quãdã Eurysicheã esse scribit Apol
lodorus:cuius apud poetã Alcmanẽ mẽtio fit.Neque inquit Eurysiche/
us Calydonisq; sum pastor uerũ in uertice Sardiniẽsi í Etolia autẽ fuit
Olenus urbs prout í Etolorꝫ dinumeratiõe Homerus meminit. Eius q/
dẽ tãtũmodo uestigia restãt prope pleuronẽ Aracintho subiecta:penes
quoque erat Lysimachia humi prostrata & ipsa ad lacũ adiacet:qui prius
quidẽ hydra. Hoc uero tẽpore Lysimachia nominabat͛:inter Pleuronẽ
Arsinoenq; urbẽ ante quidem uicus erat nomine Conopa. Aedificauit
autẽ illam Arsinoe secũdi Ptolemæi soror simul & cõiunx cõmode ad
Archeloi transitũ sitam.Simile quiddã & Pylena quod & Olenus passa
est.Cũ uero sublimẽ íquit Calydonẽ & petrosam a loci natura capiẽdũ
est.Fert͛ enim ut bifariã ora diuisa: mõtanã qdẽ & Epictetũ siue postea
adeptã Calydoni attribuerint. Tractũ uero cãpestrẽ Pleuroni. Hac aũt
tẽpestate fatiscẽs assiduis bellis & Acarnania & Etolia cõtabescit:sicut &
alii pleriq; populi.Plurimos aũt ãnos Acarnanes Etolis adiũcti aduersus
Macedonas aliosq; Græcos perdurauerũt.Postremis uero tẽporibus cõ
tra Romanos pro libertate decertãtes.Quãdoquidẽ igit͛ & Homerus &
reliq Poetæ rerũque scriptores freqntes illorꝫ tradidere memoriã:aliquã
qdẽ ísigniter ac manifeste:quædã autẽ obscurius quod per iã dicta de il/
lis ostẽditur. Assumamus & prisca nonnulla ex iis quæ incipiendi ordi/
nem habẽt:uel si dubitationem afferant Statim de Acarnania sane q; La
ertes & Cephallenos ea potiri sint a nobis commemoratum est.Cum q/
dam illã occupassent ãtea pletique certe ea de re loquuti sũt. Cæterꝫ ad
illos qui dissona ꝓtulerũt: & idipsum quidẽ aperte nõ ab re diiudicãdi

nobis sermo restat de ipsis. Vulgatũ est prioribus sæculis Acarnaniam a Taphiis & Telebois habitatã esse:eoꝝq; prĩcipem Cephalum ab Amphitryone dominum cõstitutũ adiacentes Tapho Insulas:orãq; maritimam imperio tenuisse. Hinc autẽ usitatũ ad Leucata saltũ huic ipsi primo adscriptã fuisse ferunt ut in superioribus enarrauimus. Postea uero q̃ Taphii Acarnanibus ante Cephallenũ ac Laerte aduentum imperitarint:ne uerbum quidem facit. Eos autem Ithacensibus amicitia coniunctos fuisse asserit. Quocirca uel locoꝝ ditionẽ nullo pacto illius tẽpore habuerunt uel sponte cesserunt:uel inhabitandi societate usi erãt. Quosdam uero e Lacedæmone q cũ Icaro Penelopes genitore uenerunt Acarnaniam incoluisse opinio est. Nam & hunc & Penelopes germanos uitã agere in odyssea poeta tradidit.

Olli in tecta patris properant habitare feroces.
Icarii cuius de semine filia pulchro
Germanique orti fratres: Tum protinus illam.

cōdita ē Nicomedia:dicta de noīe regis cuiusdā Bithyni: q eā condidit. Multi enim eodē noīe uocati fuerūt:quēadmodum Ptolemæi: propter prioris claritatē.ī ipso sinu fuit urbs Astacus:quā Megarēses & Athenienses condidere:& postea Doedalsus:a qua sinus nominatus est. deide a Lysimacho diruta habitatores eius Nicomediam : a Nicomediæ conditore translati sunt. Astaceno sinui:alius cōtinuat magis ad orientem sole recedēs:ī quo prusias est:quæ prius Cius appellabat. Cium Demetrius euertit deditque Prusiæ zelæ q hāc euertit.& Myrleam Prusiæ uicinam ia a ruinis eas excitans; Ciū a se Prusidā Myrleā uero ab uxore Apamiā nominauit.Hic est ille Prusias q Annibalē huc concedētē suscepit:post Antiochū superatū:& Phrygiæ Hellespontiæ sedinonē:aduersum Attalicos ex cōposito factā. hāc priores minorē Phrygiā illi Epictetū nominauere.Prusiadi mōs īminet:quē Argāthoniū uocāt.Hoc ī loco hylā unū ex sociis Herculis:q etiā Argonauta erat: cū aquatū egrederet a Nymphis captū finxerūt.Ciū cū & ipse Herculis socius esset:& cū eo nauigaret:e Cholchis rederētē:ibi remansisse.& urbē de suo noīe condidisse: & adhuc festa quædā apud Prusienses celebrant:ī quibus p montes uagiac saltātes Hylā uocāt:quasi ī siluas ad illū īquirēdū egrediaf. Prusiēses cū beniuole se erga Romanos gessissent:libertatē sunt assecuti. Apamēses Romanoꝝ coloniā acceperūt.Prusia urbs est:ī olympo mysio sita:& recte gubernat:Phrygibus ac mysis finitima Ea a prusia condita ē:q cū Croeso bellū gessit sed Phrygū & Bithynoꝝ & Mysoꝝ fines determinare:Itē doloniū: q circa Cyzicū sunt:& Mygdonū & Troū difficile ē:quæ una quæq natio disticta esse debeat:id cōcedit.Nā & de Mysis ac Phrygibus huiusmodi ꝓuerbiū ē.Phrygū ac Mysoꝝ fines sepati : sed diffinire difficile.causa ē qa cū īcolæ Barbari ac militares essēt:quæ uicissi nō firmiter tenebāt:sed frequētius ut uagi & errātes:mō eiiciebant:hæ gentes omnes thraciæ putādæ sunt:quia ulteriorē regionē ii colunt.& nō facile altera ab altera imutat quæ qntū nos cōiectura asseq possumus:iter Bithyniā & Esapi hostiū:Mysia poni potest.quæ mari contigua ē:& usq ad totū pene olympum ꝓgredit.circūcirca ī mediterranea est Epictetus quæ nusq mari contigua:usq ad Ascanii lacus:& regionis orientales partes euadit:nā eodē noīe & lacus & regio appellabant.atq alia Phrygiaca erat.alia Mysiaca:sed Phrygiaca a troianis remotior. nam & illud poetæ dictum sic accipiendum est:cū ait.

Phorcys & Ascanius Phrygias duxere cateruas.

Longe ex Ascania

Phrygiaca scilicet:quod alia Ascania uicinior sit:quæ Mysiaca est:iuxta eam:quæ nūc Nicea appellat:cuius poeta meminit:cum dicit.

Myſorumque duces bellãtum cominus armis
Palmys & Aſcanius necnon morys: Hippotione
Natus: ab Aſcaniæ campo uenere feraci.
Nec mirandum eſt: cum quædam Phrygum ducem Aſcanium dixerit: ex Aſcania profectum: ſi dicar etiam Aſcanium quendam ductorẽ Myſorum ex Aſcania uenientem: multa enim flumina & lacus & loca: apud eum eodem nomine appellantur. Nam & ipſe poeta Eſapum Myſorũ confinium dicit. nam cum præter montanam troiæ regionem ſupra Iliũ recenſuit: quæ ſub Aenea erat & quam Dardaniam nominauit: mox ſeptentrionem uerſus Lyciã ponit pandaro ſubditã: in qua zela eſt: dicẽs.
Quique colunt Zeliam: extremæ radice ſub Idæ.
Aphnii ab Eſapo potantes flumine troes.
Zeliæ autem ſubiacet mare uerſus: & ſupra Eſapum: Adaſtriæ cãpus: & Tyria & Pitya: ac ea quæ Cizecena regio appellatur: priapum uerſus quam mox dinumerat. deinde rurſum ad orientales & ulteriores partes reuertitur. Quare oſtendit ſe regionem uſque ad Eſapum ſeptentrionalem & orientalem Troadis terminum arbitrari. Sed poſt Troadẽ Myſia eſt: & olympus: ac huiuſmodi gentium ſitum antiqua memoria prodit: nunc omnia ſunt immutata. Nam cum ſæpe alii atque alii imperauerint: alia cõfuſa ſunt alia penitus euerſa. Nã poſt captã troiam Phryges ac Myſi ĩperauere: deĩde Lydi: poſt eos Aeoles & Iones: deĩde Perſæ ac Macedones, poſtrẽo Romani ſub quibus iã plurimi & linguas & nomina ſimul amiſerunt. Cum alia quædam regionum diuiſio facta ſit: quã iuniores plurimum curare debent. Priſcæ autem partitioni mediocriter ĩtẽdendũ eſt. in mediterranea Bithyniæ: Bithynica Teicis imminent: & regionem Saloni proximam: paſcendis bobus idoneam habent: unde etiam Salonenſis caſeus dicitur: & Nicea Bithyniæ Metropolis iuxta lacum Aſcanium eſt: & campus ingens & ualde felix circunſtat: æſtate non admodum ſalubris. Eam primo Antigonus condidit: Philippi filius: & Antigoniam nominauit. poſtea Lyſimachus quam ab uxoris nomine filiæ Antipatri Niceam appellauit: urbis ambitus eſt ſtadiorum ſedecim: in figura quadrata quæ in campo ſita portas quattuor habet. Ad rectos ãgulos: & ĩ munitiõem exciſa. quare ex uno lapide: qui circa mediũ gymnaſiũ poſitus ẽ: oẽs quattuor portæ cernunt. paulo ſupra Aſcaniũ lacũ ẽ oppidũ Otroea ad oriẽtales Bithyniæ fines. Eam ab Otroeo dictã putant. Quod prius Myſi Bithyniam habitauerint: teſtis eſt Scylax Caryãdeus: qui Phryges ac Myſos dicit circum Aſcanium habitare: poſtea Dionyſius cõditarum urbium ſcriptor: q̃ ait anguſtias apud Calcedonẽ & Byzantium: quæ nunc Tracius Boſphorus appellãtur: prius Myſiũ

Bosphoꝝ nominatas. atqꝫ illud etiã testimonium poni põt:Mysos Traces esse:quod Euphorion dicit Ascaniũ propter Mysum.

Aleyander quoque Etolus ait.

A quibus Ascaniæ circunhabitantur aquæ.
Ascanii per labra lacus quibus ante dolion
Sileni mansit filius ac Meliæ.

Cũ Ascanius lacus nusq̃ nisi hic ĩueniat:ĩ Bithynia fuere uiri in disciplinis memorabiles:Xenocrates Philosophus: & Dionysius dialecticus:& Hipparchus & Theodosius:& filii eius mathematici.Itẽ Cleophães orator ex Mytlea & Asclepiades medicus prusiensis.Bithynis ad austrum Mysi adiacẽt:olympo ꝓximi:quos alii olympinos: alii Hellespõtios uocãt.& Phrygia quæ ĩ Hellespõto ẽ:Paphlagonibus autem galatæ.ex his utrisqꝫ austrũ uersus:maior Phrygia: & Lycaonia usqꝫ ad tauꝝ ciliciũ ac pisidicũ. Sed quoniã quæ Paphlagoniæ cõtinua sunt:ponto adiacẽt: & Cappadociæ:& gẽtibus quæ circũstãt:ꝓpriũ erit ut partes his uicinas ante ptractemus:postea cõsequẽtia loco ostendamus. Paphlagonibus itaqꝫ ad austrũ sunt galatæ:quoꝝ gẽtes tres sunt.duæ Trogini & Tolistobogi a ducibus nominatæ:tertia a gẽte quæ ĩ Celtica ẽ tectosages.Hãc regionẽ post multos errores:& multas excursiones: ĩ loca attalicis regibus & Bithynis subdita:galatæ occuparũt.donec eã quæ nũc galatia ẽ:& gallograecia dicit̃:ab illis nõ ĩuitis acceperũt. Dux trãsitus in Asiã uidet̃ fuisse Leõnorius.Haꝝ triũ gẽtiũ:quæ unius sunt linguæ:& ĩ re nulla discrepãt:q unãquãqꝫ in ptes quattuor diuisere. unãquãqꝫ Tetrarchiã uocauerũt:quæ ꝓpriũ Tetrarchã habebãt. itẽ iudicem & tribunũ Tetrarchæ subiectos:& duos sub tribũos:&.xii. tetrarchaꝝ consiliũ: q erãt uiri.ccc. & ĩ locũ cõueniebãt noĩe Drymenetũ:cõsiliũ de sanguine de rebus cæteris:tetrarchæ ac iudices iudicabãt. Antiquus itaqꝫ ordo huiusmodi erat: ætate nostra ad tres duces res delata ẽ.postea ad duos:deĩde ad unũ Deiotaꝝ tota potẽtia deuenit.cui postea successit Amyntas nũc & hãc:& eã quæ sub Amynta erat: Romãi tenẽt: omibus ĩ unã ꝓuĩciã redactis:ptẽ põtũ & Cappadociã uersus Trogini habẽt:ea optĩa omniũ ẽ:q̃s Galatæ ĩcolũt:castella mœnibus circũdata hñt.uia Emporiũ eoꝝ q ĩ hac regione sũt:ĩ qbus ẽ Aenea Iouis statua:& delubrũ eius Asylũ:itẽ Mithridatiũ: quod Põpeius Bogodaro dedit:e põtica pulso. Terriũ ẽ Danala ubi Lucullus & Põpeius cõuenere:cũ alter ĩ belli successionẽ:alter illi potestate pmissa ad triũphũ pgeret. Trogini itaque has partes habẽt. Tectosages uero partes Phrygiam maiorem uersus:iuxta Pisinuntem & Orcaorcos eorum castellum erat Anchora:eodem nomine quo & id quod Lydiam uersus ẽ circa Blayrum Phrygiæ oppidum: Telistobogi Bithynis sunt

finitimi:& Phrygiæ quæ Epictetus dicit. Hoꝝ castella sũt Bluciũ & pe/
iũ:quoꝝ alteꝝ deiotari regia erat:i altero thesauros habebat. Pisinus Em
porium est eoꝝ:q in hac regiõe sunt:& tẽplũ maximũ habet magnæ ue/
nerationis matris deũ:quã Angidistã uocãt. Sacerdotes olim præpotẽtes
quidã erãt. Sacerdotiũ maximũ habebant:nũc eoꝝ dignitas ĩminuta est.
Emporium adhuc manet. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus stru
ctus est:& tẽplo & porticibus ex albo lapide. Romani tẽplũ celebre red
diderũt:accersita inde deæ statua:quẽadmodum ea quæ Aesculapii erat
ex Epidauro. Mons quidã urbi ĩminet nomine Dindyma a quo Dindy/
mena dicit:quẽadmodũ a Cybelis Cybile: prope Sãgarius amnis fluit:
secus quẽ erãt ãtiqua Phrygũ domicilia:ut Midæ:& prius Gordii:& ali/
orũ quorũdã:quæ nũc urbium uestigia nõ seruãt: sed ĩ uicos redacta sũt
paulo aliis maiores:sicut Gordiũ & Gorbeus:Castoris Saocõdarii regia:
ĩ quo Deiotarus Geneꝝ & filiã iugulauit:arcẽ uero demolitus est maxĩa
habitationis pte deuastata. post Galatiã austrũ uersus est lacus noĩe Tat
ta:Cappadociæ maiori adiacẽs:iuxta Morimnos & pars ẽ Phrygiæ ma/
ioris. Itẽ ea quæ huic continua est:usque ad tauꝝ: cuius partẽ plurimam
Amyntas habuit. Tatta Salisponte nascentis fontes habet atq; adeo fa/
cliter sal rebus immersis circũgelascit:ut sæpe cũ funalẽ torquẽ demise
rint:salis coronas educant uolucres ipsæ alis aquas contingẽtes facile ca/
piunt:cũ ꝓpter salis cõcretionẽ cito decidãt. Tatta etiã ea dicunt: quæ
circa Orcaorcos sunt:& pignisum & frigidos Lycaonũ colles & nudos &
pascendis onagris aptos:ubi multa aquæ penuria est.quæ sicubi inuenia
tur ꝓfundissimos puteos habet.quẽadmodũ Soatris ubi aqua uendit.
Itẽ uicus in urbis modũ prope Garsabora:quæ regio q̃q̃ sicca sit oues ra/
rẽ mirifice nutrit:sed asperæ lanæ. unde nõnulli maxĩas ex eis diuitias
cõperarũt Amyntas supra.ccc.ouiũ greges ĩ his locis habuit: insunt etiã
lacus quoꝝ maior coralis dicit minor Trogetis. Hoc in loco ẽ Iconiũ op
pidũ optime habitatũ:quod fortunatiorẽ regionẽ habet: q̃ ea quæ Ona
gros producit. hoc Polemo habuit. Iam taurus locis his appropinquat
Cappadociam & Lycaoniam terminans: ad imminentes Cilicas Trachi
otas. Lycaonum atque Cappadocum confinium est locus qui inter coro
pasum iacet Lycaonum uicum:atque Gateathyra oppidũ Cappadociæ:
interuallũ inter hæc castella est centũ &.xx.fere stadiorum. Lycaoniæ est
etiam Isaurica taurum uersus. deinde Isauria quæ uicos duos habet eius/
dem nominis:& eum qui uetus dicitur benemunitũ:his alia loca obtem
perabãt oĩa latronũ domicilia:quæ Romanis negotia exhibuerũt. Publi
us uero Seruilius cognomento Isauricus:quem nos uidĩus hæc Roma
nis subegit:& multas piratarũ munitiones:quæ ĩ ora maritima erant:ui

cœpit. in Isauricæ lateribus est Derba: præsertim Cappadociæ adiūcta:
Antipatri Derbēsis sedes eius erāt Larāda:& ætate nostra Isaura. Amyn/
tas Derbēsem adortus:Derbā cœpit & illū īteremit. Isaura uero habuit a
Romanis hic regiā sibi construēs:antiqua Isauria diruta:& i eodem loco
nouū opus ædificās pficere nequiuit. nā cū Omonades īuaderet:p īsidias
captus ē:& a Cilicibus īteremptus. Cum enim Anthiochiæ ptē haberet
Pisidiam uersus:usq; ī Apolloniadē:quæ est Apamiā cibotū uersus. Itē
ex prætermontana regione nōnulla ac etiā Lycaoniā tentabat Cilicibus
ex tauro excurrentibus:& Pisidiis regionē eā auferre:quæ Phrygiū erat:
& multa pfecto loca cœpit:quæ nūq̄ ātea capi potuerunt. quoꝝ est Crē
na. Sandalio autē accedere nō est ausus:quod inter Crēnā atq; Sagalas/
sum iaceret. Crēnam habēt Romanoꝝ coloni. Sagalassus sub eodē Ro
mano duce ē:sub quo totū Amyntæ regnū. Distat ab Apamia diei itine
re:descēsum habēs abarce. xxx. fere stadioꝝ. uocāt etiā eā Selgesū. Hæc
ciuitas ab Alexādro capta fuit. Amyntas itaq; Crēnā cœpit:pgressusq;
usque ad Omonades:qui nūq̄ capi posse existimabāt:mltoꝝ iam locoꝝ
dominus:īterempto a se eoꝝ Tyranno:fraude uxoris Tyrāni captus ē:
atque ab illis īteremptus. Cirenius autē eos fame cōfecit: & quattuor ho
minū milia:a se capta ī alias ppīquas urbes traduxit habitatū. Regionē
uero iuuētute desertam reliquit. Ea ē in altis tauri ptibus:ī rupibus præ/
ruptis:& magna ex pte īaccessibilibus ī medio ē planicies concaua:& fe
rax:ī multas conualles distincta. hanc excolētes ī supioribus mōtiū sup/
ciliis ac spelūcis habitabāt:& cū frequētius armati essent:aliena excurre
bāt:cū mōtana haberēt:eoꝝ regionē circūmuniēta. his cōtigui sūt cū alii
Pisidæ:tū etiam Selgenses Pisidoꝝ optimi. Maxima eoꝝ ps summa tau/
ri obtinet quidā supra Sidā Aspendūq; habitāt Pamphiliæ urbes:tenēt
loca edita:oleis cōsita:at mōtana quæ supta hos sunt. Catanēses īcolunt:
Selgensibus & Omonadensibus finitimi. Sagalenses uero interiora Mi/
lyadē uersus:Artemidorus dicit ex Pisidaꝝ ciuitatibus esse. Selgam Sa/
galassum Pernilisum Adadatam Briadem Cremnā Pityasum:Ambla
da Anabura Sinda Arasum Tarbasum Termesum. Ex his alii omnio
sunt montani:alii usque ad montium ima descendunt ex utraque pte:&
in Pamphyliam & Milyadem: Phrygibus Lydis & Caribus finitimi:
quæ gentes quamq̄ boreales sint omnes tamen sunt pacatæ. Pamphyli
uero multū Ciliciæ natiōis pcipes non ōnino abstinēt a latrocinis: nec
finitimos sinunt ī quiete uiuere:q̄q̄ australes ptes radicis tauri habitent.
Sūt etiā phrygibus & Cariæ finitīa: Tiaba & Sida & Amblada. unde &
Ambladēse uinū effert:ad medicas curatiōes accommodatum:ex mon
tanis:ut sic dicam:Pysidis cæteri sunt p tyrānidos diuisi:& quēadmodū

Cilíces latrociniis exercitati:dicũt lelegas quosdã uagos olim eis ĩmixtos: propter moꝝ similitudinẽ ibi remansisse. Selga urbs ab initio fuit a Lacedæmoniis condita:& ante a Calchãte:postea per sese mãsit: & propter legitimã gubernationẽ tantum adoleuit:ut aliquãdo uiginti uiroꝝ milia haberet.mira profecto ẽ locoꝝ natura:cũ ĩ summis tauri partibus locus sit adeo ferax:ut mł'ta hominũ milia possit enutrire.pleraq; loca ibi oleis & uitibus consita sunt:& omniũ pecoꝝ pascuis abundãt. circũ imminẽt siluæ uaria materie plenæ.Plurimus apđ eos storax nascit̃. arbor nõ magna recta:ex qua storacine hastæ fiunt:corneis similes:in trunco edacissimi uermis genus ĩnascit̃:quo lignũ usq; ad corticẽ sursum errodẽte fistulæ siue mice quædã profundũtur eis similes: quæ cadũt ex ferta. ex his acericus ad radicẽ cõgregat̃:postea hũmor quidã distillat qui facile coagulatus succino similis est.huius pars ad radicem cũ scobe ac terra pmiscet̃:ueꝝ quod in summo collectũ est:puꝝ manet:pars uero in trũco cõgelascit:ubi defluit: atq; hoc etiam puꝝ. Ex nõ puro scilicet ligno:ac terra mixturã quãdã conficiũt:puro odoratiorẽ:uiribus tamẽ imparẽ:quæ res multos fallit.atque eo plurimũ supstitiosi ad suffitus & odoramenta utunt̃.Laudat̃ etiã Selgica iris:& unguentũ quod ex eo fit. Selgensium mõtana circa urbẽ ac regionem paucos aditus habẽt:præcipitiis & uallibus munita:quæ cũ cætera flumina efficiunt. tũ etiã Eurymedon & Cestrus a Selgicis mõtibus ĩ Pãphylium mare exeuntes:ꝑpter loca arduas pontes passim uiis ĩpositi sunt. Selgenses nũq̃ ãtea cuiq; paruerũt:& cæterã regionẽ ĩtrepide habẽtes:ꝑ iferiore quæ in Pamphylia:& quæ intra taurũ ẽ:cũ regibus decertabãt.cũ Romanis uero certis cõditionibus regionem tenebãt. Alexãdro p legatos respõderũt: se ut amicos impata suscepturos. Nũc omnio subditi sunt:& ĩ eã cẽsent̃ quæ ab Amynta fuit. Bithynis(ut dixi)finitimi sunt Phryges ac Mysi:qui circa olympũ habitãt utraq; gens duplex est. Nã Phrygia altera dicit̃ maior:cui Myda imperauit:& partẽ Galatæ habuerũt. Altera minor circa olympũ: ĩ Hellespõto quæ Epictetus appellat̃.Mysia quoque altera Olympina ẽ:Bithyniæ & Epicteto cõtinua:quã Artemydorus a Mysis qui trans histꝛ sũt dicit habitatã.Altera circa Caicũ ẽ:& pergamenũ agrũ:usq; ĩ Teuthraniã:& huius fluminis hostia:sed adeo hæc ĩmutata sũt(queadmodũ iã sæpe dixꝰ)ut etiã regionẽ Sypilo uicinã ãtiq; phrygiã nominarint:q̃ utrũ ne maioris an minoris Phrygiæ pars sit.incertum ẽ:unde Niobẽ & Tãtalũ & Pelopẽ Phrygas dixerunt:& utcũq; se habeat:mutatio certa manifesta ẽ.Nam pergamenus ager Elaiticus ad quem caicus exit:& Teuthrania inter hæc media. in qua Teuthras & Telophi educatio fuit: inter Hellespontem sunt & regionem Sipylo & Magnesiæ circũstantem

& eã quæ sub illa est:quare Mysorũ ac Phrygũ fines(ut ãte diximus)di/
uersi:sed eos definire operosum;Lydi & Mæones quos Homerus Mæo
nas uocat:cũ his & inter se cõfusi sunt.hos alii eosdẽ alii diuersos putãt.
Item Mysos alii Thracas dixerũt.alii Lydos:secũdũ ueterẽ quãdã histo
riã:quã Xanthus Lydus:& Menecrates Elaita referũt:Mysorũ nomẽ in/
terpretantes:quod Lydi fagũcissimam sic uocẽt:multa enĩ eiusmodi ar/
bor est ĩ olympo:ubi expositos eos dicũt quorũ posteri a fagocissima My
si sunt appellati. Testimonio esse sermonẽ:ex Lydo Phrygioque pmix/
tũ:tandẽ ipsos circa olympũ habitasse. Phrygas uero ex Thracia traiici/
entes Troiæ ac propinquæ regionis principes esse cœpisse.eos itaq; hoc
ĩ loco habitasse: Mysios uero supra Caici fontes:ppe Lydos. Auget has
fabulas gẽtiũ earũ confusio:& opulẽtia regionis:quæ cis Halym est:præ/
sertim in ora maritima:cuius causa mlti tã undique ĩuadebãt:præsertim
ex ulteriore fluminis regione:ac etiã uiã inter se decertabant. Sed præci/
pue circa troiana tẽpora:ac etiam postea excursiones transmigrationesq;
factæ fuerunt: cũ Barbari simul ac græci impetu quodã ad aliena adipi/
scenda ferrent. Sed ante res troianas hæc erãt. Tũc enĩ Pelasgorũ natio:
& Cauconũ & Lelegũ erat. Dictũ est enim quod olim ii: quos poeta tro/
ianis socios fecit:nequaq̃ ex ulteriore regione in multis Europæ locis er/
rabãt. Nã quæ de Phrygibus Mysisque memorant:troianis sunt antiq/
ora;duplices quoque eiusdẽ generis Lycii:suspitionẽ exhibẽt:ul troiano
rũ uel eorũ qui Cariã uersus alios habitare fecerũt. Idẽ fortasse & de Cili
cibus contigit.nã & hi duplices sunt: & si huiusmodi testimoniũ non est
recipiendũ:quia qui nunc Cilices dicũtur ãte res troianas fuerũt: & Te/
lephus cũ matre ex Arcadia uenisse phibet:qua Teuthrãti qui eũ rece/
pit:ĩ coniugẽ data:ĩperiũ accepit:& illius putatus est. Cares quoq; cũ pri
us leleges & insulares essent:ut fertur:terrestres facti sunt: fauẽtibus cre
tẽsibus:q miletũ cõdidere. Cõditorẽ ex Mileto·quæ ĩ creta ẽ: Sarpedo/
nẽ accipiẽtes.& Termilas ĩ eã quæ nũc Lycia dicit. habitatũ deduxerũt.
Hos Sarpedõ Minois Rhadamãti frater colonos ex creta duxit:ac Ter
milas nomĩauit.cũ prius Minye uocarẽt(ut Herodotus refert) ac prius
etiã Solymi:postea Lycõ Pãdiõis filius:eosdẽ a se Lycios appellauit:quæ
pfecto ratio Lycios ac Solymos eosdẽ esse ostẽdit:q̃q̃ poeta eos sepat.nã
de Bellerophonte e Lycia profecto dicitur. Hic Solymis iterum præstã/
tibus intulit arma.

Pysãdrũ etiã eius filiũ(ut ille ĩqt)pugnãtẽ cũ Solymis Mauors ĩteremit.
Sarpedonẽ quoq; ĩdigenã esse dicit:sed uictori ĩ cõmune præmiũ ppo/
sitũ esse terræ uirtutẽ opulẽtiãq; q̃ ego dico.ex mltis cõfirmat. etiã post
res troianas:ũde & Amazões eos ĩuadere ausæ fũt:aduersũ q̃s Priãus &

Bellerophōtes duxisse exercitum dicunt: & multæ ciuitates ab illis cognominatæ sūt. i Iliesi campo cumulus quidā est.
Hūc homines proprio Bataeā nomīe dicunt
Ast īmortales uolucris monumēta Myrinæ.
Quā tradūt unam fuisse ex Amazonibus: coniecturā ex adiectiuo capientes. Eq enim propter celeritatē uolucres dicunt: unde & illā ab equorum celeritate uolucrē dictā: & Myrina ciuitas ex ea nominata est. Teucriæ quoque insulæ hæc eadem ob terræ fertilitatem: passæ sunt: e quibus est Rhodus: & eos quæ ante cōditam troiā a græcis habitabantur. cuius rei Homerus manifestum exhibet testimonium. post troiā uero græcorum colonia & Treres & Cimerii & Lydi: deinde persæ ac Macedones postremo Galatæ: omnia excursionibus perturbarunt atque cōfuderūt. & nō solum ꝑpter mutationes res ipse incertæ sunt: sed etiā propter dissidentes scriptorum opiniões: qui eisdē de rebus nō eadē tradiderūt: nā troas Phrygas uocant: sicut tragici Lycios uero Caras: eodem modo alios. Sed troes adeo ex paruis aucti sunt ut reges regū essent: & poetæ & eius expositoribus occasionē præbuerunt. quam oporteat troiam appellari. Nā omnes troianorum socios i cōmuni troas uocat: quēadmodū aduersarios danaos & achiuos: sed nequaꝗ p Iouem Paphlagoniā Troiam dicemus: nec Cariam nec Lyciam ei finitimā: ut cum ita dicit.
Clamore ingenti troes: sonituque fremebant.
At danai tacito spirabāt corde furorem.
Sæpe etiam aliter atque aliter dicit: quæ cū ita sint: necesse est ut singula ꝑuīribus trāsigamus: quæ uero nos fugiunt ex āntiqua historia: ea omittēda existimamus. Nō.n. ī iis ē Geographiæ opus quæ nūc sunt: ea dicere debēus. Duo itaqꝫ mōtes ꝑpōtidi imīnēt olympus Mysius & Ida: olympo Bithynica subiacēt. Inter Idā atque mare troia iacet mōti cōtigua: de hac & de iis quæ austrum uersus: ei mōti cōtigua sūt: postmodū dicemus. Nūc de olympinis dicēdū est: ac de cōsequētibus usqꝫ ad taurū quæ cū locis a nobis ante pagratis eque ꝑgrediunt: olympus i circuitu nō habitat i altis siluas īgentes habet. & loca optime septa: quæ latrōes alere possint. i hæc loca sæpe Tyranni conueniunt: ubi diutius perdurant: quem admodum ætate nostra Cleon: latronum princeps. qui cum esset e uico gordo: quē postea augens urbem fecit: & Iuliopolim appellauit: ab initio uero prædonū receptaculo utebatur loco ualidissimo nomine Callydio: is Antonio ualde utilis fuit: nam profectus ad eos: q pro Labieno tributa colligebāt: omnia impediuit: quo tempore ille Asiam obtinebat. In bello aūt actiaco cū ab Antonio defeciuisset: cæsaris ducibus adhæsit. ac supra ꝗ eius meritum pateret: i honore habitus ē. is ultra munera ab Antonio

data:accepit etiam quæ Cæsar dedit. quare iã ꝑ latrone pricipis habitũ gerebat. Erat eni Iouis abrettã sacerdos:q Mysius deus ẽ. & pri morenæ ipabat:quæ etiã Mysia ẽ:queadmodũ Abrettana. postea comanoꝝ sacerdotiũ i põto accepit:ad quod cũ uenisset:itra mẽstruũ tẽpus excessit e uita. nã grauis eum morbus arripuit: siue ex nimia crapula:siue ex ira deæ ut dixerũt qui i fano erant:nam itra sacri loci ambitũ: utriusq; sacerdotis maris scilicet ac fœmie habitatio ẽ:fanũ quoque præter cæteram religionẽ expresse uetat Suillaꝝ carniũ esum. Vnde nec in totã urbẽ sus iferť: ille mox primo igressu: ex huius consuetudinis præuaricatione: latrocinium motẽ ostẽdit:nõ ut sacerdos:sed ut corruptor igressus. Olympus talis ẽ. Habitãt tamẽ circũ eũ:a Septẽtrione Bithyni & Mygdones & doliones:reliquũ Mysi habẽt & Epictetus. Dolionas maxime eos dicunt:q circa Cyzicũ habitãt: ab Esapo usque in Rhyndacũ & Dascyliticũ lacũ. Post hos Mygdones sunt:usque i Myrleanoꝝ agꝝ: supra Dascyliticum lacũ sunt alii duo lacus Apolloniaticus & Miletopolitanus: iuxta lacum Dascyliticũ Dascyliũ ciuitas est:iuxta Miletopolitanum Miletopolis:iuxta apolloniaticum: sup Rhyndaco est ea:quæ Apollonia uocať:sed horũ pleraque pars:nũc Cyzicenoꝝ ẽ. In propõnde ẽ insula Cyzicus duobus pontibus iuncta cõtinẽti. feracissima quidẽ quigentoꝝ fere stadioꝝ ãbitu:ea iuxta põtẽ eiusdẽ nominis urbẽ habet: & portus duos clausos: & naualia supra. cc. urbis pars iacet i planicie: pars secus mõtem qui ursaꝝ mõs appellať:huic alia Didyma iminẽt unius uerticis: quæ delubrũ habẽt Dindymenæ matris deum ab argonautis ædificatũ. ciuitas ipsa & magnitudine & pulchritudine & æquitate: cũ primis Asiæ ciuitatibus contẽdit:paci & bello apta. Ea ad Rhodioꝝ & Massiliẽsium & antiquorum Carthagiriẽsium formam uideť istructa. Sed cæteris omissis ea publicoꝝ ædificioꝝ & istrumentoꝝ architectos curatores tres habet & tria armẽtaria:aliud armoꝝ:aliud istrumẽtoꝝ:aliud frumẽti. frumẽtũ ne corrumpať chalcidica immixta præstat. huius rei utilitatem: i Mithridatico bello ostẽderũt. nã rege præter opinionem ingruẽte:cum. c. &. l. milibus hominum:& multo equitatu:& suburbanũ: & oppositũ mõtẽ occupante quẽ Adrastiæ uocãt:postea in iugũ quod urbi iminet traiciẽte:& terra marique pugnãte. Cyziceni quadrigẽtis nauibus cõtra oĩa restiterũt: ut prope etiam regẽ ipsum i cuniculo opprimerẽt cõtra effodientes. ille uero precauit. ac sese extra cuniculũ recepit. Tandẽ Lucullus Romanorum Impator quibusdã ad auxilium missis eos confirmauit. fuit etiã pestis adiumẽto: quam Rex nequaq̃ ualuit puidere: ueꝝ mi'tis amissis discessit. Romani ciuitatẽ honore prosecuti sunt: & adhuc libera ẽ: & agri multum habet. Aliud ab antiquo:aliud a Romanis additum. Nam ex

troadis regióe:ea habet:quæ transesapum sunt:zeliæ & adrastiæ campis
uicina. Ex Dascylinco lacu alia ipsi tenēt:alii Byzantii. Doliónas uero ac
Mygdonas uersus regionē multā habēt:& usque ad Mileropolitanum
& Apolloniaticū lacū:per quæ loca Rhyndacus fluit:ex Azanitide ortū
habēs:q assumptis ex ab rettana Mysia cū aliis:tū etiam mecesto: ab an/
chora abasitica i propontidē iuxta besbicū īsulā emittit. i hac Cyziceno
rū insula mons est arboribus plenus:noie Artaca: in fronte iacet parua
quædā insula eodē noie. ꝑpe est promontoriū:quod nigri appellat̃. id in
prætemauigatione est:e Cyzico priapū delatis Phrygiæ Epictetice azia
ni nacolia Cotyaiū Mydaiū & Doriliū urbes & cadi. q̃uis cados quidā
ad Mysiam dicūt ptinere. Mysiā i mediterranea ab olympina regione ī
pgamenā descendit:& in caici campos: quare iter Idā iacet atque exustā:
quā alii Mysiam:alii mæoniā uocant, supra Epictetū austrum uersus:est
maior Phrygia: quæ a sinistra Pisinuntē: a dextra Mæonas & Lydos &
Caras relinquit. i ea est Phrygia:quæ prætermontana dicit̃: & regio Pisi
diā uersus:& ea quæ amorio & eumeniæ & sinadæ proxima sūt. deide ē
Apamia:quæ cibotus dicit̃ & laodicea:quæ Phrygiaꝝ urbiū maxie sūt.
Has oppida circūstant. Aphrodisias collasse Themisoniū & Sanaus: A/
pollōie Metropolis. Itē ultra has Peltæ Tabeæ Eucarpia Lysias:præter/
montana regio iugū quoddā habet in mōte:quod ab ortu occasum uer/
sus extēdit̃. Huic utrinq; planicies magna subiacet: in qua urbes sunt a
septētrione Philomelium:ex altera pte Antiochia:iuxta Pisidiā:quæ par
tim ī campo iacet:partim colle quodā Romanoꝝ coloniā habet:hāc ma
gnetes habitarunt:qui iuxta Meādrū sunt Romani eā liberauere:a regi
bus occupatā:& Asiā quæ cis tauꝝ est:Eumeni dederunt. hic sacerdotiū
quoddā erat mensis arcei·quidē maximā sacroꝝ seruoꝝ & sacroꝝ locoꝝ
multitudinē habebat. sed post Amyntæ obitū euersum est ab iis:qui in
eius hæreditatē missi fuerāt, Sinnada urbs est non magna ante quā pla/
nicies iacet oleis consita. lx. fere stadioꝝ:ulterius est docimia uicus:& Sin
nadici lapidis:lapidici fodina:sic enim eū Romani appellāt: īdigne uero
docimitē & docimeā. uena in intio paruas glebas emittebat. nūc propter
maximos Romanoꝝ sumptus:columnæ integræ:& ingentes extrahūt̃.
& uarietate alabastritæ lapidi proxīæ. q̃re m̃lta huiusmodi onera ad ma
re deuehunt̃:& columnæ & lapideæ tabulæ: magnitudine ac pulchritu
dine admirabiles:Romā deferūt̃. Apamia īsigne emporiū est eius:quæ
ꝓptie Asia nomīat̃. secūdas post ephesum ferēs:ea cōmune italicorum
& græcoꝝ hospitiū est:ī Marsyæ hostiis sita:q āmis urbē mediā ꝑlabit̃:
ab ipsa oriū habēs:sed uehemēti ac prono flumīe ī sub urbanū delatus:
imittit ī Meandrū q iā orgā āmē accepit:p planiciem æqualem leniter ac

placide delapsum. Hic iā auctus Meāder ꝑ Phrygiā currit: postea Cari
am Lydiāque disterminat: ad cāpos qui meādri dicūt. ualde quidē flexu
osus: unde obliquitates oēs ab illo Meādri appellant. finiens uero apud
Cariā regionē secat: quā nūc Iones tenēt: & inter miletū prienēque egre
ditur. Incipit uero a Celenis: qui collis quidam est: In quo urbs. fuit eius
dem nominis. Hinc antiochus Soter homines transtulit ī eā: quæ nunc
Apamia dicit: & urbē appellauit de nomīe matris Apame: Artabazi fi/
liæ. quæ Seleuco nicatori nupta fuit: hoc ī loco de olympo marsiaq; cōfi
cta est fabula: & de contēnōe quā Marsyas Cū Apolline habuit; īminet
lacus quidā qui calamū gignit: ad tibiaꝝ linguas idoneum ab eo dicunt
Marsyæ ac Meandri fontes emanare. Laodicea cū prius parua esset: æta/
te nostra & patrū nostroꝝ maximū cœpit augmētū: quāq̄ ab obsidione
Mithridatis eupatoris ad modū labefacta: nā loci uirtus: & ciues quidā
fortunati ualde eā magnificarūt. primū Hiero qui hæreditatē populo di
misit: supra duo milia talētoꝝ: & multis donis ciuitatē exornauit: postea
Zeno orator. & Polemo eius filius qui ob ꝓbitatē regnū meruit: ꝓtius
Antonio: postea Augusto cæsare concedēte; loca laodiceæ proxima: oues
optimas ferūt: nō modo ī mollicie lanæ: qua millesias præstāt. sed ī colo
re ex quibus coraces maximū ꝓuētū capiunt: quēadmodū a colore eius
dē nominis qui colossem ꝓpe habitāt. Hoc ī loco Caper: & Lycus ī Me/
andrū influūt: īgens flumē: a quo Laodicea Lyco ꝓxima nominat: mons
urbi īminet nomine Cadmus: ex quo Lycus fluit: & alius eodē noīe quo
mōs appellat: hic plurimū sub terrā delapsus: postea erūpēs: in idē īflu/
it: ī quod alia flumīa ex quo simul regionē ualde cauernosam & quassa/
bilē esse ostēderūt. Nā Laodicea: & proxima ei regio: plurimū terræmo/
tibus concutit. Carura Phrygiæ cariæq; cōfiniū ē. Hic uicus diuersoria
habet: & feruētes aquas: alias in Meādrū exeuntes: alias ultra fluminis ri
pā. Narrāt Leonē aliquādo cū magna mulieꝝ caterua: ī diuersorio hospi
tatum: nocte facto terræmotu: cū omnibus periisse. nā tota fere regio cir
ca Meandrū a terræmotibus quattitur: & aquæ & ignis ductibus ꝑfora/
tur: usq; in mediterraneā. eiusmodi habitus regionis a cāpis īcipiēs usq;
ī Catōia ꝑtēdit. ea ē regio circa Hierapolim & Cataca Nysaidis: & Ma/
gnesiā & Myūtē. nā terra resoluta ē: & putris & salsugīe plena: & facile
igni corrumpit: ꝓpterea fortasse Meāder flexuosus ē: qm̄ alueus mltas
recipit mutationes & multū limum deducēs: modo huic modo illi ripæ
adiicit. Pelagus uero fluctuū ui illū extrudit. unde prienē quæ prius ad
mare erat: facta limi aggestione mediterraneā fecit: ad stadia. cc. l. exusta
quoque quā Lydi ac Mysi obtinēt: idcirco hanc appellationē sortita est:
urbs etiā Philadelphia apd' eā minīe fideles ꝑietes habet: sed quotidie

concutiunt & pandunt. Illi itenti terræmotus præcauet: semper architecturas aliquas cõtra extruẽtes. Apamia inter cæteras urbes ante mithridaticum bellum sæpe fuit cõcussa. Rex uero cũ urbẽ euersam uideret: ut repararetur. c. talenta exhibuit. Dicunt Alexãdri quoque tẽpore similia contigisse: quare nõ immerito apud eos Neptũnus colit̃: q̃q̃ mediterranei sint: addunt etiã a Caleno Neptunni filio ex Celeno una danaidum procreato: urbẽ sic appellatã: uel ꝓpter lapidem atque nigredinẽ ab exustione prouenirẽ: q̃ uero de Sipylo & eius euersione memorãtur: nõ debent fabula existimari. nã & magnesiã quæ sub eo est nuper terræmotus deiecerũt. & Sardos & alias clarissimas urbes labefactarũt. princeps uero pecunia data: ea restituit queãdmodũ prius in calamitate trallianis facta. cũ gymnasium & aliæ urbis partes corruissent. pater eius & his & laodicensibus dederat. Audire est ex ãtiquis scriptoribus. qualia Xãthus Lydiaꝶ reꝶ scriptor referat. cõmemorans quas mutationes sæpe hæc regio habuerit: de quibus ĩ superioribus fecimus mẽtionẽ: hoc ĩ loco Typhonis casum fabulant̃: & Arimos & hãc exustã dicũt: nec dubitãt quæ iter meandrũ ac Lydos sunt: oĩa eiusmodi suspicari: tũ propter lacuũ ac fluminũ mĩtitudinẽ: tum etiã propter multiplices terræ cauernas: lacus uero qui inter Laodiceã ẽ & Apamiã: cũ Pelagi magnitudinẽ habeat: cenosam & subterrætrãtẽ exhalationẽ emittit: Dicũt pœnã esse: si quis locũ meandro permutet: fluminis angulos circũferiẽdo: qui deprehensi fuerint: damnũ expotatoriis uectigalibus persoluunt. Inter laodiceã atque Carutã tẽplũ est mensis cari appellatum in maxima ueneratione: ætate nostra maxima medicoꝶ schola: Ibi a Zeuxide constructa ẽ: & postea ab Alexandro Philalethe: queãdmodũ tẽpore patrũ nostroꝶ erasistratiorũ schola Smyrnæ ab Icesio: nũc nihil tale fit (nominant̃ præterea quædam Phrygiæ nationes quæ nunc nusq̃ extant: quemadmodum berecyntes unde Alcmam dicit.

Phrygium cerbesiumque cecinit modum:

Et fossa quædã cerbesia dicit̃: quæ perniciosas exhalationes habet quæ quidem ostenditur: homines uero non amplius cerbesii dicuntur. Aeschilus hæc ĩ Niobe confundit.

Illa enim recordari se ait sortioꝶ Tantali.

Quis in Idæo saxo Iouis patrii ara est. Item

Sipylon Idæam per humum. Tantalus quoque dicit.

Sero atua: duodecim dierum iter:

Berecyntiæ loca: ubi Adrastiæ solum

Idæque: totum rugitu atque mugitibus sonat.

Ertiusdecimus Asiæ liber reliqua propontidis continet: inferius a Cyzico incipiēs: & totam deinceps consequētē orā. & siquæ insulæ sunt: præsertim circa troiam immoratur: q̄q̄ deserta sit: propter loci claritatem: & uulgatam belli famam.

Actenus de Phrygia definitum sit: nūc i ꝓpontidē redeūtes & i orā: quæ post esapū est: eundē peragrationis ordinē seruemus. Huius oræ prima ē troas: fama quidē ꝓcelebris: quæ q̄q̄ diruta sit ac deserta: plurima tamē de ea sūt dicēda: licet nō quæcūq: sed ad hæc exhortatiōe: & uenia opus est: ut q nos legerit: nō magis nobis causam ꝓlixitatis tribuāt: q̄ iis q res āntiquas & claras nosse cupiūt: quā ꝓlixitatē: tū græcoꝝ & barbaroꝝ multitudo auget: q regionē hāc icoluerūt: tū scriptores qui eisdē de rebus nō eadē ꝓscripsere: quoꝝ in primis ē Homerus: q de multis coniectādi causam præbet. opus ē itaq: ut & huius & alioꝝ dicta transigamus: si prius locoꝝ naturā summatim descripserimus. Nā a Cyzicena regione: & locis Esapo & Granico uicinis: usq: Abydū: & Sestum ꝓpontidis orā esse cōtigit: ex Abydo uero lectū usq & lii: & Tenedi & Troianæ Alexandriæ regionē. His omnibus Ida iminet: lectū usque descendens: a quo usque i Caicū flumen est Assus & Adramytiū & Aparneus & pitana & Elaiticus sinus: qbus omibus lesbioꝝ insula ex aduerso cōsurgit. deīde Cumanus ager: usq: ad hermū & phocēses: quod Ionice initiū est: & eolidis terminus: quæ loca cū huiusmodi sint: poeta dicit troianos præcipue ab Esapo & ea regione: quæ nunc Cyzicena est: iperasse usq: ad Caicū flumē: per principatus in octo uel nouem partes diuisos. Cæteroꝝ uero multitudo qui auxilium tulere iter socios adnumeratur. At posteriores illoꝝ fines dicūt: & uariis nominibus partitiōes mlitas cōficiunt. Sed maxime græcoꝝ coloniæ dicendi copiā præbuerūt. Ionia uero nō multū: cū a Troade plurimū absit. Aeolis aūt omnino per totam enim dispsa ē a Cyziceno agro usq: ad Caicū: & plus etiā regionis occupauit: inter caicū atq: hermū. Quattuor enim seculis aeoliā coloniā Ioniça dicūt ātiqorē: moras. n. & longiora tēpora suscepisse atque orestē classi iperasse: quo i arcadia mortuo: Pēthilū eius filiū successisse. & usq: in thraciā ꝓcessisse ānis. lx. post troiā: quo tēpore Heraclide i Pelopōnesū redierūt. Deīde Archelaū illius filiū: cū æolica classe circa Dascyliū traiecisse: i eā quæ nunc Cyzicena nomiat. Grā uero filiū eius iuniorē usque ad granicū flumen ꝓgressum: & meliore apparatu: cū maiore exercitus pre: i lesbū trāsmisisse atq: eā occupasse. Clebā Dori filiū: & Malaū: q & ipsi ab Agamēnone ꝓfecti erāt: eodē tēpore exercitum contraxisse: quo

penthilum: sed Penthili classem trāsitum ex Thracia ī Asiam anticipasse. Hos uero circa Locrensem agrū: & Phricium montem: multum temporis contriuisse: postea transgressos Cumā condidisse: quæ Phricionia a locrorum monte dicta est: sed cum Aeoles dispersi essent per totā regionem: quam diximus a poeta troianam appellari: quidam ex posterioribus totā Aeolida uocauerunt: quidam partē & troiam: alii totam: alii partem eius. quo fit: ut nihil omnino inter se conueniant. mox enim in locis ꝑpontidis Homerus ab Esapo troadis initium facit. Eudoxus iā eā contrahit a Priapo incipiēs: & Artaca qui locus in Cyziceno᷑ īsula situs: ad uersus Priapū consurgit. Damastes magis eā contrahit a pario initiū faciens: nā is lectum usque ꝑgredit᷑: alii uero aliter charo lampsacenus alia ccc. stadia adimit: a præzio īcipiens: nā totidem præziū abest a pario: atque Adramytiū usque ꝑgredit᷑. Scylax Caryādeus ab Abydo incipit: eodē modo etiā Aeolida. Ephorus dicit: ex Abydo Cumā usque. alii uero aliter sed Idae situs pulcherrime describit eam: quæ uero troia dicitur: qui mons altissimus est: & ad occidentē spectat: & mare quod ibi est: paulu lum ad septētrionē atque orā eam conuersus. ea ab angustiis Abydi usque ad esapum: & Cyzicenū agrum ad ꝑpontidem ptinet. Occidentale autē mare est Hellespontus: in quo egeū pelagus ē. Ida cū multipes sit: in scolopendre modum his ultimis terminatur: ꝑmontorio quod circa Zeliā est: & eo quod lectum appellat᷑: quorum alternm finit in mediterraneam paulo supra Cyzicenum agrum. nam nunc zelia Cyzicenorū est: lectum uero in egeum pelagus descendit: iti præternauigatione sitū: quæ in lesbum fit: ut.

Venimus in plenā uenatu: & fontibus idā:

Lecton ubi: primū egressi: maria alta relinquūt.

Nam proprie poeta lectū dixit. lectū enī ad idā ptinet: & primus e mari exitus ibi fit: iti idam ascendentibus. Recte & fontibus plenam dixit. nā hac in parte mons aquis abundat: quod fluminū multitudo declarat: a montibus idæis in mare ꝑfluentium: ut septem Rhesi uada & reliqua quæ & ille cōmemorat: & a nobis sunt inspicienda. Extremos autē montis pedes utrinque lectū spectat: atque etiā zeliā. montana horū cacumia summus Gargarus disterminat: nā Gargarus in superioribus nunc idæ partibus ostēditur. locus a quo gargara dicunt᷑ æolica ciuitas. Quare ea inter zeliam lectumque prima sunt. a propontide incipiētibus: quæ usque ad Abydi angustias tendunt. deinde ex ea quæ a propōtide lectum usque. Sed lectū deflectēti ingens sinus diffunditur quem & ida efficit. a lecto cōtinētē uersus secedens: & cane quod promontorium ex altera parte lecto opponitur. Hunc alii idæū sinum: alii Adramytinum uocāt:

ico sunt Aeolicæ urbes(ut dixius)usq; ad hermi hostia:i supioribus esi dictū est:quod e Byzantio septētrionē uersus nauigānbus:recta nauiga/tio primo est Sestū & Abydū p mediā propōtidē:postea est Asiæ ora:us que in cariā. Hac itaque seruata opus est:ut consequētiū argumētū audi amus:& si quos sinus in ora dicemus:necesse est etiā:ut sciamus promō toria:quæ ipsos efficiunt:in eadē linea sita esse:tāq in aliquo meredianc. quare qui hæc rerū curā habēt ex iis quæ a poeta dicuntur aliquid plus coniectant.totā scilicet hanc orā sub troianis fuisse in nouē principatus diuisam.& sub priamo in bello troiano constitutā & troiam appellatam: quod ex singulis notum ē.nā achillis socii urbiū debellatores cum uide/rint initio Ilienses exterius bellū gerere circūuicina sunt aggressi.
Bissenas curuis euerti nauibus urbes,
Per troiā undenas terræstri marte subegi.
Troiā uocat continētē quæ uastabat: nā inter cætera uastata sunt: quæ lesbo erāt opposita:ut Thebæ Lyrnessus & pedasus:quæ Lelegū erat:& Eurypyli regio:filii Telephi:Vnde
Ipse Neoptolemus ferro traiecit acuto
Magnanimū Heroa Eurypylū quē Telephus olim
Progenuit:multi circū cecidere sodales.
Hæc itaq; uastata dicit:atque lesbū ipsam.
Quū lesbum instructā cœpisti mœnibus urbē. Et illud
Lyrnessum atque ipsum populatus pedason Et illud
Lyrnessum & magnæ populatus mœnia thebæ:
Et lyrnesso quidē briseis capta fuit: Vt illud
Hanc e Lyrnesso excipit. In cuius captiuitate Mynetē & Epistro phum.cecidisse dicit:quod briseis Patroclū lugēs declarat.
Nec me dure meū uoluisti flere maritū
Quē celer e uita quondā submouit Achilles.
Funditus euersa diuini sede Mynetis.
Nā cū diuini Mynetis sedē dicit:Lyrnessum significat:ut ei subiectā:at que eum ibi pugnādo cecidisse.ex Theba uero capta fuit:ut chryseis
Nos Thebā aduecti sacrā eetionis ad urbē.
Ex aduectis eo dicit etiā Chryseida.illud aūt non ita intelligendū putāt ut iacet Tu patris i laribus Priami ad troiam:ast ego Thebis:
Andromache magno quōdā genita eetione:
Qui cinctam siluis habitabat Hypoplacon.atq;
Ductor Hypoplaciā thebā cilicasq; tenebat. Secundus itaq; troū pri/cipatus hic est:post eum qui mynetis erat.illud quoque his cōgruit:qd ab andromacha dicitur

Hei mihi:quo fato trahimur nunc Hector:uterq;
Tu patris in laribus Priami ad troiam: ast ego thebis.
immo per trāſpoſitionē uterq; ex troia:ſed
Tu patris in laribus Priami:aſt ego thebis.
Tertius principatus eſt lelegum:& ipſe troianus:ut maximus alter
Sub cuius lelegū populi dictione tenētur:e cuius filia Priamus lycaonē
& Polidoꝝ genuit:q i dinūeratiōe ſub Hectore cōſtituti: troes dicūt:ut
Hector itē troas galea præſignis agebat
Cæteri uero ſub Aenea erant. Vt.
Dardanios agit Anchiſæ pulcherrima proles.
qui etiam troas erāt:unde Homerus ſic inquit:
Magnanimum Aenea Dux conſultiſſime troū
Lycii uero ſub Pandaro erāt:quos etiam troas appellat: Vt
Quiq; colū zeliā extremæ radice ſub idæ:
Aphnii:ab Eſapo potātes flumine:troes
Dura Lycaonides in prœlia pandarus egit.
Hic ſextus eſt principatus. nam qui inter Eſapum: Abydumque ſunt:
troes dicuntur.
Abydēſia enim ſub aſio ponuntur: Vt
Et qui precoten atq; ipſum praction:& qui
Claram Seſton habēt:& Abydū:& dian Ariſtā.
Aſius Hyrtacides dux horum. Priami quoq; filius paternas equas Aby
di paſcebat: Vt
Ille nothū Priami tranſfixit Democontem
Pernices qui nuper equas paſcebat Abydi.
Et Hicetaonis filius:apd̄ percotē boues paſcebat:nec ipſe alienas: Vt
Atq; Hicetaoniden primo alloquitur Menalippū:
Flexipedū percote cuſtodē armētorum.
Quare hæc regio & conſequēs Adraſtiā uſq;: troas uocarūt.nā duo filii
Meropis Percoſii ei imperabant. Abydo igit̄ Adraſtiā uſq; troes erant:
bifariam tamē diuiſi nam alii ſub Aſio erāt:alii ſub Meropis filiis:quē/
admodū & Cilicum regio dux ē nam altera thebaica ē: altera lyrneſſia:
poſtq̄ de ea dicetur:quæ poſt lyrneſſum ē:Eurypylo ſubdita:quod autē
omnibus his Priamus imperaret: Achillis uerba manifeſte declarāt.
Ante tuas noramus opes:ſpatioſaque regna.
Quæ felix pariter leſbos complectitur:& quæ
Compræhendit Phrygiæ tellus:ac Helleſpontus.
Tunc quidem hæc erant:poſtea uariæ mutationes ſunt conſecutæ.nam
circa Cyzicum Phryges habitauere: practiū uſq; circa Abydū thraces:
F iiii

ante utrosque bebryces:ac Driopes:consequentia Treres habuerunt at que hi thraces. Thebæ campũ Lydi:qui tunc Meones erãt.ex Mysis aũt ii:qui superfuerũt Teuthrãn & Telepho subditi. Cũ itaque poeta æoli cã regionẽ & troiam i unum componat.Cum æoles totam oram ab her mo usq; Cyzicum occupauerint:atq; urbes condiderint: nec nos absur/ de faciemus:si eam quæ nunc proprie æolis appellatur:ab hermo usq; le ctum:& consequentia usque ad Esapũ in idem cõgeramus.Nã cum sin/ gula pertractabimus:rursum eas secernemus. & iis quæ nunc sunt eam conferemus:quæ a poeta & ab aliis dicũtur.post Cyzicenorum urbem & esapum ẽ troadis initium:secundum Homeri descriptiõem: nam de ea sic inquit.

Quique colunt zeliam:extremæ radice sub Idæ:
Aphnii:ab esapo:potantes flumine:troes.
Duxit Lycaonides in prœlia pandarus egit.

Aph... Hos quidẽ lycios uocauit.Aphnios uero ab aphnitico lacu dici putant. nã & Dascyliticus lacus ita dicitur.zelia in extrema idæ prætermontana est:distãs a cyzico stadiis cẽtum & nonaginta a proximo mari:ad quod Esapus emittit.ad stadia.lxxx.Ea uero quæ secundum orã sunt post esa/ pum:cõtinuo partitur i hunc modum.

Qui cãpos Adrastiæ habẽt:necnõ & apesum:
Qui pytiã tyriæq; colunt iuga maxima terræ
His indutra preest Adrastus & amphius arma:
Pignora percosi meropis duo cara parentis.

Hæc loca zeliæ subiacẽt.habent autẽ Cyziceni & priapeni usque in ma ritimã oram.Circa zeliam est tarsius amnis qui eadẽ uia.xx. locis transi/ tur:quemadmodum is: de quo poeta dixit & septem Rhesi uada: qui a nicomedia niceam fertur.xxiiii. Scarthon ex pholoe in hiliensem agrũ. xx.multis uero is qui ex coscinis Alabanda:qui ex tyanis fluit p taurũ defert.lxxv.ultra esapi hostia ad stadia fere est cumulus quidam in quo Memnonis sepulchrum ostendit eius qui Tithoni filius fuit: ei proximus est mẽnonis uicus: inter esapũ priapũque granicus fluit magna ex pte p Adrastiæ cãpos.ubi Alexãder Darii satrapas prœlio superauit: totamq; regionẽ cœpit.quæ iter taurũ erat & Euphratem.ad grãicũ urbs fuit no/ mine Sidina:quæ regionẽ multã eodẽ noĩe habuit.nũc diruta ẽ.i Cyzi/ ceni & priapeni agri cõfinio harpagia fuit:locus unde raptũ dicũt Gany medem alii circa dardanium pmontorium id contigisse arbitrãtur.pro pe dardaniã.Priapus portus ẽ:& urbs ad mare sita.Hãc alii cõditã uolũt a mylesiis:qui & Abydum & Proconnesum eodẽ tẽpore incoluerũt.alii a Cyzicẽis & nomẽ habet a priapo:q apd' eos colit'.siue ex horneis quæ

apud Corinthū sunt id acceperint:siue liberi patris ac Nymphæ filius dicatur:homines profecto ad eum colendū moti sunt:nā hæc regio & finitima pariana & lampsacena uineis abundat.unde Xerxes lampsacum Themistodi in uinū dedit. hic a iunioribus in deum habitus est. Nam Hesiodus priapū nō nouit.& Orthane & Conisalo & Thychoni:& eiusmodi atheniēsium diis persimilis est.Regio hæc consuetudine quadam Adrastia uocabat:& Adrastiæ campus: duobus eni modis dicitur sicut Theba & thebæ cāpus & Mygdonia & Mygdoniæ campus: Callisthenes dicit ab Adrasto rege qui primus nemesis tēplum ædificauit Adrastiā uocitatā.Hæc ciuitas inter priapū est:atque parium & subiectū cāpū eodē nomine haber in quo Apollinis Actei & Dianæ oraculū fuit iuxta pycatā delubro diruto:omnis ea structura & lapides patiū sunt trāslati: ubi ara ædificara est.Hermocreontis opus: & magnitudine & pulchritudine memorabile:oraculū omnio deletū est.quēadmodū & zeliēse:quare hoc in loco nullū nec Adrastiæ nec Nemesis tēplum extat. circa Cyzicū uero Adrastiæ delubrū est:de qua sic Antimachus inquit.

Est dea quā Nemesim dicūt:dea magna potensque:
Quæ bona cælestū concessu cuncta deoꝝ
Possidet:huic primus sacratā condidit aram
Fluminis esapi gelidas Adrastus ad undas.
Atque ibi nunc colitur:seruatque Adrastia nomen:

¶Parium ciuitas est iuxta mare: quæ maiorem portum habet q̄ Priapus: ex ea aucta:nam Pariani attalicis obsequentes:sub quibus est ager priapensis:multum ex horum regione absciderunt:permittentibus quidem illis.¶Hoc in loco finxerunt Anguigenas cognationem quandam cum serpentibus habere: proditum est enim mares serpentūm morsibus remedio esse:si eos continuo attigerint: quemadmodum incantatores. ac primo liuorem transferre:postea tumorem ac dolorem sedare.Gētis huius auctorem tradunt Heroem quendam:ex serpente immutatum: qui fortasse unus aliquis fuit ex libycis psillis:uis autem ea aliquandiu in genus permansit. parium mylesii & erythrei & parii condidere.¶Pyria est apud pytiuntem pariane regionis:& montem pytium imminentem habet.Ea īter parium iacet ac priapū: iuxta linum qui locus ad mare ē:ubi cochlie Lynusii appellati optimi omnium capiuntur.¶e pario priapum naviganti:est antiqua proconnesus: & noua quæ ciuitatem habet & albi lapidis uenam magnam: & apprime laudatam. Vnde Cyzicena opera circūstātium ciuitatum pulcherrima:ex hoc lapide fiunt.Hinc fuit Aristeus carminum poeta:quæ Arimaspia dicuntur.uir facundie blanditiis uehemēs:si q̄s alius.Rheæ mōtē:alii eos putāt: q̄ circa Pirossū sūt:quos

Cyziceni habēt zeliæ uicinos.i his thera est primo lydoꝝ regia:postea ꝑsarum nonnulli collē quēdā ostendunt stadiis.xl. a lampsaco distātē: in quo templum est matri deoꝝ sacrum:quod Rheæ dicit̃ lampsacus insignis urbs est ad mare sita: quæ portum optimum habet:ea adhuc optīe perstat queēadmodum Abydus: a qua distat ad centū &.lxx. stadia: prius autē pityusa uocabat̃:quemadmodū de Chio dicunt.in penisula opidū est Callipolis quod in littore iacet ad Asiam exposito : nō procul a lampsaco:ut ab ea non plus q̄.xl.stadiis absit:inter lampsacū atque parium. Pesus urbs fuit:& flumē.urbe diruta iam pesini lampsacum migrauere:cum & ipsi milesioꝝ coloni essent:queēadmodum lampsaceni.poeta dupliciter eos protulit: & addita prima syllaba: ut necnon & apesum & detracta ut

Diues opum uariaꝝ habitabat mœnia pesi.

Et adhuc flumē ita uocat̃.ultra lampsacū i eius mediterraneæ sunt colone milesioꝝ. Aliæ sunt ad exterius Hellespontí mare: stadiis cētū &.xl. ab Ilao distātes.e quibus Cygnū dicūt.Anaximenes tradit i erithrea & i phocide & in thessalia colonas dici:i pariano etiā agro ē Idiocolona:i lampsaceno locus ē.uineis cōsitus qui gergithiū appellat̃. Fuit etiam ciuitas gergitha a gergithis dicta:quæ in cumano agro erat.Ibi enim ciuitas fuit pluraliter & fœminie dicta gergithes ūde fuit Cephalo gergithius.adhuc locus i cumano ostēditur gergithiū apd̄ larissam.Ex pario fuit Neoptolemus cognomēto Glossographus uir memoratu dignus.E lāpsaco fuit Charon reꝝ conscriptor:& adimātus & Anaximenes orator & Metrodorus Epicuri sodalis. Atqui Epicurus ipse quodāmodo lāpsacenus fuit:diu lāpsaci uersatus.atq; leontei & Idomenei amicicia usus: qui primi erāt in ea ciuitate.Ex hoc loco Agrippa leonē qui corruerat trāstulit: Lysippi opus eūq; collocauit in luco qui iter lacū ē & Euripū.post lāpsacum est Abydus:& intermedia loca scilicet lampsacenus ager & pariani pars:quæ poeta sic comprehendit. Nam hæ urbes troianis temporibus nondum erant.

Et qui pērcoten atq; ipsum practiōn:& qui
Claram Seston habent: & Abydum & Dian arisbam.
Asius Hyrtacides dux horum uenit Arisba.
Magnanimis aduectus equis:Seleentis ab amne.

Quod cum ita dicat : uidetur significare arisbam regiam esse asii: unde eum profectum dicit : si uenit arisba seleentis ab amne: quæ loca adeo sunt obscura: ut de eis historici non conueniant: nisi quod circa Abydū sunt & lampsacum & parium & quod antique per cote nomen immutatum est.ex fluminibus autem poeta dicit seleentē apud Aribam fluere:

ſiquidem Aſius Ariſba uenit: & ſeleentis ab amne. Practius amnis eſt urbs ipſa nõ reperitur:ut nõnulli putauerũt. Is inter Abydum & lãpſa/cum fluit. Qu n autem Praction ait de flumine accipiendum eſt:quem admodum Et illud.

Et qui præclaꝝ cepheſi flumẽ habebãt. Et illud.

Partheniũ circa fluuiũ qui tecta tenebãt.

In leſto ciuitas fuit Aariſba. cuius agrũ methymnei habẽt. Eſt etiã fluui/us qdã Ariſbus ĩ thracia(ut dictũ eſt)prope quẽ cebrini thraces habitãt. Multa enim apud troes & thraces eiſdẽ nominibus appellantur. ut Scei thraces quidã: & Sœus amnis & Sceus murus & Sceæ troianæ portæ. Itẽ xanthu thraces & xãthus troiæ fluuius: Ariſbus quoque ĩ hebrũ ĩmit tit. Ariſba troiæ ciuitas ẽ: Itẽ rheſus apud troiã fluuit. rheſus etiã thracũ rex fuit. itẽ alter Aſius apud Homeꝝ inuenitur.

Aſius hic & auunculus erat domitoris equorũ

Hectoris atque Hecubæ frater: natuſque Dymãtis:

Sãgariũ phrygiæ campos habitãtis ad amnẽ.

postea Arsinoe quæ stationẽ habet. postea locus nomine Melania & Celenderis ciuitatis quæ portũ habet. Sũt qui hãc Ciliciæ inicium faciãt & non Corasiũ e qbus:ẽ Artemidorus:q ab ore Pelusiaco usq₃ orthosiã dicit esse stadiorũ tria milia & nungenta usq₃ ad orontẽ flumẽ mille & centum & triginta usq₃ ad portas. deinceps quingẽta ac uigintiquinq₃ usque ad Ciliciũ fines duo milia & ducẽta & sexaginta. postea est Holmus quã prius habitarũt ii q nũc Seleucẽses appellant̃ Sed cõdita Seleucia ĩ Calycadno eo cõmigrarunt. nã deflectẽti ꝓmõtoriũ:nõie Sarpedonẽ qđ litoreã regionẽ facit: mox sunt Calicadni ostia: cui ꝓximũ est Zephyrium ꝓmontoriũ.ꝑ hunc fluuiũ Seleuciã nauigat̃ urbẽ bene habitatã:& a Cilicio & Pãphylio more plurimũ discrepãtẽ. Hinc ætate nostra fuere uiri ex ꝑipatheticis philosophis memorabiles: Atheneus & Xenarchus: Sed Atheneus ĩ Republica uersatus: aliquãdiu in patria populum duxit. postea contracta cũ Murena amicicia & cũ illo fugiẽs captus est: quũ ĩsidiæ contra cæsarẽ augustũ deprehẽsę essent. Sed quũ insons esset iuẽtus a cæsare dimissus ẽ: rediẽs autem Romam multis eum salutantibus & interrogãtibus: illud Euripidis respondit.

Aduenio ab imis: atque cecis inferum.

Tenebris.

Sed breue tẽpus supuixit a ruina domus: ubi habitabat ꝑ noctẽ oppressus. Xenarchus uero quẽ nos audiuimus non diu domi permansit. Sed Alexãdriæ & athenis. postea enim Romæ electa docendi uita. Is primũ arii: postea Cæsaris augusti amicicia usus usq₃ ad senectutẽ in honore habitus est. Sed pauloante obitũ uisu orbatus morbo uitã cõsumauit. post Calycadnũ est petra nomiẽ Picoela. ea scalã habet ui excisam: qua Seleuciã itur. postea ẽ Anemuriũ promontoriũ eodẽ nomiẽ quo & superius. Itẽ Crãbusa insula & Corycũ ꝓmontoriũ: ultra qđ ad stadia uiginti est Corycum Antrũ: in quo crocus optimus nascit̃. Id autẽ est igens quædã concauitas in orbẽ deducta: cui labrũ petrosum ac satis altum circũiacet. Quũ descẽderis solum est inæquale & magna ex pte petrosum & fruticosa & semp uirẽti ac domestica materia plenũ. Adiacens uero solũ orocolatũ est. ibi specu est: qđ fontẽ igentẽ habet: puræ ac nitentis aquæ in flumen exeuntẽ. qđ mox a terra absorptũ: & in solubiliter delatũ exit in mare. idque aquã amarã uocãt. Postea ẽ Eleusa insula: post Corycũ continenti adiacens. Hanc Archelaus habitauit & regiam fecit. Tota Cilicia Trachea assumpta præter Seleuciam: eo modo quo ab Amynta ac prius etiam a Cleopatra habita ẽ. Nam cum locus & terra & mari idoneus esset ad latrocinium. Terra quidem propter montium magnitudinem & ulteriores gentes quæ campos & agriculturas latas & excursionibus

faciles habēt. Mari autē propter materiem fabricādis nauibus opportunam & ꝓpter portuum & munitionum & locoꝝ copiam quæ subiri possunt: uisum est ad omnē reꝝ euentum satius esse: ut loca sub regibus essent q̃ sub ducibus Romanoꝝ qui & ad iudicia mitterentur: & non sem per adesse cū armis possent. Hoc modo archelaus ad Cappadociā etiam Ciliciam Tracheam assumpsit. cuius fines inter Solos & Eleulam sunt. Latinus fluuius & uicus eiusdē nominis ī excelsis Tauri ptibus ē Olympus Zēiceti pirate sedes & mons & castellū eodē nomine: a quo tota Lycia & Pamphylia & pisidia cernit'. zenicetus capto monte isaurico se cū tota domo cōcremauit. Eius erat Corycus & Phasilis & multa Pāphyliæ loca quæ oīa ī Isaurici uenerūt potestatē. Post Latinū sunt Soli: ciuitas īsignis alterius Ciliciæ initiū: quæ circa Issum iacet. ea Achiuoꝝ opus est a Rhodioꝝ qui ex Lindo uenerūt. Pompeius magnus ī hanc homibus exaustā reliquos piratas trāstulit. præsertim quos & salute & ꝓuidentia dignos intelligebat: & mutato noīe Pompeiopolim appellauit, hinc fuere uiri mēoratu digni: Chrysippus philosophus Stoicus ex patre Tarsensi ortus q inde migrauit. Itē Philemon poeta comicus & Aratus q de astris uersu cōscripsit. Postea est zephyrium eodē nomīe: quo & id qđ est Calycadno ꝓximum. Postea est Anchiala paulo supra mare sita. Sardanapali opus: ut Aristobulus scribit. ubi Sardanapali monumētū est & lapidea statua: quæ dextræ manus digitos cōmittit & quasi complodit. qđā dicunt ibi Epigrāma esse. Assyriis litteris insculptū huiusmodi Sardanapalus Anacindaraxis filius: Anchialē & Tarsum una die condidit: ede bibe lude. &

Cum te mortalem noris: præsentibus exple
Deliciis animum: post mortem nulla uoluptas.
Nāq; ego sum puluis: q nup tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi: quæ exaturata libido
Hausit: at illa manēt multa: & præclara relicta.
Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentum.
Choerilus hoꝝ meminit: atq; hi uersus circūfecerūt.
Hæc habeo quæ edi: quæq; exaturata libido
Hausit: at illa manent: multa & præclara relicta.

Vltra Anchialā ē munitio noīe Quinda: ī qua olim Macedones thesauros seruabāt. Eumenes uero ab Antigono deficiens pecunias abstulit, ultra hæc & Solos sunt mōtana: ī qbus Olbi ciuitas ē: q̃ Iouis tēplū habet. Aiacis fratris Teucri opus. Huius sacerdos etiā Tracheæ domiatus est. postea mlti Tyrāni eā adorti: latrocinia cōstituere qbus sublatis adhuc ætate nostra eā Teucri pricipatū & Sacerdotiū uocāt: & maxia ex parte

Sacerdotes Teucri uel Aiaces dicũť. Aba uero Xenophanis filia:unius
ex Tyrãnis ꝑ cognationẽ ĩ hãc domũ ingressa principatũ obtinuit:quẽ
pater antea ꝓcuratorio nomine acceperat. Postea Antonius & Cleopatra
cũ illi cõcesserũt: obsequiis & cultu deliniti. Sed Aba sublata principa/
tus ad eos ꝑuenit:q ex eodẽ genere erant. Post Anchialã sunt Cydni flu
minis ostia:iuxta locũ Rhegma appellatũ. Id autẽ ẽ stagnũ:quod ãtiqua
naualia habet. In hoc Cydnus exit Tarsum ꝑfluẽs:q ortum a Tauro ha
bet ultra urbẽ. Tarsi uero nauale est lacus. Hucusq; tota ora a Rhodioꝝ
trãsmaria incipiẽs:ad equinoctiales ortus ab occasu eiusdẽ nominis extẽ
diť. Postea ad hyemalẽ ortũ conuersa Issum usq;. Iã hinc fluxũ quendã
sumit austrũ uersus usq; ĩ Phœniciam. Reliquũ ad occidẽtẽ finit usque
ad columnas. quare uetus lustrate Cherõnesi Isthmus ẽ a Tarso & Cyd
ni ostiis usq; Amisum. Hæc enim minima ẽ ex Amiso in Cilicũ fines di
stantia. nã hĩc Tarsum usq; sunt cẽtum ac uiginti stadia. inde ad Cydni
ostia nõ plura quinque. Nulla enim Issum usq; & eius mare breuior uia
est ex Amiso q̃ ꝑ ipsam Tarsum. nec ex Tarso Issum usq; propior q̃ in
Cydnũ. Quapropter manifestũ est hunc esse ueꝝ Isthmũ q̃q̃ a prædoni
bus ille uerus dicať:q ẽ usq; in Issicũ sinũ ꝓpter signa q̃ habet. Propter
hoc ipsum etiã lineã quã ex Rhodia ĩ Cydnũ usq; deduximus: eandem
esse asserẽtes quæ Issum usq; ptẽdit. nihil præter hoc faciẽtes & taurum
dicimus:e directo huic lineæ usq; in Indiã penetrare. Tarsus ĩ cãpo iacet
argiuoꝝ opus q ion querentes:cũ Triptolemo errauerũt. Hãc Cydnus
mediã perfluit:iuxta gymnasium iuniorũ. Eius ortus non ꝑocul est. Al/
ueus uero ꝑ ꝓfundã uallem illatus recta in urbẽ egrediť. aqua ẽ rapidis
sima & frigida:quapropter homibus ac bestiis auxiliať:quæ neruos cras
siores habent. tantũ Tarsensibus studiũ circa philosophiam fuit & alias
disciplinas quæ in corona uersanť ut Athenas & Alexãdriã superarent.
Et si quis alius locus dici potest:ĩ quo scholæ & philosophiæ exercitatio/
nes fuerint. Sed hoc uno plurimũ excellit:quod hic indigñe discunt. pe
grini uero non multi huc adueniunt. At nec illi ipsi hic mãnẽt sed foris
ꝑficiũtur:& perfecti libẽter ꝑegrinanť:detinentur autẽ ꝑpauci. At cæte/
tis ciuitatibus quas modo dixi omnibus contrariũ euenit:excepta Alexã
dria. Nam multi ĩ eas proficiscuntur & libẽter immotanť. Indigenas nõ
multos admodum uideas nec extra discẽdi studio ꝓficisci. Nec ibi circa
hoc studere Alexandrinis utrũq; contigit. nam & multos ꝑegrinos susci
piũt. Et ex suis emittunt nõ paucos. Alexãdria õniũ liberaliũ artiũ scolas
habet:& ante alias populosa ẽ. & multũ põt:& metropoleos sermonẽ re
tinet. uiri ex ea illustres fuere:ex Stoicis Antipater: Archelaus & Nestor
& duo Anthenodori:quoꝝ q Cordyliõ dictus est:cũ. M. Catone uixit &

apud eum mortuus ē. Alter uero Sādōis filius: quē a uico quodā Cana
nitā dicūt. Cæsaris præceptor fuit. & ī honore maximo apđ illū habitus
est. iā uero Senior in patriā reuersus eā Reipub. gubernationē sustulit.
Cū ciuitas ꝑtim ab aliis ꝑtim a Boetho quodā malo poeta & malo ciue ꝑ
perā tractarēt. Is plurimū apđ plebē ualebat. extulerat eū Antōius ab i/
itio quū carmē ī uictoriā in Philippis habitā ab illo cōpositā accepisset:
sed mľro magis eius facilitas: quæ apud Tarsenses maxīa uidebať: adeo
ut ex tēpore & uno īpetu ad omnē datā materiā diceret. Simul Antoni
us gymnasioꝝ præfecturā tarsensibus pollicitus: hūc ī gymnasiarche lo/
cū constituerat: ac omnē ei gymnasii īpēsas crediderat. Sed deprehēsus
cū alia surripere: tū etiā oleū apđ Antoniū ab accusatoribus conuictus
est: cuius iram cū aliis tū hoc maxime declinauit dicēs quod quēadmo/
dū Homerus Achillē & Agamēnonē & Vlyxē decantauit: ita & ego te.
quare iniquū ē ut huiusmodi apud te calūniis agar: qđ excipiens accusa
tor. At Homerus īquit oleū Agamēnoni non furabať nec Achilli: tu ue
ro furatus es: quapropter pœnas dabis. quūq; irā obsequiis & cultu a se
auertisset nihilominus & ferre & tractare ciuitatē usq; ad Antonii exerci
tū ꝑseuerauit. quare cū Anthenodorus huiusmodi ciuitatis statū reppe/
risset: primo illū & eius complices urbis tradúcere aggressus ē. Sed ubi
nihilominus ab iniuria abstinebant ea auctoritate usus est: quā a Cæsare
acceperat. eos itaq; exilio dānatos eiecit. hi uero ī illius ediū pariete cōscri
ꝑserūt. res iuuenū consulta uirū crepitus senioꝝ: quod ille ī iocū accipiēs
ascribi iussit tonitrus senioꝝ. Quodā eius humanitatē contēnēs cū uētrē
lubricū hēret: & noctu præter eius domū trāsiret: totū hostiū ac parietē
respersit. ille quū seditionē acriter ī cōtione reprehenderet: urbis inquit
morbus & malus habitus: tū ex multis rebus: tū ex excrementis perspici
potest. Sed histoici fuerunt. Nestor uero Academicus: qui ætate nostra
Marcellū Octauiæ sororis cæsaris filiū instituit. Atq; hic etiā post Athe
nodorū ciuitati præfuit & apud duces & apud ciues in honore maximo
habitus est. alioꝝ quoq; philosophoꝝ nomina quos noui multoꝝ dicere
possem: sed ex iis qui per urbes peregrinarēť & optime scholas regerēt.
Pluciades fuit & Diogenes: at Diogenes etiā poemata ī adolescētia com/
posuit maxima ex parte tragica grāmatici fuere: quoꝝ scripta extēt. Ar/
temidorus & Diodorus optimus tragœdiæ poeta: ex iis q memorať fuit
Dionysides. sed præcipue Roma maximā eruditoꝝ hominū multitudi/
nē afferre potest: q ex hac urbe fūt. tarsensibus. n. & alexādrinis plena ē:
ac Tarsus qdē ē huiusmodi. Post cydnū pyrāus seqť ex cataonia fluēs:
de quo āte fecius mētionē. scribit Artemidorus: hīc solos recta nauigati/
one esse stadia. l. ꝑxīa ē mallus ī edito quodā loco sita. opus Amphilochi

& mopsi auguris apollinis & latonæ:de quibus ualde multa cōficta sūt:
& nos ante mētionē fecimus:quū de Calchāte diceremus:& cōtrouersia
quam calchas & mopsus de diuinatione habuissent.hanc controuersiam
nō nulli Lyciā trāsferūt:ut Sophocles ꝗ eā tragico more Pāphyliā uocat
quēadmodū & Lyciā Caricā & troiā Lyciā ac Phrygiā:& cū alii tū etiam
Sophocles calchātis obitū hic tradūt:& nō solū de diuinatiōe sed de im/
perio contētionē sunt fabulari.Dicunt.n.mopsum & āphilochū ex troia
ꝓfectos mallum cōdidisse.postea Amphilochū argos digressum cū argi
uis non placuisset:illo rediisse:sed a regni cōmunicatione exclusum sin/
gulari certamine cū mopso cōcurrisse:& cū simul cecidissent sepultos es
se:iter se tamē distātes:& adhuc sepulturæ ꝓpe pyramū circa margarsa
ostēdunt.Hinc fuit Crates grāmaticus cuius discipulū Panetiū dicunt.
Vltra hāc orā est halenius cāpus:ꝑ quē philotas Alexandri equitatū du
xit:quū ille Phalangē ꝑ orā maritimā & mallensem agrū Issū uersus:&
Darii copias ex solis duceret.Tradūt Alexādrū ꝓpter cognationē cū ar
giuis āphilocho sacrificasse.Hesiodus dicit:āphilochū ab Apolline apđ
solos interemptū ꝗdā apđ haleniū cāpū:quidā ī Syriā:quū ꝓpter contē
tionem ab halenio discederet.post mallum sunt egeæ oppidum quod
stationem habet.Postea sunt amanides portæ quæ stationem habent: in
quas amanus mons desinit a tauro descendens: qui ultra Ciliciam ē ori
entē uersus:semꝑ a Tyrānis occupatus:loca munitissima obtinentibus:
ætate nostra his ōibus potitus ē Tarcodemētus uir memoratu dignus:
& ob præclara facinora rex a romanis nūcupatus : ꝗ posteris suis succes
sionē tradidit.post egeas est Issus oppidū quod stationē habet:& pindus
amnis.hoc in loco Alexāder cū Dario cōflixit.Itē Issicus sinus ī quo rho
sus ciuitas ē:& myriandrus ciuitas & alexādria & nicopolis & mopsi do/
miciliū & quæ portæ appellant:Cilicū & Syroꝝ confiniū.ī Cilicia ē Di
anæ Sarpedoniæ fanū & oraculū:ubi numine ꝑciti respōsa dāt.Post Ci/
licā prima Syroꝝ ciuitas est Seleuria ī pieria ꝓxime orontes emittit. Ex
Seleucia solos usqꝫ recta nauigatione sunt circiter mille stađ.Sunt ꝗ di/
cant Cilicas troianos quoꝝ Homerus meminit.Cilicū ꝗ trāstauꝝ sūt au
ctores fuisse:ꝗꝗ ad illis plurimū distēt:& quædā loca ibi ostēdūt:quēad/
modū ī Pāphylia Thebā & Lyrnessum.ꝗdā econtra atqꝫ etiā cāpū quen
dā Haleniū ibi monstrāt.Nunc trāstaurinis partibus dictæ Cheronnesi
pagratis:hæc adiicienda sunt.nam Apollodorus in nauiū dinumeratiōe
hæc etiam dicit:omnes Asianos troianorum socios a poeta dinumerari:
qui quidem Cheronnesum habitant:Cuius angustissimus Isthmus est:
iteruallum inter Sinopensem recessum atque Issum.exteriora uero late/
ra cū Cherōnesus Triquetra sit esse inæqualia.Nā ex iis aliud a Cilicia

usque in Chelidonias ꝓgreditur aliud uero citerius usque ad Euxini os: aliud iam citerius Sinopem usque: quare illud solos eos qui sunt ĩ Cheronneso: per eadẽ cõuicemus falsũ esse: ꝑ quæ prius cõuicimus: non solos eos q sũt itra Halym: nã loca pharnaciæ ꝓxima: ĩ q bus Halizonos dixi/ mus: quẽadmodũ ea sũt extra Halym: ita & extra Isthmũ. siquidẽ & ex/ tra angustias quæ inter Sinopẽ sunt atq Issum: & nõ mõ has sed etiã ue ras angustias definiuit cũ illas ꝓ his poneret: & qđ omniũ stultissimũ ẽ: dixit Cheronesum Triquetrã esse: & tria esse latera exteriora. Nam qui exteriora latera dicit: id latus excipere uidet quod circa angustias ẽ qua/ si & hoc etiã sit latus: sed nõ exterius nec ad mare. Si igit angustiæ adeo coactæ essẽt: ut & latus ad urbẽ Issum: & latus ad ipsam Sinopẽ uergẽs: pœne iter se iungerent: dici posset Cheronesum triquetrã esse: nunc ue ro cũ ãgustiæ quæ ab eo dicunt: tribus milibus stadioꝝ iter se distẽt: isci tia ẽ dicere tale quadrilaterũ triquetrũ esse: & non Chorographicũ Is eti am qui metrocomico Corographiã edidit: de terræ situ iscribẽs: ĩ eadem est inscitia q̃ [illegible] Isthmũ ad minimũ itetuallũ reducat: quãtũ dixerũt q di/ midiũ totius sunt mẽtiti: & quãtũ Artemidorus qui eũ dixit esse mille & quingẽtũ stadioꝝ nõdũ.n. ĩ hoc triquetrã figurã cohibet. sed nec exterio ra latera recte distixit: dicẽs unũ esse ab Isso usq in Chelidonias: tota enĩ Lyciaca ora: q̃ restat ĩ rectũ tendit & rhodioꝝ trãsmarina physcum usq: hinc uero cõtinẽs flexũ quẽdã accipiẽs iã secundi & occidentalis lateris initiũ facit: usq ĩ ꝓpõtidẽ & byzãtiũ. Sed quũ Ephorus dicat. xvi. natio/ nes hãc cheronẽsũ icolere tres græcas reliqs barbaras præter mixtos ho/ mines ad mare qdẽ Cilicas Pãphylos Lycios Bithynos Paphlagõas Ma riãdinos & Troas & Cares. Pisidas uero ac mysos & chalybos & mylias ĩ mediterranea. Apollodorus hæc diuidẽs: decimã ac septimã nationẽ ad didit galataꝝ quæ iunior ẽ Ephoro. ex his aũt dicit græcos nõdũ troiano tẽpore colonos misisse. barbari uero magnitudine tẽporis mĩtã cõfusio/ nẽ hñt. dinumerati aũt a poeta & troes: & eos q nũc Paphlagones nomi/ nãt & mysos & Phryges & Cares & Cilices: maões uero ꝓ lydis & alias icognitas gẽtes: ut halyzonas & caucõas. itẽ extra dinumerationẽ esse ce tios solymos & cilicas: q ex thebão sunt cãpo & lelegas. Pãphylos uero & bithynos & mariãdynos & pisides & calibes & milyes & cappadoces ne/ q̃ nomiari: tũ qđ hæc loca nõdũ ab eis icolerent. tũ qđ ĩ aliis cõprehẽde rent natiõibus: ut hidryẽses & Termile ĩ caribus doliões & bebryces in phrygibus. Sed nec ephori sententiam uidet bene hæc trãsigere. poeta autẽ dicta perturbat & falso adducit. nã hoc primũ ab Ephoro querẽdũ fuit: cur calybes intra cheronnesum ponat cum a Sinope & Amiso tam longe distẽt orientẽ uersus. nam qui huius cheronnesi Isthmum dicunt

esse lineā ab isto in Euxinum ductam:eā quasi meridionalē faciunt. Qui dā putāt eā esse:quæ ad urbē Sinopē tendit.quidā eam quæ ad amisum est:eā autē quæ ad calybes ē nullus:cū ea omnio sit obliqua. nā chalybū meridianus:p minorē harmeniā describeret & p euphratē: q totam itra se Cappadociā cōprehēdit:& commagenā & amanū & Issicū sinū. Quare si Isthmū ab obliqua linea terminari cōcederemus: maxima pars hoꝝ & præsertim Cappadocia īterius cōprehēderet̄. atq; is etiā q ꝓprie nūc pontus appellat̄:qui est Cappadociæ pars euxium uersus:quare si Chalybes Cheronesi pars dicēdi sūt:multo magis Cataones & utriq; Cappadoces & Lycaones:qui etiā ab eo sunt prætermissi. Sed quare Chalybes ī mediterranea posuit:qui a poeta Halizones dicti sunt: quēadmodum nos supra demonstrauimus. Rectius enim erat ut eos diuideret & prim ad mare collocaret ptim ē mediterranea quēadmodum de Cappadocia Ciliciaq; faciendū erat. Ille uero ne eā quidē nominauit. De cilicibus solū fecit mentionē q ad mare habitāt:q itaque sub Antipatro derbita erant: & Homonades:& alii complures Pisidis finitimi.

Qui mare non norunt:nec salsas æquoris escas:

Quē locū capiēt:sed nec Lydos nec maonas cōmemorauit. Siue iidem sint siue diuersi siue p se siue in alia gente comprehendant̄. Nequaq̄ enī tam īsignis natio occultari potest. nec si nihil de ea dicat uidet̄ nihil necessariū prætermittere. Mixti autē qnam sunt:nulla enim loca ꝓferre possumus uel ab eo nominata uel prætermissa præter prædicta: quæ quidē mixtis tribuāus nec ex iis ullos quos dixit uel prætermisit. Nā si īmixti sūt cū alii præualerēt ul' græci effecti sūt ul' barbari. Tertiū uero mixtū genus nullū scius. præterea qūo tres græce natiōes sūt:q Cheronesū habitāt:Nā si hoc ideo ē:qa Iones & Atheniēses olim iidē erāt. Dicēt̄ etiā iidē Dores & Aeoles:ita q̄d̄ duæ natiōes tātū siēt. Si uero ꝓpter posterio res mores sūt distiguēdi quēadmodū ꝓpter līguas: natiōes q̄tuor erūt quēadmodū & līguæ. Sed hāc Cheronesū ex Ephori desinitiōe nō solū Iones īcolūt ueꝝ etiā Atheniēses:ut in pticularibus declaratū ē.at huiusmodi q̄dam aduersū Ephoꝝ dubitāda erāt.sed hæc Apollodorus nō m̄l tū curauit:xvi. uero natiōibus ip se.x.ac.vii.addidit galataꝝ q̄d̄ & utile ē, tū ad eoꝝ ptractiōnē q̄ ab Ephoro dicūt̄ ul' prætermittūt̄: nequaq̄ ē necessariū.ipse.n.causā affert q̄d̄.s. hæc oīa post illius ætatē fuere quum uero ad poetā trāsit id recte ait quod post troiana tempora multa barbarorum confusio facta est propter mutatiōes Nā quædā aucta sunt quædā immuta quædā distracta quædā ī unū coacta. Sed nō bene dicit duplicē causam esse:q̄re poeta quorūdā nō meminit:quod scilicet ul' nō dū hæc natio īhabitaret:uel quod ab alia cōprehēderet̄. nā Cappadociam cum

Cataoniā & Lycaoniā nō nomiat ob neutrā tamē harum causarum. nullā eni huiusmodi historiā de his habemus præterea curare respōdere: qre Homerus Cappadocas & Lycaōes prætermisit: qđ uero Ephorus præterit & ipsum præterire & ad hoc illius sententiā afferre: quū id perscrutat & ptractat ridiculū est. Itē docere quare Homerus maones plydis posuit: quare uero Ephorus nec lydos nec maones nominauit nō declarare stultū est: & cū dicat poetā ignotorum quorūdā mētionē facere: de Caucōibus qdē & Solymis & cetiis & lelegibus & cilicibus q ex Thebāo cāpo erāt recte dicit. Halizonas uero ipse fingit: imo ipsi primo Halizonas ignorauerūt. & m^ltis modis scripturā mutauerūt. argēti uenā fingētes atq; alia pmulta & magna occurrūt: quæ iā defecere. Ad hāc ābitionē illos etiam historias contulerūt quas Sceptius pōit a Callisthene accipiēs & ab aliis qbusdā: q falsę Halizonū opinionis nō sunt imunes: qđ. s. Tātali & Pelopidarum diuitiæ a metallis puenere: quæ circa Phrygiā & Sipylū erāt. & qđ Cadmi opulētia a Thracia fuit & Pāgeo mōte: & priami ex auro qđ circa Abydū effodiebat: cuius nūc uix ulla uestigia apparēt. multa tamē ātiquorum metallorum signa loca effossa exhibēt. Myde quoq; opes ex metallis fuere: q circa uermiū montē erāt. Gygis & Alyatis & croesi ex iis quæ apud Lydiā oppidū desertū: inter Atarneū ac Pergamū: qđ quidē loca effossa habet: ppter metallorum inqsitionē. præterea Apollodorus merito i hoc reprehendi pōt: qđ cū cæteros reprehēdere solitus sit: q m^lta prætet Homeri sentētiā inouarūt: i hoc nō solū negligēs fuit: uerum etiā cōtraria i unum collegit: quæ nō eodē modo dicunt. Nā cū Xāthus lydus dicat post res troianas Phryges i europā & leua pōti uenisse: & Scamādriū eos ex berecyntia & Ascania duxisse. addit Apollodorus Homerū eius ascaniæ meminisse: cuius etiam Xanthus.

Phorcys: & Ascanius Phrygias duxere cateruas
Longe ex Ascania.

Quid si sic habet trāsmigratio certe post res troianas facta ē. In belloaūt troiano auxiliū a poeta cōmemoratum: ex ulteriore uenit regione: ex berecyntibus scilicet & Ascania. quod nā ergo erāt Phryges?

Qui ppe Sangarii ripas tunc castra tenebant.

Quū primus auxiliator dicit cū qbus electus erā: quomodo priāus ex Berecyntibus Phrygas accersisset: cū qbus cōuēētiā n^rlā habebat: finitios āt & eos qbus ipse prius auxiliatus ē prætermisit: & cū sic de Phrygibus dicat: de mysis etiā addit nō admodū cohærētia. Ait.n. mysiæ uicū qndā Ascāiā uocari: circa lacū eiusdē nōis: ex quo & Ascaniū āne decurrere facit: cuius mēinit Euphoriō Ascaniū pptet mysū & Alexāder Etolus iqt.

A quibus Ascaniæ circum habitant aquæ.

Ascanii p labra lacus:quibus antea dolion
Sileni mansit filius ac meliæ

Vocāt inquit Dolioniā & Mysiā regionē eā quæ circa Cyzicū ē Meletopolim uersus:quare si hæc ita se habēt & ex poetarū testimonio comptorbanē & ex iis quæ nūc mōstrata sūt.quid phibebat Homerū huius Ascaniæ meminisse:& nō eius quæ a Xātho commemoratur.sed quoniam de his āte dictū ē:quū de mysis ac Phrygibus tractaremus: idcirco quantū ad hāc ptē finē faciāus.Reliquū ē ut cyprū pagremus:quæ huic cheronēso ad austrū adiacet:& quoniā ut antediximus mare comprehēsum ab ægypto & phœnicia & Syria & reliqua ora:usq; i transmarinā rhodi regionē compositū ē ex ægypto pelago & pāphylio: & eo quod Issico sinui pximum ē.i hoc cyprus iacet:quæ ptes septētrionales Ciliciæ Tracheæ cōtiguas habet:quibus etiā cōtinēn pxima ē. oriētales Issico sinui: occidētales a Pāphylio pelago alluūtur:australes autē ab ægyptio.Hoc itaque ab occidēte libyco & carpathio pelago pmiscet̄.ab austro atq; orien te ē ægyptus & sequēs ora:usq; seleuciā atq; Issum.a septētriōe Cyprus Pāphyliū pelagus.Hoc enim ab Aquilone a Ciliciæ Tracheæ & Pamphyliæ ac Lyciæ extremis cōprehēdit̄ usq; i Rhodiā regionē ab occidēte Rhodiorū insula:ab oriēte Cypri parte:quæ Paphū uersus & Acamātē iacet.a meridie ægyptio pelago cōfundit̄. Cypri ābitus ē trium miliū & quadringētorū ac uiginti stadiorū:i sinū se.iferēti.Eius lōgitudo ē a clidibus i Acamātē pedestri itinere mille & quadrigentorū stadiorū: ab oriēte i occidētē pgredieti.Sūt aūt Clides isulæ duæ ante Cyprū ad orientales eius ptes sitæ.Hæc a Pyramo distāt stadiis septigentis.Acamas pmontoriū ē siluosum:qđ duarū mamillarū speciē præbet.& i occidētalibus insulæ pribus sitū:tēdit ad aqlonē.id Selenuntē uersus Ciliciæ Tracheæ pximū ē:mille stadiorū trāsitu Sidā uersus.Pāphyliæ mille & sexaginta Chelidonias uersus mille & nungentorum. Tota isulæ figura ē pte altera lōgior:ea Isthmus facit ad latera quæ latitudinē termināt.Sigulæ eius ptes(ut breui cōprehendamus)ita se habēt a signo continenti proximo incipientes.Diximus alibi Cromyi extremū quod ē Cypri pmontoriū: ad Anemurium pmontoriū Ciliciæ Tracheæ opponi p tricentorum & quinquaginta stadiorum interuallum.Hinc iam insulam ad dextram & continentem ad sinistram habentes ad aquilonē & orientē & clidas nauigāt recta nauigatione stadiorum septingētorū.i quo spatio ē Lapathus ciuitas quæ stationem habet & naualia:Lacaonū & Paxandri opus:iuxta quā erat Agidus.Postea est Aphrodisium:ad quod insula perangusta ē. Nam septuaginta stadiorum interuallo Salamina transitur.Postea Achitorū acta quo primū Teucer applicuit:is q i Cypro Salamia condidit a

patre(ut fert) Telamone pulsus.postea ē Carpasia ciuitas quæ portum habet circa Sarpedonē pmontorium sita.Isthmi trāsitus ex Carpasia est stadiorū triginta uersus insulas Carpasias & australe pelagus. Postea est mōs & promotoriū:Mōti summū Olympus dicit̄:ubi Veneris acreæ tēplū est:qđ nec uidere nec adire mulietibus licet. in fronte sunt Clides & aliæ cōplures insulæ.postea Carpasiæ post quas est Salamus:ūde Aristus fuit rez̄ cōscriptor.Deīde Arsinoe ciuitas & portus. deīde alius portus nomine Leucola.Deīde pmōtoriū Pedaliū:cui collis altus & asp̄ imminet:mēsæ cuiusdā figuā præbēs:Veneri sacer.Hinc ī Clidas sūt stadia sexcenta & octogita.Postea est Sinuosa quædā & aspa præternauigatio. ea Cetiū itur quæ ciuitas portū clausum habet.ex hac Zeno fuit stoicæ sectæ auctor & Apollonius medicus.Hic usq̄ Batutū sunt stadia mille & quingēta.Deinde ē Amathus ciuitas:īntermedio spacio est oppidū nomine Palea & Olympus mōs:q̄ mammille speciē præbet. Deide curias peninsularis quæ a Thronis distat stadiis septingentis. Postea est Curiū urbs quæ statiōnē habet.Hāc atgiui cōdiderūt.Quare iam licet eius otium pspicere qui elegiam composuīt:cuius initium est

Nos ceruæ phoebo sacræ:dum tela p undas
Effugimus:cursu uenimus huc celeri.

Siue ea delus sit siue quæcunque:Dicunt enim ceruas ex Corycio iugo delapsas:e cilicio littore in curiada actam tranare:& addit.

Res dictu mira est: quonam nos in uia pacto
Maria:p aerios transiimus zephyros.

A Coryco enim ī Curiada actā circūnauigātes nec zephyz̄ nec īsulam a dextris habēt:nec trāsitū ullū a sinistris.Initiū itaq̄ occidentalis circūnauigationis Rhodiorz̄ respiciētis Curiū est.Postea est pmōtoriū unde iaciunt q Apollinis arā contigunt.Postea est Terra & Boosura & Palepaphus:ad decē stadia supra mare sita:quæ statiōnē habet & āntiquū Veneris Paphiæ tēplū.Postea est Zephyriū pmontoriū qđ statiōnē habet: & altera Arsinoe cū statione & tēplo & luco:nō pcul a mari ē Hierocepia: postea Paphus ab Agapenore condita quæ portū habet & tēpla optime structa.ea pedestri itinere distat a Palepapho stadiis.lx.p eā uiā q̄ Palepaphū it quotānis festa celebrāt̄:ad q̄ uiri simr̄ ac mulieres ex aliis urbibus cōfluūt.Quidā dicūt Paphū ab Alexādria distare p tria milia & sexcēta stadia.Deīde post Paphū ē Acamas.Post Acamātē oriētē uersus nauigatur ī urbē Arsinoē:& ī iouis lucū.Postea ē solus:q̄ portū hēt: & flumē & Veneris & Isidis delubz̄.Eā Phaletus & Acamas Atheniēsēs cōdiderūt. īcolæ solii dicunt̄.Hinc fuit Stasanor Alexādri sodalis:uir q principatū meruit.ulterius est Limenia ciuitas in mediterranea. Postea est Crōmyū

ꝑmõtoriũ. Sed quid opus ẽ poetas admirari: eos præsertim q õne stadi/um ponunt ĩ elocutione. Si Damasci dicta consideremus: qui ĩsulæ lõgi/tudinẽ a septẽtrione facit ad meridiem: ab Hierocepia scilicet in Clidas. At nec Eratosthenes recte hunc enim reprehẽdẽs: nõ a septẽtrione Hie rocepiã ponit: sed ab austro quæ profecto nõ ab austro est sed ab occidẽ te. Siquidem in occidentali latere iacet ubi & Paphus est & Acamas. ac Cyprus quidẽ situ talis est: uirtute autẽ nulla insularũ inferior: nã & uino abundat & oleo fruměti quoq; satis habet. æris metalla apđ Tenassum abũdãt: in quibus uitreolũ & rubigo æris nascit̃ ad medicinæ usum ido/nea. Auctor est Eratosthenes: quũ olim campi adeo siluis essent occupati ut coli non possent: parum ad hoc metalla prodesse: quum uero arbores ad æris & argenti decoctionẽ exciderẽt̃: accessisse etiam classium ædifica tionem quum mare iam intrepide ac potenter nauigaret̃. sed quũ nulla ui euincere siluã possent pmissum est uolentibus ut eam exciderent: & purgatã peculiarẽ atque immunẽ sibi haberent. in initio Cypri Tyran nos p urbes habebant. Sed postq̃ Ptolemaici reges potiti sunt ægypto: Cyprus ĩ eoꝝ dicionem concessit fauẽtibus Romanis. Sed ubi postreũs Ptolemæus Cleopatræ patruus: nũc regnantis delıquit & aduersum be/ne de se meritos ĩgratũ se præbuit: & ipse sublatus est. Et insula a Roma nis occupata: & prætoria prouĩtia p se facta est. Sed maxime tollendi re/gis auctor fuit. P. Claudius pulcher: qui in piratas ĩcidẽs quo tẽpore Ci/lices uigebãt: ĩperato sibi redẽptionis precio: misit ad regẽ orãs ut se redi meret. Rex enĩ precium misit sed pexiguum adeo ut pirate id accipere erubescerent: quare pecuniã regi remiserũt. P. Claudio sine precio dimis so. q liberatus utrisq; gratiã retulit. Nã Tribunus Plebis creatus euicit ut. M. Cato Cyprũ mittat̃ eã ab rege ablaturus. Ptolemæus re intellecta prius q̃ ille aduẽtasset seipse interemit. Cato insulã accepit & regis opes uenũdedit: pecunia omni ĩ publicũ ærariũ relata. ex illo cyprus prætoria ꝓuintia fuit & nũc ẽ. q̃q̃ paruo tẽpore interiecto. Antonius eã Cleopatræ & sorori eius arsinoe tradidit. quo sublato omnia eius acta rescissa sunt.

Quintusdecimus circa Indiam Persiamq; uersatur.

X asia restant ea quæ transtaurum sunt præter Ciliciam Pamphyliam ac Lyciam: & quæ ab India in nilum usque inter taurum: & exterius australe mare comprehendun/tur. Post Asiam ẽ Libya de qua postmodũ dicemus Nũc ab India est incipiendum. Ea enim & maxima est & ad orientẽ exposita. Sed æquo animo audiendũ ẽ. Nã & lõgissime abest. &

a non multis ex nostris uisa:& si qui uiderũt pt͞e uiderũt. Pleraq; aũt nar rãt ex auditu:q̄q̄ etiã ea quæ ab eis p͞specta dicunt͛:i trãsitu quodã milita rit:& p discursu deprehẽsa sũt. quapropter nec eadẽ semp referũt͛:ab iis etiã qui quasi acuratius pquisita conscribunt:ex iis etiã nonnulli quãq; si mul & i exercitu & i pegrinatione fuissent:queadmodũ q cũ Alexãdro i asia militarunt:p͞sepæ q͞sque cuiq; contraria dicũt:qđ si de uisis tãtopere iter se discrepãt quid de iis putãdũ est quæ sciunt ex auditu? Sed nec q multo tẽpore post de iis cõscripserũt:nec q nunc eo nauigant quicq̄ exa cte dicũt:Apollodorus quidẽ pthicaꝝ rerũ conscriptor: quum mẽtionẽ de græcis facit q bactrianam cœperũt ac de Syriacis regibus a Seleuco Nicatore p͞fectis refert eos quũ admodũ aucti essent Indiam iuasisse.de prioribus autẽ rebus nihil omnino explicat imo pugnãtia dicit scribens plus indiæ illos q̄ macedonas subegisse:eucratidã scilicet mille urbes ha buisse:macedonas uero:gentes eas oẽs quæ iter hydaspem sunt atq; hy/ panim:numerũ urbiũ quinq; milia ac nouem: quaꝝ nulla minor esset eo meropide:atq; õnẽ hãc regionẽ Alexãdrũ poro tradidisse.præterea mer catores qui p nilũ & Arabicũ sinũ ex ægypto i Indiã nauigãt:pari admo/ dũ i gãgem usq; peruenịunt:atque hi quidẽ priuati homines & ad locorũ historiã minime idonei.Inde tamẽ ex uno loco & ab uno rege Pãdione & alio Poro:legati cũ muneribus ad cæsarẽ augustũ uenerunt. Itẽ sophi sta indus qui igne consumptus:tale de se spectaculũ exhibuit:quale Ca lanus Alexãdro.quare siqs rebus his omissis ad ea i͞spiciat: quæ ãte Ale/ xãdri memoriã gesta sunt multa obscuriora iueniet.sed par est alexãdrũ huiusmodi p͞speritatũ ãbitione pmotũ fidẽ his adhibuisse: unde Near/ chus ait eũ contẽdisse p Gedrosiã cũ exercitu p͞ficisci:quum intelligeret Semiramĩ ac Cyꝝ exercitũ i idiã duxisse:& illã cũ.xx. hominibus:Cyrũ cũ.vii.aufugisse:maximãq; esse Alexãdri gloriã qui p eadẽ loca & gẽtes uictor quũ exercitu seruatus fuerit.ille quidẽ credidit.Nos uero quomõ de rebus idicis certã fidẽ habebimus? Cui dicto Megasthenes cócordat dicẽs ãtiquis indoꝝ historiis fidẽ non esse adhibẽdã. Dicit enim nec ab Indis unq̄ emissam expeditionẽ:nec extrinsecus i Indiam queq̄ cum ex/ ercitu p͞fectum esse aut uicisse: præter Herculem & libeꝝ patrẽ & nup macedonas. Nã Sesostrim ægyptium & Tearconem & æthiopẽ usque i europã pcessisse ait. Naboco drosorum autẽ qui magis a Chaldaeis pro batur q̄ Hercules usq; ad columnas peruenisse. Quousque etiam Tear/ conẽ. Illũ uero exercitũ ex Iberia i thraciã pontũq; duxisse. Idanthyrsum Scythã Asiã excurrisse usq; in ægyptum. Indiam eoꝝ neminem attigis/ se. Semiramim priusq̄ egrederet͛ obiisse. Persas uero Hydracas ex India mercede accersisse. Illos autem copias suas i Indiam duxisse nũq̄: prope

tamē acceſſiſſe cū Cyrus duceret ī Maſſagetas Herculis & Bacchi res ge
ſtas Megaſthenes cū paucis quibuſdā credit. Alioꝝ magoa ps e qbus ē
Eratoſthenes fabuloſa & miníe credēda arbitrāť: ut græca Hā liber pa/
ter apđ Euripidē ī Bacchis iuuenum more ita íquit.

Aurifera adiui & culta Lydoꝝ loca.
Et Phrygiam:& uſtos ſole Perſarum campos.
Bactraq;:rigentēq; hyeme medoꝝ terrā.
Felicē Arabiā:atque Aſiā permeaui omnem.

Eſt etiā qdā apđ Sophoclē q Nyſſam decātat:ut mōtē Baccho ſacrum.

Vnde ego conſpexi debacchatam mortalibus claram nyſſam
Quam corniger bacchus iocundā ſibi obſtetricē colit.
Vbi ales non clangit.

Et cætera dicunt etiam Bacchum ad femur educatū. Poeta de Lycurgo
Edono ſic ait.

Qui quōdam altricem Bacchi ſacramq; ruebant.
Per Nyſſam.

Ac de baccho qdē hactenus. Herculē uero quidā tradūt ī aduerſa parte
tātū fuiſſe uſq; ad occidētis fines: Quidē ī utraq;. Ex his autem Nyſſeos
gētē quādā nominarūt:& Nyſſam urbē a Baccho cōditā & monti urbē
īminēti noīe femur:allegātes ederā ibi naſci:& uites q̄q̄ fructū ad matu
ritatē nō pducăt. Nā racemus prius q̄ grādeſcat effluit ꝓpter hymbriū
exuberānā. Dicūt præterea Oxydracas a baccho ꝓfectos: ꝓpter uites q̄
apđ eos naſcūť:& uictū ſūptuoſū & ꝓpterea q eoꝝ reges caſtrēſem ap/
paratū:& cæteros exitus cū tympāis & ſtola colore īfecta bacchico more
faciūt. qđ etiā apđ Indos cæteros pcelebre ē. Quū Alexāder petrā quan/
dā noīe auernū primo adortu cepiſſet: cuius radices Indus nō procul a
frōte ſuo pfluit gloriabūdi dixerūt: Herculē ter petrā adortū ter īde re/
pulſum fuiſſe: ab iis aūt q cū eo militauerāt ꝓfectos uolūt Sibas generis
ſignū ſeruātes qđ pellibus amitiātur queādmodū hercules & qđ clauas
gerant eaſq; bobus & mulis īurant. Hāc fabulā ex iis cōfirmāt q̄ de cau
caſo ac ꝓmetheo memorāť: quæ a parua qdē cauſa huc ex pōto trāſlata
ſunt. Nā quū ſactā quādā ſpelūcā apđ Paropamiſadas uiderēt: ī ea dixe
runt uictū fuiſſe prometheū: atq; herculē ut illū liberaret huc ueniſſe &
hūc eſſe caucaſum: in quo græci uinctum ꝓmetheum tradiderunt: quæ
oīa eoꝝ figmēta eſſe q Alexandro adulari ſtudebāt: certū ē ex eo maxíe
qđ ſcriptores non concordant ſed alii mentionem de hoc faciūt: alii mi/
nime. Non enim par eſt res adeo illuſtres & ābinone plenas nō eſſe audi
tas: & ſi ſūt audite nō uideť uériſimile nō fuiſſe exiſtiatas dignas mēora
tu: fuiſſe præſertim a fideliſſimis eoꝝ: Tū ex eo qđ ii p quos herculi &

baccho trãſeundũ erat: nullum ſignũ habent:quo oſtendãt illos ꝑ eã ter
rã trãſiuiſſe. Præterea eiuſmodi herculis ſtola m̃lto poſterior troiana me
moria figmẽtũ eoꝝ uidet̃:q̃ heracliam cõdiderũt:ſiue is piſander fuerit
ſiue alius. Antiquæ enim ſtatuæ talem ornatum non habent. Quare ĩ his
id tenẽdum eſt qđ ad ſidem ꝓxime accedit. Nos & ĩ ſuperioribus Geo/
graphiæ libris hæc digeſſimus quãtũ fieri potuit diligenter & nunc etiã
digeremus. Illis enim ad manũ utemur & alia adiiciemus quãtũ uidebi/
tur ad euidẽtiam oportunum. Sed ex digeſtione quæ tunc facta fuit: ea
præſertim certiſſima uidebãt̃:quæ ſũmatim ab Eratoſthene tradita erãt:
ĩ tertio geographiæ libro de ea ſcilicet quæ tũc India putabat̃: quum eã
Alexãder ꝑagrauit:& Indus flumen eius confinium erat. & Ariane quã
deiceps ad oriẽtẽ ſitã perſe tenuerũt. poſtea magnã eius ꝑtem Indi occu/
pauere macedonibus ademptã: Atque hæc ab Eratoſthene tradũt̃. Indiã
a ſeptẽtrione tauri extrema terminãt. ab Ariane uſque in oriẽtale mare
quæ ĩdigene ꝑticulatim nominãt popamiſum Emodũ Imaum & aliis no
minibus. Macedones uero caucaſum uocãt. ab occidente Indus fluuius:
auſtrale & oriẽtale latus:quæ ſunt longe aliis maiora ĩ athlanticũ pelagus
ꝓcurrũt. unde regio Rhõbi figurã præbet. Nã utrũuis maiorũ laterum
cõtrariũ ſibi latus tribus milibus ſtadioꝝ exuperat:quãrũ eſt commune
oriẽtalis & meridionale oræ ꝓmõtorium:qđ extra ĩ utrũq; æqualiter ex
currit ad aliam littoris regionẽ. Quare occidẽtalis lateris a caucaſiis mon
tibus ĩ auſtrale mare.xiii.milia ſtadioꝝ colligũtur ſecũdum ĩdũ flumen
uſq; ad eius hoſtia. q̃propter ex contrario orientale latus aſſumptis pro/
montorii tribus milibus erit.xvi.miliũ ſtadioꝝ. Atque hæc eſt & maxĩa
& minima regionis latitudo. Lõgitudo uero ẽ ab occidẽte ĩ oriẽtem: qđ
de ea ꝑte:quæ uſq; palibothra ꝑtẽdit certius dici poteſt. Nã Scoenis mẽ
ſurata ẽ & uiã regiã habet ſtadioꝝ.xx.miliũ. Vlteriora uero cõiectura de
prehendunt̃ per nauigatiões quæ ex mari fiunt ꝑ gãgem Palibothra uſ/
que. quæ ſunt ſtadioꝝ ſex miliũ. Tota uero uel breuiſſima ẽ ſtadiorum
xvi.miliũ ut ex certa diutnoꝝ itinerũ deſcriptione deprehendiſſe ſe Era
toſthenes affirmat cui etiam Megaſthenes aſſentit̃. Patrocles uero mille
ſtadia detrahit. Rurſum ſi huic diſtãtiæ ꝓmontorii diſtantia addat̃ præ
ſertim quæ ad ortum uergit ſcilicet tria milia ſtadioꝝ. Longitudo maxĩa
conficiet̃ quæ eſt ab ĩdi hoſtiis ſecũdum littoris regionem uſq; ad dictũ
ꝓmontorium & oriẽtales eius terminos. Hoc ĩ loco ii habitãt. qui cõiaci
uocant̃:ex his perſpici poteſt:quãrũ alioꝝ ſententiæ ſint diuerſæ. Nã cte
ſias dicit Indiam nõ eſſe minorem reliqua Aſia Oniſicritus dicit eã eſſe
tertiã orbis partẽ. Nearchus quattuor mẽſium iter per campum. Maga/
ſthenes & Deimachus moderatius. Nam ſupra.xx.milia ſtadiorum eam

ptē ponunt:quæ ab auſtrali mari ī caucaſum tēdit. Deimachus ſecundū quædā loca ſupra.xxx.milia:contra quos ī ſuperioribus ē a nobis diſpu/tatum. Nūc hoc tantū dicere ſufficiat:qđ id ueniam peritibus plurimū opitulat':quūq; de rebus indicis dicūt non affirmāt. Tota india flumini bus irrigat'.quoꝝ quædā in duo maxima irrūpunt:Indū atq; gangē quæ dā proptius hoſtiis ī mare emittunt & oīa ortū habēt a caucaſo primo ad meridiē delata.poſtea alia in eadē pmanēt curſu præſertim quæ ī Indū influūt.alia flectunt' ad orientē quēadmodū ganges q a mōtibus deſcē/dēs quū in planiciē peruenerit ad oriētē conuerſus:& Palibothra ciuita/tē maximā prætefluēs in eius mare pgredit':& unū hoſtiū habet:quāq̄ omniū Indicoꝝ flumē maximū ſit. Indus duobus hoſtiis in mare ad me ridiem emittet.Patraletinā complectēs ægyptio delta pſimilē. Ex horū fluuioꝝ uaporibus & eteſiis ſtagnat' cāpi. Nā & Eratoſthenes dicit Indiā æſtiuis hymbtibus madere:& eo tēpore linū ſerit' & miliū & Seſamum. Oriza & Boſmorus. Hiberno aūt tempore ſerit' triticū ordeū legumina & aliæ fruges eſculēte quaꝝ nos ignari ſumus:& fere eadem naſcunt' in India:quæ ī ethiopia & ī ægypto Indici fluuii omīa ferūt præter Hippo/potamū quāq̄ oniſicritus dicat eos etiā ī īdia pcreari.Ex hominibus me/ridionales colore ethiopibus aſpectu a capillatura aliis pſimiles ſunt.Nā pter aeris humiditatē non criſpant'. At boreales ægyptiis ſunt ſimiles: Taprobanē: Pelagiā inſulā diſtare dicunt ab auſtraliſſimis ptibus:quæ ſunt apd' Coniacos meridiē uerſus ſeptē dieꝝ nauigatiōe:eius lōgitudi/nē eſſe ad.viii.milia ſtadioꝝ ethiopiā uerſus In ea elephātos gigni. Hæc qdē ab Eratoſthene tradūtur quibus ea ſunt addenda quæ a nonnullis qui ꝓpriā ſcripturā cōponūt:exqſite dici exiſtimāt'. Ut ab Oniſicrito q huius īſulæ magnitudinē facit ſtadioꝝ.v.miliū Lōgitudinē uero & latitu dinē nullā diſtinguit:Diſtare eā a continēti.xx.dieꝝ nauigatione:ſed na/ues ueloꝝ uitio male nauigare:quæ etiā aluis non mitratis ſint fabricate. Inter eā atque Indiā alias inſulas eſſe:Ipſam uero omniū auſtraliſſimam. Circa eā gigni cete uitæ ācipitis:alia bobus alia eqs alia aliis terreſtribus animalibus ſimilia.Nearchus de fluuioꝝ effuſione hæc affert exēpla qđ dictū eſt:Hermi & Cayſtri & meādri & caici cāpos ſimiles eſſe pter li mūq e mōtibus delatus cāpos auget imo facit. Deferre autē flumina eū qui mollior ſit & pinguior:ex quo cāpi fiunt. Idque recte dici qđ tale ē quale illud qđ Herodotus de nilo ait:atque eius terra: qđ ea illius donū ſit.Et ꝓpterea nearchus putat Nilum recte eodē nomine uocari quo eti tiam ægyptus.Ariſtobulus dicit Solos montes & montium ima:pluuiā & niues ſentire.Campos uero tum hymbtium eſſe expertes: tum niuis ex incremento fluminum regionem inundari:in montibus per hyemē

K

capillatura

tiap

ningere. uere incipiente hymbres icipere ac semper magis augeri. Asiãis & die & nocte iugiter & copiose flumina effundi: usque ad arcturi exortum: ea niuibus & hymbribus aucta campos irrigare. Quæ omĩa & a se & ab aliis deprehensa dicit: quum ex popamisadis i Indiam cõtenderẽt: post Pleadũ occasum & i mõtibus imorarẽt: & Hypasioꝝ & musicã terram hyeme permearẽt. Vere autẽ incipiẽte quum i cãpos & Taxilã urbẽ maximã atque hĩc i hydaspem ac Pori regionẽ descẽdissẽt. Hyeme quidẽ aquã nõ uidisse sed niues solũ: & primo Taxilis pluisse: ac postq̃ i Hydaspem uenissent & potũ superassent: iter in Hypani facientes orientẽ uersus atque ĩde i hydaspem rursum continue pluisse & præsertim flãtibus etesiis: Arcturi autem exortu cessasse: & quum circa nauium fabricationẽ ad Hydaspem imorati essent: & non multis diebus ante pleadũ occasum nauigare cœpissent: totũ autumnum & hyemẽ & uer & aduẽtãtem æstatẽ in nauigatione occupantes circiter canis exortum i Pattalenã puenisse: quũque mẽsẽs. x. nauigassent nũq̃ aquam sensisse uigentibus etiã etesiis & fluminũ uero excrescentia campos inundari mare propter cõtrarios uẽtos itractabile esse: & nullũ flatũ a terra insequi. qđ etiã Nearchus affirmat: de æstiuis aũt hymbribus nõ cõcordat sed æstate dicit i cãpos pluere: Hyeme uero nequaq̃. De fluminũ excrescẽtia cõuenit iter eos. Nearchus cũ ꝓpe Acesinẽ castrametatus esset: dicit se coactum fuisse ut locũ aliũ ascẽsu arduũ imutaret: idque circiter æstiuale solstitiũ cõtigisse: Aristobulus excrescẽtie mensuram cubitoꝝ. xl. tradidit: quoꝝ uiginti alueũ implerẽt supra priorẽ ꝓfunditatẽ usque ad labrum: reliq autẽ. xx. i campos effunderent. Sed in hoc potissimum cõcordãt: qđ contingit urbes ĩsulas effici cũ supra aggeribus constitute sint queadmodũ i ægypto contigit & ethiopia. Post arcturũ iã aqua subcidẽte cessare iundatiõem. Addit etiã terrã semigelatã & frigore fissam seri & fruges optimas gigni. Aristobulus dicit Oryzã in aquis clausis stare factis areolis q̃busdã: eãque esse altitudine cubitoꝝ quattuor. multi fructus multarũq; spicaꝝ meri circiter pleados occasum emũdari ut speltã. Nasci etiã i bactriano agro: & in babylonio & i Susio & i iferiore syria. Megillus scribit eã ante pluuias seri: consitione tamẽ & irrigatione indigere & clausis aq̃s irrigari. Bosmorus quẽ Onisicritus ait in ueneratiõe esse: minor ẽ tritico & inter amnes nascit̃. Torretur autem quũ i area excutitur: sed iurãt ne prius eũ ex area moueãt q̃ igni cõcoxerit: idcirco ne semẽ exportet̃. Hãc regionẽ ægypto & ethiopiæ similẽ dicit. Rursum Aristobulus contrarietate allata: cũ nilus ex hymbribus crescat. Indiæ uero flumina ex septentriõalibus: querit q̃re ĩtermedia loca hymbribus carẽt. Nã nec iter Thebaica usq; i Syenẽ & loca Meroe ꝓxia: nec i ĩdiæ ꝑtibus a Pattalena usq;

in Hydaspem pluit. Vlteriorē uero regionē: ī qua & pluit & ningit: per inde excoli dixit: atq; aliā quæ ē ultra Indiā cū ab hymbribus & niuibus irrigeť. Atque ex iis quæ cōmemorat uerisimile ē terrā facile a terræmo tibus cōcuti ab humiditate laxatā & facile rūpi ut etiam fluminum aluei īmuteņť. Vnde ad negotia quædā missus uidisse se ait: plurium mille ur bium & uicoꝝ regionē desertā: cū Indus propriū alueū reliquisset & ad sinistrā cōuersus esset ī alium longe ꝓfundiorē & quasi abrupisset: adeo ut regio ad dextrā relicta non āplius effusionibus irrigareť: cū nō modo alueo sublimior esset: sed etiam omni fluminis iundanone: qđ aūt flumi na excrescant & qđ uēti a terra non spirēt: id concordat qđ ab Onisicri/ to dictū est Is enim maritimā orā dicit palustrē esse præsertim ad flumi/ nū hostia propter limū & maris affluxū. & ꝓpterea qđ marini uenti pre ualeant. Megasthenes Indiæ fecunditatē ex eo maxīe declarat: qđ eā bis fructū ferre dicit & bifariā nominat quēadmodū Eratosthenes: qui inq̃t alterā hybernam sementē alterā æstiuā quomodo & hymbrē. Nullū enī ānum īueniri dicit utroq; tēpore sine pluuia: quapropter cōtingit ānū fe racē esse: cū semp terra sit fecūda fructus autem arboreos multos gigni. Arborū radices præserti magnaꝝ arūdinū & natura & decoctiōe dulces esse: aqua a solibus tepefacta: tam cælesti q̃ fluuiali q̃si dicat qđ ea q̃ apđ alios & fructū & succoꝝ maturitas diciť: apđ illos coniectio est: quæ tan tū ad dulcedinē operať q̃ntū ea quæ p ignē fit: quapropter dicit ramos ex quibus rote fiunt flexibiles esse ob eandē causam: ī quibusdā lanam nasci ex qua Nearchus ait Sindonas rexi & macedōes ea ꝓ tomēto usos sagula confecisse & serica huiusmodi esse: Bysso scilicet ex corticibus q/ busdā excarminata. Dixit enā arūdinē mel sine apibus gignere: & cū nō sit arbor fructifera. Ex fructu tamē ebriū facere. India multas quidē ad/ mirabiles arbores fert. E quibus una ramos ad terrā ꝓnos habet: frontes uero non minores clipeo. Onisicritus q curiosius ea ꝑsequiť quæ sunt ī musicani terra īdiæ australissima: refert arbores quasdā ingētes esse: qua rum rami cū ad duodenos cubitos. creuerint reliquū incremētū ꝓnum faciūt deflexi quousq; terrā cōtigāt. Deīde terrā īgressi radices agūt uelu ti ꝓpagines: deīde rursus in trūcū exeūt: a quo postq̃ aucti fuerint īde fle ctunť & aliā ꝓpaginē efficiunt deīde aliam: & sic deinceps: ut ab una ar/ bore umbraculū fiat: tabernaculo multicolōnio simile. Narrat præterea miras arboꝝ quarūdā magnitudines: quaꝝ stipitem uix quique homīes cōplecti queant. Aristobulus ubi Acesines hyarotidi ꝑmisceť: de arbori bus dicit quæ ramos deflexos habēt & de earū magnitudine. ut sub una arbore quinquaginta equites meridiari possint. Ille uero quadringentos ait. Refert etiam Aristobulus arborem esse non magnam quæ magnas

siliquas habeat ut faba: denorum digitorum longitudine: mellis plenas quas qui ederint nō facile euadāt. Qui dixerūt trāsnyaronidē uisam fuisse arborē quæ umbrā in meridie faceret quinque stadiorum: cūctos exuperāt de arborū magnitudiē. Hic quoque lanigerarum arborum florē nucleū habere: quo detracto reliquū ut lana carmineꝰ. In musicani regione frumētū spōte nasci tritico psimile. Itē uites uini feras cum cæteri uino carere Indiā dicāt. adeo ut nec ibi tibia fit: ut Anacarsis īquit. nec ullū aliud musicū instrumētū præter cymbala & tympana & crotala: quibus uti prestigiones solēt: & quod India multa medicamenta habeat & multas herbarum radices tū salutares: tū noxias quēadmodū & m?tos colores & hic & alii dixerūt. Addit legē esse siquis perniciosum aliquid excogitarit. & remediū nō adiueniat morte plecti. qd̄ si adiuenerit honore premioque a regibus affici. habere Indiā quæ australis est cinamomū nardū & alia aromata: quēadmodū Arabia & ethiopia cū his sole persimilis sit. differat autē aquarum abundantia. Vnde aer udus est & fecundus & ualde nutritiuus. Eodē modo & terra & aqua: quapropter animalia tū terræstria tū aquatilia apd̄ Indos quam cæteros magna sunt: & nilus cæteris fecundior est: & magna pducit: cū alia tū ea quæ āciptis sunt uitæ: Aegyptiæ quoque mulieres īterdū quattuorgeminos pariunt. Auctor ē Aristoteles quādā septegēmios peperisse: qui etiā Nilū fecundissimū uocat: & nutritiuū ꝓpter moderatam solis decoctionē relinquētis nutrimētū & supfluū euaporātis. ex eadem causa uerisimile est id contigere quod hic dicit qd̄ nili aqua dimidio minori igne decoquitꝰ quā cæteræ aquæ. Quāto magis inquit nili aqua: mltā & angustā regionē ī rectū pmeat: & multos aeres & mundi plagas permutat. Indica uero flumina ī maiores latioresque effundūtꝰ cāpos diu ī eisdē regionibus imorātia: tāto illa hoc magis nutriunt. unde & cete pluria generant & maiora. Dicūt præterea aquā iara decoctā enubibus effundi: qd̄ Aristobulo nō placet qui negat ī cāpis pluere. Onesicrito aūt uidetꝰ. Itē aquā causam esse ꝓprietatū ī animalibus cuius signū affert: qd̄ pegrina pecora ex hoc potātia colores suos ad alienū imutāt colorē: quod pfecto dictū est: qd̄ aūt ethiopes nigri sunt & crispi: nequaquam ī meris aqs causam ponendam esse: quod uero Theodectem crimineture qui causam referat ad solem quum sic ait:

Quibus ꝓpinquam phœbus admouens rotam:
Atra fauilla corpora infecit nitum:
Caloribusque adutēs præpotentibus:
Retortidas crispauit illorum comas:

Rationem aliquam habet: dicit enim solem non esse uiciniorem ethiopibus quam aliis sed magis perpedicularem: & propterea magis adurere. unde

nõ bene dici solem ꝓpinquum quum ab omnibus æqualiter distet nec
calorem esse nigredinis causam. Nam nec iis qui in uentre sunt matris:
quos nõdum Sol attigit sed melius dicũt qui causam soli tribuũt & eius
adustioni per uehementem quandam summi humoris attractionem:
q̃obrem diximus indos nõ crispari nec eoꝝ colorẽ aduri cum talia non
patiant̃: quia humido aere pticipant In utero autem p seminalem dispo/
sitionem iam tales fiunt quales fuere qui eos genuerũt. Hoc enim modo
& passiones a generatione cõtractæ: & aliæ similitudines dicunt̃. Quod
autẽ Sol eque ab omnibus distet. hoc ad sensum dictũ est nõ autẽ ad ra/
tionẽ. Atque ad sensum nõ quomodocũque: sed ut terrã dicimus ad So
Arbies habitant:eodē nomine quo Arbis flumē appellati:quod eos a se quētibus oritis disterminat mille fere stadio℞ orā habētes: ut Nearchus uult:quæ & ipsa Indo℞ pars est:postea sunt Oritæ gens liberæ conditionis:quo℞ prǽternauigano mille & octīngēto℞ stadio℞ est:postea Ichthyophago℞ ora:vii.milliū & quadrīgento℞.Postea Carmanio℞ triū milliū & septingento℞:usq₃ ī persiā:quare uniuersa stadia sunt.xii.millia & nōgēta.Ichthyophago℞ regio secus mare est & magna ex parte arboribus caret:raritas ī ea palma℞:Achanti myricæ:aqua℞:& domestici cibi maxima est. Vescunt̄ piscibus tū ipsi:tū eo℞ pecora:& aquas pluuiales:ac fossiles potāt:peco℞ carnes piscibus præbent: domicilia ex ossibus ceto℞ & ostreo℞ conchis:magna ex parte faciunt.Nā trabium & fulco℞ usum coste præstant:portas maxille & uertebris fiunt mortaria: in quibus pisces subigunt̄:ad solē assant̄:postea ex his panē conficiunt: frumēti paululū admiscētes.Nā & molas hñt:quāq̄ ferrū nō habeāt : qđ nequaq̄ mirādū est:id enim aliunde afferri potest: concidūt eas cū attrite sunt: lapidibus iis quibus & sagittas:& missilia preusta exacuunt: pisces partim in cupis panariis assant:prim(quod frequēter fit)crudos edūt.Capiūt eos retibus ex cortice palma℞ factis. Vltra hæc est Gedrosia:minus q̄ India exusta q̄ reliqua Asia magis.Ea fructuum & aqua℞ inopia laborat:nisi æstate:nec multo melior est:q̄ regio Ichthyophago℞:fert tamen aromata præcipue nardum & myrrā:ut Alexandri exercitus his pro tecto & stratis uteret̄: odoratiorem simul:ac salubriorem aerē habēs: ac de īdustria quidē sub æstiuū tēpus ex india discessere. Tunc enim Gedrosia hymbribus abundat:& flumina:& aquæ augent̄ hyeme deficiunt.Cadūt hymbres ī supioribus septētrionis partibus: in locis montanis unde fluminibus auctis campi mari proximi irrigant̄ & aquis abundāt. Alexander aqua℞ inquisitores in deserta præmisit & eos:qui sibi & classi mansiones pararēt. Nā copiis trifariā diuisis:ipse cū exercitus parte: per Gedrosiā ꝑfectus est:remotus a mari quingētis stadiis per plurimū:ut simul & classi oram commodā pararet:& ipse nonnūq̄ mari appropinquaret:quod difficiles qdē & asperas actas habebat:exercitus uero partem cū cratero præmisit ī mediterraneā:ut & Arianā caperet & ī eadem loca ꝑcederet ī quæ ipse iter erat facturus. Classem autē naro tradidit. Onesicrito nauiū præfecto iubēs:ut ordinate sequeret̄:& eius itineri prǽternauigarent. Nam & Nearchus refert:iā rege iter peragēte:ipsum ī autunno sub uespertinū exortū Pleados:nauigationē incœpisse quū nondū aptī flatus spirarēt barbaris eos adoriētibus:atq₃ urgētibus:iā.n.abeūte rege libertatē & audaciā coeperant Craterus ab hydaspe mouēs:ꝑ Arachotos:& drangas: ī Carmaniam ꝑfectus est. Alexāder per sterilē terrā toto itinere penuria laborauit.

e longinquo tamẽ parua quædã:& rara ueniebant ut exercitus fame pre
meret̃ & iuméta deficerẽt & in uiis & in castris impediméta reliquerẽt̃.
Palmarum fructus: & medulla multos seruauere. Dicunt Alexandrum
summope contendisse: cum difficultates sciret:ex fama quæ obtinebat:
Semirami cum.xx.incolumẽ euasisse: cyꝝ uero cum.vii. Si posset ipse
uictor per eadem loca tantũ exercitũ incolumẽ educere præter cæteras
difficultates grauis erat æstus & arenæ ꝓfũditas & ardor nõnullis ĩ locis
arenæ cumuli muniebantur unde difficulter pedes referri poterant:tãq̃
ex aliquo profundo accliuia quoq; ac decliuia frequentia erant. Ad hæc
diurna etiã itinera longa fieri oportebat: propter aquaꝝ iopiam ducẽte/
nũ quadrĩgẽtenũue stadioꝝ nõnũq̃ etiã sexcẽtenũ frequẽtius noctu iter
agebãt. Castra ꝓcul ab aquis ponebãt:sæpenumero in tricenis stadiis ne
ꝓpter sitim nimis implerẽt̃. Nã multi aquã nacti: cũ armis bibebãt: ĩ eã
se ĩmergẽtes unde ĩtumefacti exanimes fluitabãt quapropter aquæ oẽs
cũ breues essent cõtaminabant̃ Alii siri perditi: ĩ media uia ad solẽ iace/
bãt:deĩde tremuli cũ manuũ ac pedũ cõcussu:moriebant̃ ac si ab rigore
atque horrore detinerẽt̃. Cõtigit etiã ut nõnulli iter deflectentes conso
pirẽt̃ somno:& lassitudĩe superati:unde postea uiaꝝ errore & omniũ dif
ficultate:& æstu deperibãt:fuere qui post multas ærũnas seruarẽt̃. Dilu
uiũ quoq; torrentis ꝑ noctẽ ĩgruẽtis:multa corpora:& utẽsilia obtuit:&
maxima pars regiæ supellectilis deleta ẽ. Sæpe uiaꝝ duces ob locoꝝ ĩpi/
tiã in mediterraneã diuerterũt:adeo ut non amplius mare appareret:qđ
rex intelligẽs:mox ad quærẽdũ littus properauit. In quo postq̃ effodiẽti
aqua poculẽta inuẽta est:exercitũ propere accersit:ac deĩceps usq; ad di/
em septimũ ꝑ littoreã regionẽ ꝓfectus est:aquis abundãs: postea mox ĩ
mediterraneã secessit. Erat arbor lauro similis:qua gustata inuẽta omnia iumenta
cũ spuma ĩ morẽ comicialis morbi emoriebãt̃. Spina quædã fructibus
ĩ terrã fusis quẽadmodũ cucumeres erat succo plena: cuius aspgines in
quodcũq; anĩal incidissẽt id oculis excæcabãt capiebãt. Crudæ palmulæ
mltos enecabãt:a serpẽtibus etiã piculũ aderat: Nã ĩ arenæ cumulis hær/
ba quædã innata:serpẽtes occultabat:a quibus icti illico moriebant̃. Di/
cũt apud Oritas:loetiferis ueneriis sagittas præustas illini. Quũq; ptole/
mæus saucius piclitaret̃:ferũt quendã Alexãdro ĩ somno astitisse: atque
ei radicẽ cũ ramo ostẽdisse:quã contritã saucio impõi iussit. Experrectũ
a sõno & uisi memorẽ quæsitã radicẽ inuenisse: quæ multa aderat: Atq;
& ipsum:& alios usos fuisse: Ac barbaros quũ ĩuẽrũ remediũ uidissẽt se
Alexãdro dedidisse. Verisimile ꝓfecto ẽ aliquẽ eã regi idicasse:sed adu
lationis gratia adiũcta fabula ẽ die sexagesimo:ĩ Gedrosicꝝ regiã ab ori/
tis ueniẽs:cũ exercitus paululũ quieuisset:ĩ Carmaniã ꝓfectus ẽ: Australe

Arianæ latus huiuſmodi ſitum ore habet & ulterioris gedroſiorꝫ & oti/
tarum terræ:quæ ꝓxime íminet.Multa enim eſt gedroſia: & in meditet
raneã recedit quouſq; Drangas cõtigat & Arachotos & paropamiſades:
de quibus Eratoſthenes ſic ait:nihil enim habemus quod quidẽ melius
de ipſis dicãus.Dicit ergo Arianã ab Oriente Indo terminari. Ab auſtro
mari magno.Ab aquilone.Paropamiſo:& ſequẽtibus monnbus uſq; in
caſpias portas. Ab occidẽte iiſdẽ mõtibus quibus pthia mediam uerſus.
Carmanea uero paretacinam & Perſiam uerſus terminata eſt.Regionis
latitudo eſt Indi longitudo:a Paropamiſo uſq; ad hoſtia.xii.millia ſtadio
rũ ſunt qui.xiii.millia faciant & longitudo a Caſpiis portis duplex eſt:ut
in Aſiancis itineribus deſcriptũ eſt.Nã Alexandriã uſque:quæ apud ari
os eſt.A caſpiis portis:ꝑ parthiã una eadẽq; uia eſt. poſtea eſt: quæ recta
it ꝑ bactrianã:& montis tranſcenſum: qui in oroſpana fit ꝑ triuim: quæ
ex bactis eſt apud Paropamiſadas:Altera paululũ ab Aria auſtrũ uerſus
deflectit:ꝓphthaſiã.Drangiane poſtea rurſum: uſq; ad Indiæ montes:&
Indũ flumẽ.quare ea:quæ per drãgas it: & Arachotos uniuerſa lõgior ẽ
xv.millibus ſtadiorꝫ:&.ccc.Si quis autẽ mille &.ccc.detrahat:habebit re
liquã regionis longitudinẽ in rectũ.xiiii.milia: quæ non multo minor ẽ:
q̃ maritima ora:& ſi nõnulli ad.x.millia carmaniã addãt ſex milliũ eã po/
nẽtes:aut enim cũ finibus ponere eã uidebunt:aut cum ora Carmanica
quæ intra pſicũ ſinũ ẽ.Arianæ nomẽ uſq; ad partẽ quãdã perſaꝝ:& me/
dorũ:& ſeptẽtrionaliũ bactriorũ: ac ſogdianorꝫ extẽdit. Sunt enim qua
ſi eiuſdẽ linguæ.Gentiũ ordo eſt huiuſmodi.Secus Indũ ſunt Paropami
ſadæ: quibus Paropamiſus mons imminet: Poſtea Arachoti ad auſtrũ:
deinceps ad auſtrũ Gedroſini & alii qui orã habẽt: omnibus enim ad lo
corꝫ latitudines Indus adiacet:eorꝫ quæ ſecus ídum ſũt:partẽ habẽt indi:
cũ prius eſſent perſarũ:Ea Alexander Arianis ademit: & per ſeſe cõſtitu
it.Poſtea ſeleucus nicator ea dedit Sadrocoto contracta cũ eo affinitate:
ac ꝓ iis.l.elephãtes accepit.Paropamiſadis ad occidẽtẽ Arii adiacẽt:Ara
cothis & Gedroſiis drãgæ.Arii & ad aq̃lonẽ:& ad occidẽtẽ drangis adia/
cẽt:aliquantũ quodãmodo circũdati.Bactriana ad ſiniſtrã Ariæ adiacet:
& Paropamiſadis:per quos Alexander caucaſum trãſcẽdit:in Bactrianã
Deinceps ad occidẽtem ariis parthi adiacent:& loca caſpiaꝝ portaꝝ. Par
this aũt ad auſtrũ Carmaniæ deſerta:poſtea reliqua Carmania & Gedro
ſia:ſed prædicta mõtana maxime cognoſcent:ſi quis uiã norit qua uſus
eſt Alexander:quũ beſſum ex parthia í Bractianã perſecutus eſt.Nam í
Arianã uenit:poſtea í drangas:ubi philotas deprehẽſis inſidiis Parmeni
onis filium interemit.Patris aũt íterſectores:q eum ut cõſilii cõſciũ:ítere
merãt:miſit ecbatana, Dicũt eos camelis dromodariis.xxx.xl.ue dierum

itinere i diebus.xi.pacto rem confecisse. Drangæ alioquin persice uiuen res: uini copiã nõ habẽt. Nascit̃ apd̃ eos cassiteros deide ex drangis Alexander uenit in Euergetas: quos Cyrus sic nominauit: & i ea Arachotos ꝑ Paropamisadas Pleade occidẽte: nã ea regio montana est: & in ea tunc ningebat: quare difficulter adibat̃: sed frequentes uici: & reꝝ omniũ copioli præter oleũ: eoꝝ molestias leuabãt: ad sinistrã summa mõtiũ habebãt. Ad meridionales paropamisi ptes idica sũt: & ariana. Ad septẽtriõales & occidẽtales Bactriana. hyeme ibi peracta & urbe condita: habẽs Indiã ad dextrã: transiuit i bactrianã: p iter arboribus nudũ: præter q̃ Terminthö eoque nõ multo fructicoso: tamẽ in sũma frumẽti iopia: ut iumẽtoꝝ carnibus uescerẽt̃: atq; iis crudis ꝑpter lignoꝝ penuriã: sed ad hanc cruditatẽ concoquẽdã: Silphii copia aderat. Quintodecimo die ab hibernaculis: & urbe quã cõdiderat: Adrapsa peruenit Bactrianæ urbem. Circa has partes: quæ Indis sũt conterminæ est choarina ex omnibus quæ sub pthis sunt: Indiæ ꝓxima. Distat ab ariana per arachotos & dicta mõtana x. & nouẽ millibus stadioꝝ: & hanc regionẽ Craterus oẽm ꝑmeauit sub igens eos qui patere recusabant: ut cũ Alexãdro iungeret̃: & ꝑfecto sub idem fere tẽpus utriq; exercitus pedestri itinere in Carmaniã concurrerũt: paulopost Nearchus in Arabicũ sinũ nauigauit: multa & ꝑpter errores & ærunnas: & cetoꝝ magnitudinẽ ꝑpessus: & quãq; uerisimile est nauigãtes multa garrire ueꝝ tñ mala sibi iminuisse significarũt: & si magis metus q̃ periculũ affuit plurimũ eos turbabant: physeterum magnitudines fluctũ maximũ & accumulatũ & caligiñe tãtã reflatiõibus excitãtes: ut q̃ ãte pedes erãt cõspici nõ possẽt. Sed quũ nauigationis duces illis timẽtibus & causã ignorãtibus idicassẽt: beluas esse q̃ facile tubaꝝ sonitu & plausu exaudito discederent: Nearchus naues i fluctũ eget qua maxie arcebat̃ ac tubis beluas exterruit. Ille undas subeũtes nauale certamẽ a puppi minabãt̃ ueꝝ subito cessauere: Quod nũc i Indiã nauigãt beluaꝝ qdẽ magnitudies referũt quæ nec gregati nec sæpius se offerãt: sed discedãt clamore ac tubis repulsæ. Dicũt eas terræ nequaq̃ appropinq̃re ossa uero iã dissolutaꝝ a fluctibus facile eiici: & materiã faciẽdaꝝ tegetũ Ichthyophagis suppeditate. Nearchus cetoꝝ magnitudinẽ uicenũ & ternũ passuũ refert quod aũt ꝑ uero ab iis habebat̃ qui i classe erãt: Nearchus falsum redarguisse dicit ꝙ insula quædã esset in transitu quæ accidentes quousq; aboleret. Nam quum lembus quidã ꝑpe isulã nauigasset nũq̃ ãplius uisus ẽ: unde homines ad inquirendũ missi quũ i isulã exire non auderẽt: sed præter nauigãtes clamore amissos reuocatẽt nemie exaudiẽte reuersi sũt: quũ itaq; oẽs crimẽ in insulã cõferrẽt: nauigasse se dicit & adacta naui cum parte nauigãtium egressum: insulã omnẽ collustrasse

quumque nullum quæsitoꝝ uestigium inuenisset:re desperata redisse
atque docuisse falso insulã criminari nã & sibi: & sociis idẽ fuisset interi
tus:sed alius ꝓfecto exitu modus esse lẽbo debuit:cũ isinita accidere pos
sint.Carmania ab Indi hostio ultima est: Ar primũ quidẽ eius ꝓmonto/
rium ad Austꝝ in mare magnum expositũ est quum uero persici sinus
os fecerit:ad ꝓmontoriũ felicis Arabiæ quod in conspectu est persicum
sinũ uersus:inflectit quousq; persiæ coniũgat multũq; in mediterraneã
iter gedrosiã pciãq; porrigit plus tñ gedrosiæ preuaricat ad aqlonẽ qđ
fœcunditas declarat. Parthia enim omnia fert & magnas arbores gignit
præter oleam & fluminibus ẽ irrigua. Gedrosia uero paꝝ differt a terra
Ichthyophagoꝝ:ut sæpe eã sterilitas opprimat quapropter ãni fructus: i
plures ãnos recondũt.Onesicritus tradit flumẽ esse in Carmania:qđ au

Auri strigilem
Argentũ fossile
Arsenicum.

ri strigilẽ ferat. Itẽ argenti fossilis & æris & rubrice minii uenã & mõtes
duos alteꝝ arsenici alteꝝ salis. Habet etiã deserta quædã quæ iã quũ par
thia & Paretacina cõiungunt. Itẽ agriculturas persicis similes: præcipue

Vitis Carmanica fert
Racemos bicubitales.

uitem carmanicã a nostris uocitatã quæ sæpe bicubitalẽ, racemum facit
magnis acinis ac densis. Par est enim eã ibi fœcundiorẽ esse.Hi propter

Asini bellatores

equoꝝ inopiã:asinis in bello plurimũ utunt & Asinum Marti sacrificãt
quẽ solum perse ex omnibus diis colunt & bellicosi sunt.nemo uxorem
ducit.nisi prius hostis caput amputatũ ad regẽ ptulerit. Rex caluaria in
regia collocata:linguã minuratim secãs pane permiscet: postea degustatã
ei qui attulit:& familiaribus edẽdã præbet:atq; ille præclarus est:cui mľ
ra capita sunt allata.Nearchus refert Carmanitaꝝ mores ac sermonẽ ma
xima ex parte persaꝝ esse:ac medoꝝ.Os persici sinus maius ẽ: q̃ una die

Persia

transfretari possit.Post Carmaniã persia est:multa sane in ora sinus q ab
ea nominat: sed longe maior in mediterranea: præsertim ĩ longitudine:
quæ ab Austro & Carmania ĩ septẽtrionẽ & medicas gentes pertẽdit.&
tertia ẽ natura & aeris tẽperie:Nã ora maritima æstuosa est.ac uentosa &
fructuũ inops præterq̃ palmaꝝ.Ea in quattuor millibus:& quadringen/

[illegible]

tis stadiis uel in.ccc.cẽset & in flumẽ deflectit:quod ibi oroates appella/
tur.Regio uero ultra hanc cãpestris est:& omniũ ferax:& optima peccꝝ
nutrix:fluminibus & lacubus plena.Tertia est hyemalis ac montana aq
lonẽ uersus.In extremis eius partibus sunt Cameloꝝ pastores: lõgitudo
est(ut Eratostheni placet)in septentrionẽ & Caspias portas ad.viii.millia
stadioꝝ:secundũ ꝓmontoria quædã occurrẽtia.Reliqua ẽ ĩ caspias por/
tas nõ pluriũ duobus millibus stadioꝝ:longitudo uero ĩ mediterranea:a
Susis usq; psepolim stadioꝝ quattuor milliũ &.cc.atq; hic usq; ĩ Carma
niæ fines:sunt mille & sexcenta.Nationes incolunt regionem quæ Paris/
chores appellantur. Item Achemenide: & magi qui honestũ quoddam

uiuendi genus sectanť.Item Cyrtii & Marai quoqȝ alii prædatores sunt:
alii agricultores:& fere susia psiæ ps est inter eam & babyloniam posita
& Susa urbē clarissimā habet. Nam psæ ac Cyrus supatis medis quum
ppriam terram in ultimis sitam uiderēt.Susiā uero iterius & babyloniæ
& aliis gētibus ppinquam:in ea impii sedem locauerūt:simul & regiōis
confiniū ostēdentes:ut urbis dignitatem & quod maximū est:Susii nūq̄
ex sese magnis rebus isidiati sunt:sed semp subditi fuere: in pte maioris
cōuentus collocati:nisi heroum tēpore.Susa enim a Tithono cōdita di/
cunť:Memnonis patre ambitu.c.&.xx. stadioȝ figura oblōga cuius arx
Memnonū uocabať.Susii etiā Cassii sunt appellati.Nā æschylus mem/
nonis marrē cassiam uocat.Memnon ipse sepultus diciť circa paltū Sy/
riæ iuxta flumen bandā(ut Simonides ait)in mēnone dithyrambo delia
coȝ.Vrbs mœnia & templa & regiæ structura erant babylonicis simi/
lia ex coctili latere:& bitumine ut quidā ediderūt.Policletus dicit eā sine
mœnibus fuisse.cc.stadioȝ ambitu. Quum regias apud Susa maxime
exornassent: nihilominus psepolitana & Pasargadia magnope coluerūt.
Nā & gaza & thesauri:& Persaȝ monumenta ibi erāt ut i locis pgenito/
rū munitioribus. Erant etiam regiæ aliæ Gabis in supioribus psiæ parti/
bus:& in ora iuxta eam quæ Oca dicebať atque hæ quidem quū p se im
perarent.Posteriores autem aliis: atque aliis ubi sunt tenuioribus(ut ui/
deť)utpote persia iam diminuta:& a Macedōibus ac parthis plurimū la
befacta.Nam & si adhuc psæ regnant: pprium regē habētes: uiribus ta/
mē longe sunt inferiores:& Parthoȝ regi adhærescūt.Susa itaqȝ in medi
terranea iacēt: trās choaspē flumē iuxta pōtē.Regio usqȝ ad mare descē
dit.Eius ora est a finibus psicæ ore:usqȝ ad Tigris hostia trium milliū se
te stadioȝ.Choaspes p regionē fluens in eandem oram desinit: ortū ha/
bens ab uxiis.Inter Susa enim ac Persiā mōtana quædā aspera & præru
pta interiacēt:quæ angustias habēt difficulter peruias:& omnes præda/
tores qui mercedem a regibus exigebant:apud ingressum qui ex Susis
est i Persiā:addit Polycletus Choaspē & Eueleū:& Tigrim i lacū quēdā
ifluere:postea inde in mare emittere: iuxta lacū Emporiū esse: cū flumia
maris merces nō recipiāt:nec emittāt pprer Cataraetus de industria fa/
ctos:pedestri itinere ad mercatū pficiscunť:qdā dicunt octoginta stadia
esse usqȝ ad urbē Susa:quidā uolūt flumina oīa:quæ Susiā puadūt in ti/
gris flumē ifluere:ac etiā euphratis cānales:qui itermedii sūt: & ppterea
ad hostia pasitigri nomiari.Nearchus cū Susiæ præternauigationē palu
strē dicat addit terminum eius esse euphratem & in ore uicum habitari
qui merces ex Arabia suscipiat:ac deīceps Arabum oram ori euphratis:
& pasitigrios cōiungi.Loca media oīa:a lacu quodā occupari: qui tigrim

in se recipit.c.&.l.stadiis:Pasitigrim adnauigãti ratẽ esse:quæ ex Susis ĩ
Persiam ducit.Eamque a Susis abesse stadiis.lx.Pasitigrim uero ab oroa
tide duobus millibus fere stadiorum nauigationẽ per lacũ in os. Tigris sta
diorum.lx.esse.Ad os Susianũ uicũ habitari quingẽtis stadiis a Susis distã
tem.Ab ore euphratis usque Babylonẽ nauigationẽ esse per loca bene ha
bitata:supra tria millia stadiorum.Onesicritus autor ẽ Euphratẽ:tegrimque ĩ
lacũ mittere:tursumque euphratẽ e lacu egressum pprio ore ad mare iun
gi.Sunt & aliæ cõplures ãgustiæ uxios transeunti iuxta persiã:quas Ale
xander ui pmeauit ad persicas portas & loca alia transiens regionẽ & ui
dere pperans principales eius ptes & thesauros:qui p tot tẽpora erant:q
bus psæ Asiam tenuissent:& multa flumia traiecit:quæ regionẽ rigant:
& in psicũ sinum deferunt.Nã post Choaspẽ Copratas:& Pãsitigris q
etiã ex uxia fluit.Item Cyrus:qui circa Pasargadas p cauam psiam fluit.
Ab eo rex appellatus est.Nam p agradaton cyrus dictus est.Iuxta Perse
polim Alexander Araxem traiecit. psepolis magnificas regias habebat:
& fabrica sumptuosa in Araxẽ ex patetacis descendentẽ:Medus influit
ex media delatus.Hi per cõuallẽ regum omnium feracẽ & Carmaniæ iun
ctam deferũt:& orientalibus regionis ptibus quẽadmodũ & persepolis.
Alexander Persepolitanis regiis cõcrematis:ultus est græcos:quorum & illi
sacra & urbes ferro ignique uastassent/deinde ĩ Pasargadas uenit:ubi erat
antiqua regũ sedes.Hic Cyri sepulturam ĩ hortis uidit turrim non sane
magnam arborum densitate occultam a parte inferiore solidã:superiore te
cto & sacello exornatam:quod perãgustum aditũ habebat p eum Aristo
bulus ĩtroisse se ait iubẽte rege atque sepulturã exornasse & aureã lecti
cam uidisse & mẽsam cũ poculis & aureũ alueolũ & uestẽ plurimã & or
natũ lapillis incrustatũ atque hæc uidisse affirmat quũ primo accessisset
postea direptã fuisse ac cætera quidẽ asportata:lecticã uero confractã &
alueolũ transpositũ mortuũ autẽ:& nusq̃ apparere quod nõ Satrape sed
prædatorum opus fuerat qui ea reliquerãt quæ asportare nequiuerũt quæ
quidẽ cõtigerũt cũ Magorum custodia imposita esset:qui quotidie ouẽ ac
cipiebãt ĩ alimẽta quot mẽsibus autẽ equũ.Nã Alexãdri absentia ĩ India
& bactris: pmulta innouari præbuit e quibus hoc unum est.Sic.n. Ari
stobulus refert & huius epigrammatis mentionẽ facit. O homo ego Cy
rus sum Asiæ rex qui persis ĩperium cõstitui. Ne igitur mihi sepulturam
inuideas.Onesicritus ait turrim.x.tabulatis excelsam fuisse & in supiore
tabulato Cyrũ iacere. Cũ græco epigrãmate psicis litteris insculpto.Cy
rus ego:Rex olim regũ conditus hic sum. Idẽ alio epigrãmate
persico in eandẽ sentẽtiã.Onesicritus quoque & epigrammatis illius me
minit quod in Darii sepultura erat hoc modo. Amicus Amicis fui &

eqnes & Sagittator optimus uenatores superaui & omnia facere potui.
Aristus Salamius mlto his iunior:refert turrim magnā fuisse duo tabu/
lata habuisse & i successione persarum cōditam fuisse sepulturam uero
asseruari i qua græcū epigramma ierat(ut ātediximus)& aliud persicum
i eādem sentētiam. Idcirco Cyrus pasargadas habuit in honore quod ibi
Astyagem medum ultimo prœlio superauit:& Asiæ imperium i se trās
tulit urbe cōdita & regia cōstructa i memoriæ monumentum. Pecunias
uero omnes quæ i psia erāt:Susa exportauit quæ quanq̄ & ipsa thesauris
& suppellectile plena erāt:nō tamē eam regiam existimabat:sed babylo
nem quam i animo habebat illis omnio āteferre:atque hic etiam thesau/
ri seruabātur. Tradūt præter ea quæ babylonæ & i castris erant quæ ad
hoc sumpta nō fuere:i persia & Susis iuēta fuisse talentorum.xl.millia:
Sūt qui dicūt.l.Nōnulli omnia undique Ecbatana comportata dicūt fu/
isse.c.&.lxxx.millia talētorum.viii.millia uero:quæ cum Dario e media
fugiēte exportata sunt ab iis direpta:qui eum occidere. Alexāder itaque
Babylonem lōge omnibus āteponebat uidēs eam:& magnitudine:& re/
bus cæteris excellere. Nam Susiana quāq̄ opulēta sit:torridum tamē &
æstuosum aerem habet præsertim circa urbem:ut ille dicit:adeo ut lacer
tæ & serpētes:per æstatem:dum sol ē i meridie urbis uias trāsire nō pos/
sint:sed i mediis itereceptæ cōcremētur:quod nusq̄ i tota persia cōtingit:
quāq̄ australior est:lauacra quoque frigida proposita subito excalefieri:
ordeum in sole sparsum:ita conteri quemadmodum milium immorta/
riis:quapropter ad duo cubita terram tectis imponūt:domus ipse ꝓpter
onus angustiæ fiunt & lōge. Cum lōgis trabibus careant: & magnis do/
mibus indigeāt propter æstum. Palmaceas autem trabes peculiare quid/
dā pati. Nam quum solidæ sint:cum inueterascunt:non cedunt in partē
inferiorem:sed in superiorem panduntur propter onus unde melius te/
ctum sustinent:æstus causa dicitur:quod septentrionem uersus montes
quidam altissimi imminent:qui omnem borealem flatū excipiunt. Elati
enim & sublimes a montibus spirantes:campos nō attingūt:sed i austra/
liora Susiæ pferunt̄ sea a uētis trāquilla est:tūc præcipue quū reliquā ter
rā æstu exustā Etesiæ refrigerāt frumēto adeo abundāt:ut & ordeū:& tri
ticū:i planicie cētuplū ferat:nōnunq̄ etiā ducētuplū. Idcirco nō crebras
porcas faciunt:nā crebræ radices germen impediunt. Cum uites i ea nō
nascerent̄:Macedones ibi & Babylonæ eas conseuerūt. Hi nō scrobes fa
ciebāt:sed palos quosdā in extremo ferratos in terram defigentes: po/
stea educētes ꝓ eis palmites demittebāt. In mediterranea uero plurimū:
nostroq; tempore sæpe aliter atq; aliter contigit. Dicit Nearchus nec tūc
uiæ duces idigenas habuisse:cum ex India in babyloniā classe nauigaret

quod nec ſtationes habere poterat nec hominibus abundaret qui perite ducerent. Subſidi autẽ babylonicæ uicina eſt Sitacena quæ poſtea Apol lonıatis eſt appellata. Ambabus a ſeptẽtrione orientẽ uerſus elymei imi nẽt & pareſitaceni homines latrones:& aſperis montibus freti:ſed magis paretaceni Apolloniatis imminẽt unde eos plurimũ ĩfeſtãt elymei autẽ illos & Suſios cum elymeis uero Vxii pugnãt quanq̃ nunc quidẽ mı̃us ꝓpter parthoꝝ potentiam ut ego exiſtimo:quibus parẽt omnes qui loca ea ĩcolunt:quare his bene habentibus & omnes bene habẽt qui illis pa rẽt:diſſidẽtibus uero quod ſæpe fit: etiam noſtro tẽpore ſæpe aliter atq; aliter euenit. Sed nõ eadẽ omnibus quibuſdam enim tumultus ꝓdeſt: quibuſdã præter ſententiam euenit:ac perſica qdẽ: & Suſiana regio talis eſt. Ora maritima paluſtris ẽ & ĩportuoſa. Idcirco perſici mores:& his & medis:& aliis compluribus iidem ſunt:de quibus etſi ꝑmulti dixerũt:ta mẽ dicẽda nobis uidenť quæ ad rem attinẽt. Perſæ nec ſtatuas: nec aras erigũt:ſacrificant in loco excelſo. Cælum Iouẽ putãt:colunt ſolẽ quẽ mi thrã uocãt:Item lunã & uenerẽ:& ignẽ & tellurẽ & uẽtos: & aquã ſacrifi cant ĩ loco mũdo:cũ imptecationibus:& coronatã hoſtiã ſtatuunt. Cũ ue ro Magus:qui ſacrificio preeſt:mẽbratim carnes ĩ quẽque diuiſerit:abe uot nulla parte diis relicta: dicũt enim deũ nihil uelle: præter hoſtiæ ani mam: nõnulli(ut fertur)præcordiorum ꝑtem igni imponunt: præcipue igni & aquæ ſacrificanť:igni arida ligna imponẽtes: adempto cortice: & aruina ſuper iniecta:deinde infuſo oleo ſuccẽdunt nõ inſpirãtes:ſed uẽ tillãtes quod ſiquis inſpitarit:aut mortuum quicquã:coenumue in ignẽ immiſerit morte plectiť. Aqua ſacra pagunt hoc modo. In lacũ uľ flumẽ uel fontem uenientes:ſcrobem faciunt ibique hoſtiam iugulãt. Cauẽtes ne quid ꝓxime aquæ ſanguine contingať:tanquam omnia polluturi:po ſtea carnibus ſup myrto: lautoue ĩpoſitis: eas magi ſubtilibus uirgis cõ burũt: & factis ĩprecatiõibus q̃buſdã: oleũ lacte ac melle miſtũ ĩſpgũt: nõ in ignẽ nec in aquam:ſed in terrã. Imptecationes per multũ tẽpus fa ciunt:faſciculum uirgatum myricinaꝝ tenuium tenẽtes. In Cappadocia ubi maxima eſt magoꝝ multitudo:qui pyrethi uocanť:& multa perſico tũ deoꝝ tẽpla:nõ cultro ſed ſtipite quodã mactãt:tãq̃ malleo uerberãtes. Suntq; Pyrethia ſepta quædã ingentia in quoꝝ medio ara eſt. In ea magi & cinerẽ multũ & ignem inextinguibilẽ ſeruant:quo quotidie ingreſſi imprecationes faciunt:per horam fere ãte ignẽ:uirgarum faſciculũ tenẽ tes ſiltraceis ĩfulis uelati: ex utraq; pte depẽdẽtibus: adeo ut uitiæ labia contegãt. Hæc ĩ Anaitidis & Amani:delubris ſiunt. Nam & hoꝝ ibi de lubra ſunt:& Amani ſtatua in pompam ducitur. Hæc nos uidimus. Illa & ſequentia in hiſtoriis traduntur:quod in flumen Perſæ nõ mittutiũt:

nec lauantur nec abluunt᷑:nec mortuum iniiciunt:nec alia quæ ĩmunda
esse uideant᷑. Cuicũque deo sacrificẽt:primũ igni imprecationes faciũt.
Reges habẽt ex eadẽ stirpe qui non paruerit capite & brachio amputa/
to ꝓicit᷑.Ducunt uxores ꝗplures & multas pelices alunt: propagãdæ so
bolis gratia. Reges quotãnis præmia ꝓponunt iis: qui plures filios ædi/
derint:pueri ante quartũ ãnũ in patris cõspectum nõ ueniũt. Nuptiæ in
initio uerni æquinoctii celebrãtur:spõsus ĩ thalamũ ꝓcedit comesto pri/
us malo uel cameli medulla: præter id nihil eo die. A quinto usque ad Puer... ed...
xxiiii.ãnum discunt sagittare iaculari: equitare: & in primis uera dicere
Disciplinarum magistris cõtinẽtissimis utunt᷑:qui fabulas ad utilitatem
reductas inserũt:cũ cantu & sine cantu:deorum & claroꝝ uiroꝝ facta re/
ferentes:congregãt eos in unum locũ:æris sonitu ante lucẽ excitatos tãꝗ
ad arma aut uenationẽ.Perficiũt eis ducẽ aliquẽ ex regis filiis:aut Satra/
pe p quinquagenos:quẽ currentem sequi iubẽt:loco.xxx.xl. ue stadioꝝ
determinato deposcunt etiã rationem eoꝝ quæ illi didicerĩt simul & uo/
cẽ:& latus & spiritũ exercentes ad æstũ:ad frigus:ad hymbres & torren/
tiũ trãsitus.Docẽt arma & uestes imadidas seruare & pascere & rusticari
& fructibus siluestribus uesci:ut Terminthoːglãdibus piris agrestibus
Atq; hi cardaces uocant᷑:ex furto uiuẽtes.Nã carda uirile ac bellicosum Cardax Virilis bellicosus
signat.Quottidianus eoꝝ cibus post exercitium est panis durissimus: &
Cardamũ:& salis granũ:& carnes assæ uel elixæ potus est aqua:ueuant᷑
autẽ pila & sagittas ab equis mittẽtes & funda utentes.In antemeridiano
tẽpore:his exercent᷑ aut arbores serunt aut radices effodiunt aut arma fa
ciũt aut lino & retibus studẽt:pueri uenationẽ nõ attingunt: sed mos est
eã domũ referre.Cursus & cæteroꝝ quæ ĩ quinquẽtiis exercent᷑ premia
ab rege ꝓponunt᷑.Pueri auro exornant᷑.Pyropũ ĩ honore habẽt ꝗre nec De Py.
eum mortuo apponũt quẽadmodũ nec ignẽ ob honorẽ quẽ ei deferũt.
Militant & magistratus obeũt a.xx.ãno usq; ad quinquagesimũ & pedi/
tes & equites.Forũ nõ attigũt. Nã nec emũt nec uendũt. Armant᷑ Cetra
ĩ rhõbi figurã facta præter pharetras.Sagarim & Sicas habẽt circum ca/ Pileum turritum
put pileũ turritũ circũ pectus thoracẽ squamosum. Prĩcipes anaxyridẽ
triplã habẽt & tũicã manicatã duplã genu tenus cuius suffultura cãdida Dupla tunica suffulta Suffultura
est exterior uero pars colore ĩfecta.Amictũ æstate purpureũ uel uarium
hyeme autẽ uariũ. Tiaras magorum ĩfulis similes calciamentum altũ ac
duplũ.Multitudo tunicã duplam gerit ad mediam usque tibiam descẽ/
dentem.Circum caput Sindonii panni uolumen quisque arcu & fun/ Sindonij pãnj uolum...
da utitur.Persæ laute cœnant ĩtegra & multa & uaria apponẽtes lecti &
poculoꝝ ornatus splẽdidissimus auro & argento refulget.De rebus ma/
ximis iter uinum cõsultãt quas ipsi firmiores putãt ꝗ quæ in sobrietate

fuerint deliberate. Si notis & æqualibus in uia occurrant eos osculantur si humiliores sunt adorãt sola sepeliunt corpora cera oblinẽtes. Magos insepultos auibus edendos dimittũt hi cum matribus ex patrio more cõgrediuntur. Ac persarum quidem mores sunt huiusmodi illa forsitã addenda sunt quæ a Policrito dicuntur. Quod regum quisq; suas ædes in monte faciant & thesauros & tributa quæ exigunt ibi recondãt bene administratæ rei monumẽtũ. Exigere eos ex ora maritima argẽtum ex mediterranea quæ quæque regio ferat ut colores medicamenta lanam uel aliud tale eodem modo & pecora. Tributa instituisse Darium longimanum qui omnium hominum pulcherrimus fuit excepta brachiorum & ulnarum longitudĩe quæ tanta erat ut genua contingeret. Maximã auri atque argenti partẽ in ædificiis esse in nũmis perexiguã. Cũ gratiora illa ad thesauri cõseruationẽ existimẽt nũmos uero tãtũ esse: quãtũ satis sit ad usum & tñ auri percutere quãtũ ĩpẽsis sufficiat p̃latũ mores magna ex parte temperati sunt & si ob opulentiam reges in delicias luxumque defluxerint adeo ut triticum ex asso eolica afferri uellent. Vinum autem ex Syria quod Chalybonium dicitur: aquam ex euleo quod ea omnium esset leuissima: ut atticum acetabulum dragma mius appẽderet. Ex omnibus autem barbaris: persas clarissimos effici apud Græcos cõtigit: q̃d nulli Græcis imperauerũt: qui Asiam tenuere: præter eos nec ii græcos: nec græci illos antea nouerãt: nisi perparum admodum quantum fama percepissent. Nam nec Homerus medorum: Syrorumue imperium nouit. Nam cum ægyptias thebas: & earum & phœnicum diuitias nomiet: nequaq̃ Babylonis & Ecbatanorum opes cõticuisset. Ac primo quidem græcis persæ imperauerũt. Lydi uero non toti Asiæ: sed parti perexiguæ: solum eis halym sunt dominati. Idque nõ diu. Crœsi & Aliatis tempore sed si quam famam habebant eam amiserunt a persis superati persæ q̃primum medorum res euerterunt. Lydos subegere & græci qui ĩ Asia erant: illis paruerunt postmodum in græciam traicientes: sæpe multisq; certaminibus uicti sunt. Asiam tamen usque ad mare tenuerunt: donec a Macedonibus sunt debellati. Cyrus eos primum in imperio cõstituit. Cuius successor Cambysses filius: a magis sublatus est: septem uero p̃sæ qui magos iteremerũt Dario hystaspis filio: imperium tradidere. Cuius successores in narsem desierunt: quem cum Bagous: Eunuchus interfecisset: Darium regem fecit: quanq̃ e stirpe regia non erat. Sed quũ Alexander hunc euertisset ipse. xxi. ue annis regnauit. Postea Asiæ ĩperiũ in complures successores: & ab eis profectos diuisum euersumque est. Permansit tamẽ ãnis. cc. & l. nũc iam per sese sunt: Ac Reges qui olim Macedonibus paruere nunc parthorum Regibus subiectos habent.

Extusdecimus circa Assyriam uersatur: in qua Babylon est: & Nisi/
bis urbes maximæ Item circa Adiabenam:& Mesopotamiam: & Sy/
riam:& Phœniciam & Palestinam: Arabiam omnem;& quæcunque ĩdi/
a Arabiam contingunt. Item Saracenorum regionem: quam Scenetim
uocat:& omnem rubro mari:& mortuo adiacentem.

Ersiæ ac Susianæ iuncti sunt Assyrii. Sic enim Babyloniã
& maximã circũstãtis regionis partem uocãt. Cuius etiam
Aturía est In qua sunt Ninus: Apolloniatis: elymei: Pare/
tacæ & chatonetis. Zagromonti ꝓxima. Itẽ cãpi Nino ui/
cini:& Dolomena:& Calachena:& Zachẽa: & Adiabena:
& Mesopotamiæ gẽtes: Gordyæis & Mygdõibus iis pro
xime qui circa Nisibim sunt:iisq; ad euphratis pontẽ:& ad multã trãseu
phratẽ regionẽ: quã Arabes tenent:& qui proprie nũc Syri appellantur
usque ad Cilices & Phœnices & Libes: & ægyptiũ pelagus:& Issicũ sinũ
Syroꝝ nomen tẽdere uidet᷑: a Babylonia: usque ad Issicũ Sinũ:& ab hoc
olim usq; ad euxium. Quare utrique Cappadoce: tũ qui ad tauꝝ: tũ qui
ad pontũ iacent: ad hoc usque tẽpus leucosyri appellant᷑: ac si sint aliqui
Syri nigri. Hi autẽ extra taurũ sunt: taurũ dico eũ qui ad amanũ usq; no
mẽ extendit: qui de Syroꝝ imperio scribunt: cũ medos a Persis euersos
dicũt: Syros autẽ a Medis nullos alios Syros intelligũt: q̃ qui Babylonẽ:
ac Ninũ regni caput effecerũt: quaꝝ alteram Ninũ scilicet ninus in Atu
ria condidit: cuius uxor Semiramis regno succedẽs condidit Babylonẽ:
atque ii Asiam tenuerũt. Semiramidis opera præter ea: quæ apud Baby/
lonẽ sunt: multa ꝑ uniuersam fere hanc cõtinẽtẽ ostẽdũt᷑ ut aggeres: qui
Semiramidis uocant᷑:& mœnia:& munitionũ fabricæ:& aquæductus:&
scalæ & fossæ ĩ fluminibus:& lacubus:& uiæ & pontes. Posteris uero su/
is impium relinquerunt usq; ad Sardanapulũ:& orbacũ: quod postea in
Medos translatũ est. Sed ninus post euersos Syros: ex tẽplo deleta ẽ: ea
multo maior erat Babylone: in Aturiæ cãpo sita. Aturia similis est iis lo/
cis quæ circa Arbela sunt & lycũ flumen intermediũ habet. Arbela enĩ
ad Babyloniã ptinẽt:& iuxta eã sunt. Trans lycũ uero Aturiæ cãpi: Ni
nũ circũiacet. In Aturia quoq; uicus est nomine gaugamela apud quem
Darius superatus amisit ĩperiũ: quare hic locus ĩsignis est eius nomẽ Ca
meli domus ĩterptetat᷑. Sic.n.eũ Darius hystaspis filius nominauit: quũ
possessionẽ hanc camelo defesse ĩ alimẽtũ daret: præsertim in uia qua ꝑ
deserta ĩ Scythiã cũ oneribus itur. In quibus regi etiã alimentũ erat. Ma
cedões quũ hũc uicũ tenuẽ uiderẽt. Arbela uero habitationẽ admirabilẽ
ab arbelo: ut tradũt: Athmonei filio condita circa Arbela & prœlium &

uictoriam fuisse diuulgarũt: atq; sic scriptoribus tradiderunt; post Arbela & Nicatorium motẽ quẽ sic Alexander nominauit: uicto apud Arbela proelio est flumen caper in tãta distãtia i quanta Lycus. Regio ipsa Artacena dicit. Circa arbela est urbs Demetrias: postea est fons qui naphtha fluit: postea ignes & Aneæ templum: & Sadrace Darii regia eius qui hystaspis filius fuit: & Cupressetũ & locus ubi caper transit: iam cũ Seleucia & Babylone conuictus. Babylon in campo iacet: muri ambitũ habet. ccc. & .lxxxv. stadioꝝ. Eius crassitudinẽ pedũ. xxxii. Altitudinẽ inter turres cubitoꝝ quinq̃genum turriũ ipsaꝝ sexagenũ: uiam super moenibus tam latam: ut quadrigæ occurrentes facile pertransire possint. Vnde & hoc ex. vii. spectaculis unum dicit. Itẽ horti pensiles in figura quadrata: quorum latus quodlibet quaternũ ẽ iugerũ. Hi fornicibus cõtinẽtur sese in forcipis modũ intercidẽtibus sitis super pilis in aleatoriarum tabellaꝝ formam alius sup alia positaꝝ. Pilæ cõcauæ sunt & terra plenæ: ut arbores maximas consitas recipe possint ex lapide coctili & bitumine structæ: tã ipsæ quã fornices & fornicũ interfectiones supremũ tabulatũ ascensus scalares habet & cochlias ipsis adiacẽtes p quos continue aqua ex euphrate in hortos afferebat ab hominibus ad hoc ipsum constitutis: Nam flumẽ mediam urbẽ interluit: eius latitudo stadiũ occupat: horti sup flumine sunt: ubi etiam beli sepultura ẽ nunc eruta quã Xerxes eruit ut fert. Ea pyramis quædã erat q̃drata ex latere coctili structa: stadii altitudine: cuius quodq; latus stadium obtinebat: hãc Alexander reparare uoluit: sed cũ multi laboris esset & multi temporis: Nam solũ ad expurgandã terrã. x. millibus hominũ duobus mẽsibus opus erat: quod incœperat pficere nõ ualuit: Illico. n. morbus & mors cõsecuta ẽ. Id posterioꝝ nemo curauit quinetiam reliqua neglecta sunt & urbis partem persæ diruerũt: partẽ tempus consumpsit & macedonum negligẽtia præsertim ubi Seleucus nicator Seleuciã ad Tigrim conditus ad stadia. ccc. Babyloni pximã. Nam & ille & posteri oẽs circa hanc urbẽ maximopere studuerũt & regni caput effecerũt & nũc Babylone maior est: quanq̃ magna ex pte deserta: ut id facile de ea dici possit q̄ de magnis urbibus: quæ in Arcadia erant a quodã dictũ est magna ciuitas magna solitudo est. In ea propter lignoꝝ inopiã ex palmaceis trabibus & columnis ædificia faciũt. Circũ columnas funes: extorta stipula confectos ponũt: postea illinẽtes coloribus pingũt. Portæ bitumiatæ & altæ sunt tam ipsæ q̃ domus: quæ omnes propter lignoꝝ penuriam fornicant. Nam regio magna ex parte nuda nihil habet: præter fructicos & palmã: quæ & i Babylõia & i Susiana: & i ora persiæ: & in Carmania permulta ẽ. Imbrice autẽ non utunt: cum hymbribus careant: Susiana Sitacenæ similis est. Constituta est

habitatio quædã in Babylonia philosophis indigenis:plurimũ circa phi/
losophiã uersantibus:qui Chaldæi appellãt. Sunt ex eis qui Genethlia/
logiã simulẽt:sed a cæteris nõ recipiunt. Est alia Chaldæorũ natio & Ba/
byloniæ regio ab eis habitata Arabibus & mari proxima: quod persicũ
appellat:Chaldæoꝝ Astronomicoꝝ genera mlta sũt. Nam quidã orche
ni dicũt:quidã Borsispeni:& alii complures:qui tanq̃ per sectas eisdẽ de
rebus alias atque alias opiniones sequunt:& Mathematici quoq; de non
nullis eorum mentionem faciunt:quemadmodum de cidena: & Nabu/
riano & Sudino. Nam & Seleucus ex seleucia chaldæus est; atq; alii cõ/
plures illustres uiri. Borsippa ciuitas ẽ Dianæ & Apollini sacra. In ea ma
ximũ linificiũ est:& maxima uespertilionũ multitudo:qui lõge maiores
sunt q̃ ĩ cæteris locis capiũtur & in æsum cõdiuntur. Babylonioꝝ regio:
ab oriẽte complectit a Susiis & elymcis:& paretacenis. Ab occidẽte. ab
Arabibus Scenetis:usq; ĩ Adiabenã:& Gordyeã A septẽtriõe ab hatme
niis ac medis usq; ad zagrũ mõtẽ: & gẽtes circa eũ habitantes. Regio a
multis fluminibus irrigatur:quorum maximi sunt Tigris & euphrates.
Hæc enim flumĩa secunda sunt:post ĩdica ad australes Asiæ partes de/
fluentia:& per alterũ. Opim nauigat: & in eam quæ nunc Seleuca dici
tur. Opis autẽ uicus est circũstantium locoꝝ emporium:per alterum ue/
ro Babylonẽ:supra tria millia stadioꝝ. Sed persæ uolẽtes de ĩdustria na/
uigationẽ ꝓhibere:Canales manufactos construxerũt:extraneaꝝ inuasi/
onũ metu. Alexander quũ aduẽtasset: quotquot potuit restituit:eos præ
sertim qui opim deferebant: & fossas maximas duci curauit exundat.n.
euphrates in æstate:a uere incipiens. Quũ iam niues ĩ harmenia liquefi/
unt:ut necesse sit stagnari arua:atque obrui nisi quis ĩgruentẽ fluxũ: &
aquaꝝ uim per fossas & canales diuertat:quẽadmodum nilũ in ægypto:
atque ob hoc quidẽ canales deducti sunt:sed opera mlta opus est. Nam
cum terra profunda sit:& mollis ac facile cedat: facile ab aquis trahitur
& campos nudat:& limus fossas ĩplet:& eoꝝ ora obstruit. Vnde rursum
aquaꝝ effusionem fieri contingit:quæ in cãpos egressa lacus & paludes
ad mare efficiunt:& arũdinera e quoꝝ arundinibus uaria contexuntur
uasa:quoꝝ quæ liquida suscipiunt:bitumine illinunt. Cætera nuda & li
turæ expertia relinquunt; fiũt etiã uela arũdinea storeis & cratibus simi/
lia. Hæc inũdatio omnio ꝓhiberi nõ potest:afferri autem aliquod reme/
diũ potest quod optimoꝝ pŕcipũ opus est. Remedium est multã aqua/
rũ effusionẽ obstruẽdo ꝓhibere:fossaꝝ uero replectionẽ quã limus effi/
cit eas expurgãdo & ora aperiendo. Purgatio facilis ẽ obstructio laborio/
sa. Nã cũ terra facile cedat & mollis sit:aggestũ limũ nõ sustiet:sed sedẽ/
do & ipsa trahit & os effossu difficile reddit. Nã & celeritate opus ẽ ut

Baty--

cito foſſæ claudãt & ne omnino ab eis aqua elabat: foſſæ enim ꝑ æſtatē arefactæ: flumē arefaciunt quod humidefactū deriuatiões ad tēpus præbere non poteſt ꝗbus regio puſta & æſtuoſa ꝑ æſtatē plurimū eget. Nã nihil refert ſiue aquaꝝ multitudie obruãt fruges ſiue ſiti depereãt. Præterea cū nauigationes ualde utiles ſint ab antedictis cauſis impedite: aptari nõ poſſunt niſi foſſaꝝ ora cito apiantur: & cito claudantur: ut ſemper foſſæ mediocritatē ſeruent: ne ĩ eis aqua redundet neue etiam deficiat.

Refert Ariſtobulus Alexandrū ipſum nauigãtē & Scaphã gubernantē operi præfuiſſe: & cū cætera multitudie foſſas emūdaſſe & ora obſtruxiſſe: & nõnulla apuiſſe. Quūq; foſſam quãdã ad paludes & lacus: qui ſunt arabiã uerſus tēdere animaduerteret habentē os ĩtractabile: & obſtructu difficillimū ꝓpter cedētē & mollē terrã aliud nouū os aperuiſſe. xxx. ſtadioꝝ capto loco petroſo: atq; traducto Alueo. Idq; tū prouidendi gratia feciſſe: tū ne Arabia omnino difficilis eſſet ingreſſu: ꝓpter lacus & paludes: cū ꝓpter aquæ multitudinē iã effecta ĩſula uideret: habebat enim ĩ aĩmo regionē eã adipiſci; ſimulq; & claſſem & receptacula parauerat. nauigia quoq; partim ĩ phœnicia cyproq; cõſtruxerat: tū plicatilia: tū compacta: quæ ſtadiis. vii. Thapaſcū portata poſtea Babylonē flumine deferrent: ptim ĩ Babylonia ædificauerat: ex hortoꝝ & lucoꝝ cypariſſis. Nã ĩ eo loco materiei inopia ē. Apud coſſeos uero & nõnullos alios mediocris copia: hoc prætextu maxīe motuꝝ bellū dicūt: quod ſoli Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eū nõ miſiſſent: ſed reuera cupientē omnibus dominari; & quoniã duos tantū deos ab illis coli audiſſet Iouē ſcilicet: & Bacchū: qui quæ ad uitam ptinēt: principalia dant ſe tertium exiſtimaſſe c̄l'tū iri: ſi uiciſſet: & patriã libertatē quã prius habebãt: illis ꝑmiſiſſet. Atq; hæc Alexãdrū circa canales effeciſſe: & regū & prĩcipū ſepulturas: quaꝝ plurimæ ĩ lacubus erãt: reportaſſe.

Eratoſthenes lacuū mētionē faciēs: qui apud Arabiã erãt: dicit cū aqua exitū non haberet ſubterraneos meatus aperuiſſe: ac per illos uſq; in celoſyriã deferri: & in ea flumia erūpere: quæ circa Rhinoco rura: & Caſiū mõtē ſunt: atq; ibi & lacus & uoragines efficere; quæ haud ſcio an ueriſimilia dixerit. Nã euphratis effuſiones: quæ Arabiã uerſus: & lacus: & paludes efficiunt: mari perſico ꝓximæ ſunt. Iſthmus autē qui ea dirimit nec ſane multus eſt: nec petroſus. Quare ueriſimilius erat aquam ĩ mare ĩpelli ſiue ſub terram q̃ ultra ſex millia ſtadioꝝ ſiccã & aridã regionē permeare præſertim quum Libanus & Antilibanus: & Marſias mõtes medii eſſēt. Atq; hi qdē hæc dicūt.

Polycletus negat euphratē ĩundare: cū ꝑ cãpos maximos ferat mõtiū uero nonnullos duobus millibus ſtadioꝝ abeſſe. Coſeos ad mille diſtare: nõ admodū altos: nec ualde niuibus preſſos: nec cõfertã niuiū liquefactionē

inducẽtes. Nã maxime mõtium altitudines i borealibus ptibus sunt:ul tra Ecbatana. In australibus uero scissos ac delaratos plurimũ deprimi: simulque maximã aquæ ptem a Tigri excipi:quod itaq; ultimo dicitur apte absurdũ est. In eosdẽ enim cãpos descẽdit: & sic mõtiũ altitudines: quæ inundare dicunt inæqualitatẽ quãdã habẽt: partim quod borealia magis attollunt: prim quod meridionalia dilatant. Sed nix nõ modo altitudine montiũ:sed climatibus iudicat. Et eisdẽ montis boreales partes magis niuibus rãgũtur:q̃ australes:& diutius illæ niuẽ retinẽt q̃ hæ. Cũ itaq; Tigris ex supremis harmeniæ partibus:quæ sunt Babyloniæ pximæ:niualẽ aquã suscipiat nõ sane multã:utpote ab Australi latere descẽdentẽ minus inundabit:euphrates uero ex utrisq; partibus aquã recipit nõ ex uno mõte solũ:sed ex multis ut in pagratione harmeniæ declaraui mus addita etiam fluminis longitudine quãtũ in magna & in patua harmenia percurrit & quãtũ ex parua harmenia p cappadociam & taurum uadẽs Tapsacũ usq; defert:iferiorẽ Syriã & Mesopotamiam distermināns:& quãtum reliquũ ẽ usq; ad hostia & babylonẽ quæ summa ẽ.xxx. &.vi.milium stadioꝝ:Quæ quidẽ apud canales attinẽt:hæc sunt. Regio ordeũ fert quãtũ alia nulla:Nã modios tricẽtenos affert ut dicit. Cætera uero ex palma præbet. Ex ea enim panis & mel & uinum & acetum fit: & texilia uaria nucleis p carbonibus fabri ferrarii utunt. Qui i aqua ma cerari bobus & ouibus in pabulum dant. Dicũt esse carmẽ quodã persicum i quo.ccc.&.lx.palmæ utilitates nuerent. Oleo frequẽtius Sesamio utunt. Cætera loca huius arboris penuriã habẽt. In babylonia etiã bitumẽ multũ innascit de quo Eratosthenes dicit:liquidũ:quod naphthã uocant in Susiano agro nasci aridũ uero quod congelascere potest:in babylonio cuius fons est prope ipsum naphthã. Hoc autẽ inundãte ex liquefactione niuiũ:& ipse auget & effusiõe in fluuiũ facit. Hic glebæ maximæ concreant ad ædificia idoneæ quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sũt qui liquidũ etiã in agro babylonio innasci dicãt. De arido quidẽ dictum est:q; præsertim ad ædificia ualet:dicũt etiam nauigia contexi quæ bitumine illata constipent. At liquidũ quod naphthã uocãt admirabilẽ quãdã naturã habet. Nã igni admotũ eũ corripit & si corpus eo illitũ igni admoueris:deflagrat nec aqua ullo pacto extingui potest:sed magis ardet nisi ualde mĩtã supifuderis. Ceno & aceto & alumie & uisco oppressum extiguit. Vnde Alexãdrũ tradũt:experiẽne gratia puero cuidã i balneo Naphthã inspsisse:ac lucernã admouisse ut ppe puer totus deflagraret: nisi circũstantes multa aqua flãmas euicissent ac puer; seruassent. Possidonius dicit ex fontibus naphthæ Babylonii quosdam nigꝝ naphtham: quosdã album pducere atq; ex iis alios esse liquidi sulphuris:eos scilicet

Tigris

Euphrates.

ccc & lx uti palmæ.

Bitumen

qui albũ naphthã habẽt q & flãmã arripiant. Eos uero qui nigri bitumis sint liqdos esse & ꝑ oleo ĩ lucernis uti. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis nunc Seleucia est quæ ad tigrim dicit̃: prope eã uicus maximus ẽ nomine Ctesiphon in quo parthoꝝ reges hyemabant: seleuciæ parcẽtes: ne a Scythica & militari natione opprimerent̃. Hic uicus ciuitatis potẽ/tiã ac magnitudinẽ habet adeo ut parthoꝝ multitudinẽ & apparatũ omnẽ recipiat ac uenalia & necessaria artificia illis suppeditet. In eo parthoꝝ reges ĩ hyeme propter aeris temperiẽ degere solẽt: æstatẽ uero in hyrcaniã & ecbatanis agũt: ꝑpter ea quæ antiqua fama obtinet & queãdmodũ babyloniã regionẽ uocamus: sic indigenas babylonis dicimus nõ ab urbe sed a regione. A Seleucia uero nequaq̃ & si illic sint: ut Diogenẽ philosophũ stoicũ. Est autẽ Artemita insignis ciuitas quingentis stadiis a Seleucia distãs: plurimũ ad oriẽtẽ exposita queãdmodũ Sitacena. Nã & ea mĩta & opulẽta inter babylonẽ & susianã iacet: quare ex babylõe: Susa euntibus totũ iter ꝑ Sitacenã est. Ad oriẽtẽ uero ex susis ĩ persiæ mediterraneã euntibus: iter est per uxiã queãdmodũ iis qui ex persia ĩ medios carmanios ꝑficiscũtur. Carmaniã igit̃ a Septentrione persia circũdat quæ multa ẽ cũ paretacinis & cosseis cõtĩctã usq; ad Caspias portas mõtanis sane gentibus ac latrociniis. Susiæ coniungit̃ Elymaitica quæ magna ex parte aspera est & latronibus refecta. Elymaiticæ media & quæ zagro sũt ꝓxima. Cossei magna ex parte sagittarii sunt queãdmodũ & mõtani: eis finitimi qui semper latrocinia exercẽt. Paruã enim ac sterilẽ regionẽ in/colẽtes: ex alieno uiuere & ualẽtes esse oportet: omnes enim bellaces sũt & cũ elymei cũ babyloniis: susisq; bellum gererent illos in societate habuerũt. xiii. hominũ milia conferentes. paretaceni: q̃q̃ magis agriculturã exerceãt: q̃ Cossei: nec ipsi tamẽ a latrociniis abstinẽt: elymei plus terræ possidẽt quã hi & magis uariam. Quæcũque itaq; ferax est incolas agricultores habet mõtana uero milites nutrit magna ex ꝑte sagittarios: & cũ multa sit multũ exercitũ emittit Vnde cum rex eoꝝ potẽtiã maximam habeat: nõ patit̃ Parthoꝝ regi obtẽperare: queãdmodũ alii: eodẽ modo se erga Macedonas habebant: qui postmodũ Syriæ imperauerũt. Anthiochũ quidẽ magnũ eũ q̃ Beli tẽplũ spoliare conatus est: finitimi barbari ex sese adorti interemerũt. Parthus ex hiis quæ illi euenerãt edoctus: tẽpore post audiens tẽpla esse apud eos opulẽta: uidensq; minime obtẽperãtes: ui magna inuasit: & Palladis tẽplum ac Dianæ: quod Azara dicitur cœpit. x. millibus talẽtoꝝ ablatis. Capta est etiã prope flumẽ Hedyphõtẽ: Seleucia magna ciuitas: quæ prius Soloce uocabat̃. Tres sunt in eam regionẽ aptiores ĩgressus: ex media q̃dẽ & locis zagro uicinis: ꝑ Massabaticã: ex Susia per gabianã. Gabiana & Massabatica elymeoꝝ sũt ꝓuinciæ.

Tertius ingressus est:ex Persia:est etiam Cyrbiana elymeoꝶ prouintia.
Is finitimi sunt Sagapeni:& Silaceni paruisane pricipatus. Atque hæ sūt
gentes:quæ orientē uersus ultra Babyloniā habitāt. Ad septentrionē me/
diā diximus & harmeniam. Ad occidētē est adiabena: & Mesopotamia:
maxima adiabenæ pars planicies est:ea præsertim:quæ pertīet ad Baby
looiam:quāq̄ proprium principē habeat: nōnūq̄ harmeniæ adhæresc it.
Nā medi harmenii ac babylonii:præter omnes alias gentes quæ hic sūt:
ita erant ab initio constituti:ut se inuicē adorirēt:ut cuiq; opportunū ui/
debat:rursumque conciliarent:quod usq; ad Parthoꝶ īperium pmāsit
a medis itaq;:atq; Babylonis Parthi imperant. Harmenius autem nūq̄. In
uasiones tamē sæpe factæ sunt omnino autē capti nūquam:immo tigra/
nes(ut ī rebus harmeniacis dictū est)fortiter restitit. Adiabena quidē &
huiusmodi: Adiabeni etiā Saccopodes uocātur. De Mesopotamia & gē/
tibus:quæ ad meridiē uergūt deinceps dicemus. Si prius pauca de mo/
ribus Assyrioꝶ fuerimus persecuti. Hi itaque in cæteris persaꝶ similes
sunt:proprium uero habēt:quod cuiusq; tribus tres uiros īegros ac pri
cipales præficiunt qui puellas nubiles in mediam multitudinē producē
tes eas per præconē locādas significāt: ac prīo eas quæ digniores sūt. Sic
enim coniugia apud eos conficiunt quotiens uero coierint surgūt quis/
que seorsum suffiti:lauant mane priusq̄ quicq̄ attingāt:& perinde eis la
uacrū in morē ē a coitu atq; a mortuis. Omibus Babylonioꝶ mulieribus
